


M. S. pergamino, bien tratado con 302. f. utiles, sin de índice y portada.

Commentarii de Deo ut trino, sive de trinitate personarum in primam partem D. Thome. 1659.

Rotulata.

de Trinitate.

R. A. P.

Barnabæ de Medina Hispalensis

è Societate Iesu theologi.

primariæque theologiæ cathedræ

professoris.

In Hispalensi Collegio.

Commentarij

de Deo, ut trino, siue de trinitate

personarum.

In primam partem Diui thomæ.

Anno Domini 1659.

Praelocutio. 1

Praeclare quidem Auditores, S. Dionisius de mixtica theologia cap. 1º Deum vestitum lumine et caligine circumfusum vocat. Quod sic expono; ut in Deo plura sint, quae facile mens humana potest assequi, qualia sunt attributa, ceteraeque perfectiones, quae communiter dicuntur secundariae, tum alia reperiuntur, quae mentis aciem subterfugiunt neque a nobis cerni tractarive permittunt. Et id regius Vates psalmo 103, decantantis, Deum indutum decore, seu amictum lumine, ut vestimento, et adhuc posuisse tenebras latibulum suum, psalmo 17. quod de astrusissimo trinitatis misteriorum incongrue intelligo. Nam quid aliud est hoc mysterium, nisi nox, et tenebrae nobis eripientes omnem sui cognitionem, ut solet caliginosa obscuritas impedire oculis aspectum. Quapropter intra secretum illud, ad quod aditus non patet, intelligendum est latere divinitatem, maxime propter mysterium trinitatis. At licet hoc ita sit animum et mentem divino favente numine, in eius contemplationem erigimus. Sobrie tamen et humiliter, nam, ut ait S. Augustinus 1º de trinitate cap. 3º nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur.

Circa hoc vero mysterium, praeter concilia quae toto nostro discursu dabimus, egregie copioseque disputarunt antiqui Patres Athanasius, Nazianzenus, Crisostomus, Augustinus, fulgentius, et D. Thomas cum expositoribus 1a parte a quaest. 27 usque ad 43. Nos autem ordinem omittentes



quæ Doctor in proponendis quæstionibus, et difficultatibus observat, commodiori methodo totam materiam in octo tractus distribuimus. 1us erit de trinitate Personarum in unitate naturæ, seu cuiusvis alterius prædicati. 2us de processionibus divinarum Personarum. 3us, de relationibus divinarum Personarum. 4us de constitutivo divinarum Personarum. 5us de 1a persona Patris. Sextus de 2a Persona filii, Septimus de 3a Persona Spiritus Sancti. Octavus de missione divinarum Personarum.

De trinitate Personarum in unitate naturæ, seu cuiusvis alterius prædicati. Tractatus primus.

An Deo conveniat trinitas Personarum in unitate naturæ? quæstio prima

Statuitur certa doctrina, Caput 1um.

Quælibet facultas, et scientia ex Philosopho 1o Posteriorum, antequam naturam subiecti circa quod versatur, eiusque proprietates, causas, et effectus discutiat, præmittere debet illius existentiam; quia secus erit de subiecto non supponente. Hinc est, ut licet ex processionibus divinis oriatur multiplicitas Personarum in eadem natura, tamen prius quam de his processionibus agerem, præmittere

decreri possibilitatem, et existam hujus mysterii, quod totum in eo consistit, ut triplex personalitas realiter identificetur eidem numero naturae. Quaerimus ergo, num hoc mysterium sit possibile, et de facto detur in Deo?

Prima conclusio, trinitatis mysterium non repugnat in Deo est certissima; probatur, quia ex nullo capite ostenditur repugnare, ut argumentorum solutione constabit. Secundo supposita fide, quae nos edocet actualem existam hujus mysterii, non solum est certa, sed evidens tradita conclusio; nam ista conditionalis est evidens. Si datur mysterium trinitatis illud est possibile, seu non repugnans.

Sed cum rem esse possibilem, seu non repugnantem proveniat formaliter a potentia, qua potest existere, necessum est assignemus potentiam, a qua formaliter denominatur mysterium trinitatis possibile, seu non repugnans.

Duplex est potentia; alia logica, et alia physica. Logica est non repugnantia extremorum; physica vero est virtus productiva rei. Logica debet convenire cuique rei hoc ipso, quod existat, non autem oportet, ut semper physica conveniat. Ratio est aperta; nam eo ipso quod res existat non repugnat in suis extremis, at non eo ipso habet principium sui. Sic Deus actualiter existit, et consequenter non repugnat existere, neque tamen habet principium a quo producatur. Idem est in Aeterno Patre. Unde bene valet ab actu ad potentiam; non quidem physicam, sed logicam; nam ex eo quod res actualiter existat bene infertur quod non repugnet existere; sed non infertur, quod producatur. Adverto tamen, cuique rei convenire debere logicam potentiam, eo ipso, quod physica conveniat, licet non e contra. Patet ex dictis, quia si res potest produci non affert extremorum repugnantiam, licet ex eo quod non affert ad repugnantiam, minime sequatur posse produci,

Iam igitur statuo; mysterium Trinitatis pensari posse per utranque potentiam. Ratio est; nam aliqua praedicata sunt in hoc mysterio, quae trahunt utramque potentiam, et ab utraque dicuntur possibilia. Talis est personalitas Filii, et Spiritus Sancti, quae repugnantiam in suis praedicatis non afferunt, et alterius productionem per physicam, et realem virtutem, ut infra dicemus. Alia vero est quae non convenit nisi logice possibilia, seu non repugnantia praedicatorum. Et natura divina, personalitas Patris &c. Unde colligitur, potentiam logicam, et non physicam transcendere quaecunque praedicata divina, quae non omnia producuntur, licet omnia non repugnent.

2a Secunda conclusio; de facto convenit Deo mysterium Trinitatis; est de fide; quin et supposita 1a conclusione, non solum est certa; sed evidens naturali lumine, ergo 2a conclusio patet; nam evidens est, de facto habere Deum, quidquid perfectionem habere potest; ergo si potest habere simpliciter identitatem cum eadem natura triplicem personalitatem, habet eam de facto. Neque hoc est speciale in Deo; sed commune cuilibet enti creato, nam eo ipso quod existat habere debet omne illud praedicatum, quod perfectionem ei non repugnat. Secus carere posset eo praedicato, quod per identitatem habere potest. Quod est impossibile. Quando praedicatum extrinsecum est, et per unionem convenit subiecto, bene potest actu non convenire, quamvis actu subiectum existat; at quando convenire debet per identitatem, opus est, ut actu conveniat, si subiectum realiter existit, et habere potest illud praedicatum.

Denique tria notanda sunt. Primum, huic statutae veritati, quae negari nequit ab ullo catholico, duplicem haeresim opponi. 1a eorum, qui dixerunt tot esse naturas, quot Personas in Deo. Quin et sub hoc errore continetur indicta sententia, cuius meminit Pater Montoya De 22 de Trinitate, et late impugnat Pater Arriaga De 42 de Trinitate sectione 2a

que non aliam communitatem praeter unitatem specificam naturae 3
divinae concedit. Unde ait, tres personas divinas habere solam unitatem similitudinis in natura, sicut habet Petrus, et Paulus.
Hoc autem, quis Catholicus non videat esse mysterium trinitatis evertere, cum ex divina fide constet, unicam indivisibilem, et inceptibilem naturam identificari tribus personis. 2a haeresis est eorum, qui tantum unicam personam, sicut et unicam naturam admittebant, esto denominaretur illa Pater, qua producit Creaturas, Filius qua naturam humanam traxit, et Spiritus Sanctus, qua nos per infusionem gratiae santificat. Verum circa utriusque haeresis confutationem videantur nostri DD, ubi latissime res agitur contra Haereticos. Nos vero cum Catholicis, et non hereticis disertamus.

Secundum notandum, ab omnibus, ut indubitatum supponi mysterium trinitatis solum in divinis esse possibile, non in creatis, ergo infinitam arguat perfectionem. Sed hoc assertum non est adeo infrigertum, ut de illo dubitare non liceat. Semel enim supposita possibilitate huius mysterii solummodo se, sicut modo supponitur, et amplius ex argumentorum solutione constabit, non video sufficienter probari, quod illud exigat perfectionem infinitam, sed quousque dum hoc probetur, non improbabo, possibilitatem trinitatis in rebus creatis.

3m notandum, nihil directe contra 1m conclusionem obiici posse, quoniam uti dixi, supposita 1a evidens est. Contra 1m autem, et consequenter inde contra 2m possunt opponi plura, quae huius mysterii repugnam intendunt. Praecipua percurremus, et in sequentibus cap. diluemus.

Mysterium trinitatis non pugnat cum recta ratione
Caput 2m

1m argumentum

ᵃ mysterium tratis ex hoc capite desumitr. Et enim illud é impole, qd opponitr cum recta raone, l. nali lumine; sd mysterium tratis opponitr cum recta raone, l. nali lumine: ergo mystum tratis é impole. Maior videtr certa, minor pr. q. nalis vis intellus nostri, si propriis viribg relinqueretr, iudicaret impole mystum tratis, et huic impossibilitati ᵃ riatr, et opponitr eius politas, quam nos adstruimus: ergo mystum hoc opponitr cum recta raone, l. nali lumine.

Retr, omissa mari, negando morem. Ad eius probaonem omissa mari, et mori, nego coam; q. Et politas huius mystii pugnat cum impolitate, quam intellus iudicaret, si fide supernali n. premuniretr, adhuc n. pugnaret cum recta raone, neque cum nali lumine; q. tale iudicium, ut pote falsum, et erroneum n. esset recta raoi l. nale lumen; sd falsitas, et deceptio.

Instas, illud obtum nequit ee pole, qd prudentr ut impole iudicaretr ab intellu suis viribg relicto: sd ita iudicaretr mystum tratis; ergo etc.

Retr, negando marem; q. sepius ob difficultatem rem in contrm, ita in obti positivitate ponderes, conseqtr impole, qn inde colligatr illud realitr ee impole; sd adsumemum intexttr eius politatem ee extra, l. ᵃ sphaeram intellus propriis viribg relicti, qd libentr fatemur de mysterio tratis: sed n. extra, et ᵃ sphaeram nalem intellus, q. nequit ab illo nalitr cognosci, ut infra dicemus.

Sed hinc poteris adhuc instare: mystum tratis é ᵃ oiem actum nalem, l. erga illud: ergo é ᵃ rectam raonem, seu nare lumen, ut aliqui loquuntr. Ans probatr; q. mystum tratis é ᵃ oiem actum falsum versantem ᵃ illud: at ois actus nalis erit falsus: ergo mystum tratis é ᵃ oiem actum nalem versantm ᵃ illud. Probatr minor, nam eo ipso, qd actus sit nalis, nequit attingere hoc mystum, ut é

ut e in se, nam aliter paret illud cognosci viribus naturalibus intellectus, qd coitr negatr. 4

Retr concesso anti, negando coam; q cum actus nalis, ut in argumento proponitr, eo ipso, qd versetr cc politatm tratis, sit falsus, n potest ee recta rao, sd falsitas, et mendatium, proindeq sit ei trinitas opponatr, n opponitr cum recta raone. Mitto qd aliquis dicere posset, infra q diseutiam, vlr supposita fide cognibilem ee tratem, ut polem, et existentem pnalem actum. Vade n opponitr trinitas cum quolibet actu nali, qui versetr q illam.

Quod si dicas ulterius, opponi salm hoc mystum cum primis priis evidentibq, et pse notis, que vocari solent recta rao, l nale lumen. Retr, hoc ee falsissimum, ut ex hacipsa qus pstabit. Demum ex doctra Rkm advertas, qd recta rao triplr stat. 1o radicaliter pro ipsa vi intelliva, quatus potest naliter cognere. 2o fraliter, pro quolibet actu nali vero. 3o obtive pro quovis obto naliter cognoscibili cum veritate. Iam q status tratem n opponi cum recta raone radicaliter sumpta; nam utraq il stat. Nec insuper opponitr cum recta raone fraliter, aut obtive accepta; q trinitas nullum actum nalem, l obtum naliter cognitibile cum veritate destruit.

Notanter loquor de actu nali vero, et obto naliter cognoscibili cum veritate, q mihi certum e, opponi tratem cum pluribq actibq nalibq, et obtis naliter cognoscibilibq, si falso cognarer. Certum potest tras, ut impolis, et ut n existens cognosci pnales actus, at his actibq, et obtis opponitr tras, que polis e, et existens. q Ita

Mystum tratis stat cum eo prio, que st eadem uni tertio st idem intr se. Caput 2m.

Secundum argutum q politatm huius mystii, sumier inde,

q̄d opponi videatr ex decantatissimo p̄rio, quæ sunt eadem uni tertio sunt idem inter se. Nam tres diviæ personæ realitr idantr cum natura diva, neq̄ tn idantr inter se. Pugnat ȝ hoc mysterium cum eo celebri p̄rio, contra quæ repugnat. Q̄d si raonem petas, cur ea quæ cum uno tertio sunt idem, debeant idari inter se, facile dabo; q̄ scilicet conveniental iter eidem entati duo c̄dictoria, nam si medium realitr idatr huic extremo, medium ē eadem entas cum hoc extremo: & si medium idatr huic 2o extremo, cui primum n̄ idatr, iam eadem entas idabitr, et n̄ idabitr, cum hoc eo extremo.

Unde colliges, hoc p̄rium habere locum, tam in creatis, quam in divinis, nam raofacta p̄rsus scindit á m̄a, neq̄ minus repugnat, verificari duo c̄dictoria de eadem entate diva, q̄m creata. Quapropter mihi n̄ placent, qui dicunt superius axioma tantum intelligendum eē res creatas, supponentes q̄ p̄rium illud universalissimum ē, restat aliorum solutiones discutere priusq̄m nostram proponamus.

Et in primis aliqui thomistæ respondent ex S. Thoma 1a parte q̄ 28, articulo 3 in solutione ad primum, tunc extrema debere idari inter se, qn̄ do n̄ s̄ m̄o realitr, sed etiam raone idantr cum medio, secus autem, qn̄ do s̄ m̄o idantr realitr, et ṗ intellm̄ distinguntr. Unde cum personæ, seu personalitates diviæ s̄ m̄ realitr, et n̄ p̄ intellectum identicam essa, n̄ sequitr, ut inter se debeant idari.

Q̄ d aperte confutantr 1o; nam intellectio, et volitio s̄ m̄ realitr, et n̄ p̄ intellm̄ idantr cum natura diva, et tn realitr idantr inter se, q̄ a ex identitate reali cum eā coitr, colligitr identas realis earum perfectionum inter se. Sufficit ȝ realis identas extremorum cum tertio ad inferendam identitatem realem eorundem extremorum inter se.

Secundo; nam ea ratione, qua fuerit identitas extremorum cum tertio, debet eē iden=

identitas extremorum inter se; quare si talis identitas ē realis, et non per intellectum, extrema saltem realiter, quamvis non per intellectum identificanda erunt inter se.

Quod sic urgeo; nam licet inter essentiam, et Paternitatem detur solum identitas realis, et non rationis, adhuc si Paternitas á filiatione distinguatur, et cum filiatione identificetur essentia, fiet aperte, quod eidem entitati reali, quę est Paternitas, et essentia conveniat realiter identificari, et realiter distingui, seu non identificari cum filiatione, quod repugnat.

Scotus autem in primo distinctione secunda, quęstione quarta, Respondet, nihil aliud eo principio denotari, nisi, quod extrema, quę aliqua identitate sunt idem cum uno tertio, sunt eadem identitate idem inter se. Verum si hoc intelligatur intelligatr, intelligatur intelligatr intelligatr, intelligatur, intelligatr, intelligatur si hoc intelligatr, ut verba sonant, aperte falsum ē, q̄a personalitates divę realitr idantr cum essa, neq̄ tn realiter idantr inter se. Non q̄ extra idantr inter se ea identitate, qua idantr cum medio. Q̄d si Scotus intendat, extra idata cum tertio tn̄ alitr idari inter se, ni sub tertio coi, cum quo idantr. Non sufficienti respondet; q̄a nullus potest dubitare, q̄ ꝗ extra idantr cum medio coi, idantr inter se rãone illius medii cois. Primum autem intendit, q̄ extra rãone sui debent etiam idari inter se, ut ꝑat et ex rãne facta

in eius probaonem.

His ergo et aliis omissis, facile nos venimus, tum extra realiter identificanda inter se, quando non sunt realiter, sed etiam virtualiter idantur cum medio; quando vero licet realiter identur, virtualiter distinguuntur a medio, non opus est, ut realiter idenr inter se. Cum ergo persone, seu personalitates divine virtualiter distinguantur ab essa quavis ei realiter identur, ut infra dicemus, opus non est, ut realiter idenr inter se.

Hoc apertissime patet ex ipsa met raone, qua prejactum axioma probavimus. Alterum ex eo deberent extrema cum uno tertio idata, secum ipsis idari; quia sequeretur, ut eidem entati reali convenirent duo prata sunt in se contradictoria Vg Pater non identificaretur, et identificaretur natura diva cum filio: sed hoc non est inconveniens admissa distone virtuali inter Patrem et naturam divam: ergo admissa distone virtuali, non opus est, ut extrema que realiter idantur uni tertio, realiter idenr inter se.

Mysterium trinitatis non infert contradictoria. Caput 4.

Primum argumentum contra trinitatem ita se habet: illud repugnat, quod infert prata contradictoria: mysterium trinitatis infert prata contradictoria: ergo repugnat. Maior est certissima; quia si repugnat poni simul contradictoria prata, repugnat id, ex quo sequuntur esse ponenda. valet enim ab impossibilitate consequentis, ad impossibilitatem antis, sicut et a negatione consequentis ad negaonem antis. Probatur minor; quia trinitatis mysterium infert, Paternitatem distingui realiter, et essam non distingui realiter a filiatione. Essam idari realiter, et filiaonem non idari realiter cum Spiritu Sancto. Essam esse coem tribus personis identatem, et spirationem passivam non sic esse coem. filiaonem a Patre produci, non vero produci essam. Paternitatem, et non essam

opponi cum filiatione &c.

Quod autem haec praedicata sint contradictoria probo; nam imprimis, dubitari nequit, illa secundum se, formaliter sumpta esse contradictoria; quia sicut existere, et non existere contradictorie opponuntur secundum se, ita communicari, et non communicari, produci, et non produci, distingui realiter, et non distingui realiter opponuntur secundum se. Quod autem in Deo formaliter opponantur, ostendo, quia verificantur de eadem entitate, scilicet essentia et relatione, quae realiter identificantur; nam essentia dicitur communis, et relatio, non est communis. Essentia non opponitur filiationi, et relatio Patris opponitur. Essentia non producitur, et spiratio passiva producitur.

Valde RR insudant, in auferenda oppositione horum praedicatorum, non quidem secundum se, nam dubitari nequit, uti iam dixi, ea secundum se ita vario opponi, ut nullatenus possint ab oppositione absolvi; sed ratione subiecti, quatenus vel non verificentur de eodem, sed de diversis subiectis, nam licet praedicata sint ex se contradictoria, bene possunt verificari sicut de diversis subiectis, quia tunc non formaliter, sed materialiter opponuntur, ut de Petro verificatur quod sit albus, de Paulo quod non sit albus &c.

Ad hunc finem personalitates, sive relationes posuit Durandus realiter ab essentia distinctas, non ea distinctione, quae datur inter rem, et rem; sed inter rem, et modum illius; sed eius opinio male audit, ut postea videbimus. In ea tamen facillime tolleretur oppositio, quia sicut verificatur de subiecto, quod afficitur per modum, esse subiectum, et non esse modum, et e contra verificatur de modo, quod sit modus, et non sit subiectum, ita verificari posset, essentiam communicari, et non opponi cum filiatione, paternitatem autem opponi, et non communicari. Nilominus tamen ea distinctio, quam Durandus posuit non est admittenda, et Scotistae confugiunt ad suam distinctionem mediam, quam inter essentiam et relationes inducunt. Eam tamen infra reiiciemus. Thomistae recurrunt ad distinctionem

rationis, quam sufficere indicant, ut ea praedicata verificent de relationibus, et essentia. Quod eam non esse sufficientem, late monstrabimus, cum instituatur sermo de distinctione relationum ab essentia.

Facilius nos supponentes modo virtualem distinctionem, quam infra propugnabimus inter essentiam, et relationes, vi cuius licet realiter identificentur istae perfectiones, aequivalent rebus realiter distinctis, ut distinctis in ordine scilicet ad subeunda praedicata similiter contradictoria, seu quae alias essent contradictoria, ut aliqui loquuntur; Redimus ad argumentum, concessa maiori negamus minorem. Ad cuius probationem dicimus, ea omnia praedicata esse contradictoria similiter, non verificari de eodem omnino subiecto, proindeque non servare formalem, et rigorosam oppositionem; quia verificantur de essentia, et relatione, constituentibus eandem quidem entitatem realem, simul tamen multiplicem virtualiter.

Quamvis ergo de hac distinctione virtuali plura dicemus infra, tamen in praesenti notetur, essentiam, et relationes posse dupliciter exprimi, scilicet propriis nominibus, eas quasi divisim, et ut virtualiter distinctas afferentibus; vel aliquo nomine communi, quod utramque illam perfectionem adaequet, et per modum unius afferat. Ut si dicatur entitas Patris, entitas Filii, vel entitas Spiritus Sancti.

Tamen quando loquimur de essentia et relationibus primo modo, possumus absolute proferre de illis propositiones similiter contradictorias, quia dicere possumus: essentia communicatur, non communicatur relatio. Paternitas opponitur, non opponitur essentia. Quando vero loquimur per nomen commune, similiter non erit vera propositio affirmativa, negativa vero falsa, quia falsum est dicere, quod entitas Patris non communicetur, aut non opponatur, eo quod sensus sit nullo modo communicari, vel opponi, cum negatio destruat quidquid post se invenit; at entitas Patris aliquo modo communicatur, et opponitur; ergo falsa est negativa propositio, et similiter affirmativa vera.

Mysterium Trinitatis non evertit artem syllogisticam.
Caput 5m.

Quartum argumentum, quo possibilitas Trinitatis oppugnatur ex arte syllogistica petitur. Etenim ea quae alicui regulae repugnant, in quo nullo patet ars syllogistica, sed non valet in mysterio Trinitatis. ergo. Ita. Minor probatur in medium adducendo plures syllogismos, ubi licet omnes regulae serventur, adhuc infertur consequens falsum ex praemissis veris.

Ad tria capita possunt hi syllogismi reduci claritatis gratia. 1um, in quo concluditur, et infertur de una persona divina quod est proprium alterius. 2um ubi deducuntur de natura divina, quae propria sunt divinarum personarum. 3um, in quo praemittuntur praedicata propria naturae divinae, vel alterius perfectionis absolute deducuntur, et enuntiantur de illa ratione, vel personalitate quae specialiter convenit huic, aut illi personae divinae.

Ad 1um genus spectant hi discursus: omnis natura divina est Pater: sed Filius est natura divina: ergo Filius est Pater. Omnis natura divina est Filius: sed omnis natura divina est Pater: ergo Pater est Filius. Omnis essentia divina identificatur cum Patre: sed omnis essentia divina est idem cum Filio: ergo Filius est idem cum Patre. Atque conceditur, falsas esse propositiones illatas, quamvis inferentes verae dispositae sint secundum regulas artis syllogisticae.

Ad 2um caput hi pertinent. Omnis Pater divinus distinguitur realiter a suo Filio: sed omnis natura divina est Pater divinus: ergo natura divina distinguitur realiter a Filio divino. Omnis Pater divinus generat: sed omnis divina natura est Pater divinus: ergo omnis natura divina generat. Omnis Pater divinus opponitur relative suo Filio: sed omnis natura divina est Pater: ergo omnis natura divina opponitur relative

filio Patris. Ergo syllogismus coens ē falsum, et premissę verę, legitimeq̄ ɔcludentes.

Pro 3º denique capite possunt effrari sequentes discursus, aliis omissis. Ois natura diva ē coicabilis pluribq realiter distis personis: filius ē natura diva: ergo filius ē coicabilis pluribq realitr distis personis. Intellectio diva ē qd ablutum: filius ē intellectio diva; ergo filius ē qd ablutum. Natura diva n generat: Pater ē natura diva: ergo Pater n generat. Ubi legitimę illationes, et illata falsa, cum inferentibq veris.

Hoc argumentum adeo torsit aliquos Doctores, ut coacti fuerint asserere, n valere artem syllogisticam in divinis. Sed immerito; nam ars syllogistica prescindit à materia, quapropter, vel in quavis, vel in nulla concludere debet. Secundo; nam si id dici posset, eam enervari n solum, quoad trinitatem in unitate; sd quoad alias etiam perfectiones divinas vg voluntatem, sciam, predestinaonem, &a.

Tertio denique; nam me oīo convincit hęc rao, pluribq aliis omissis, quas Hontoya producit Disp 31 de trinitate: Repugnat etiam in divinis, et c.ª quamlibet Dei perfectionem, ut detr id, quod habet infallibilem, et methaphisicam conexionem cum alio, q᷒in detr aliud: ergo repugnat, ut syllogismus recte concludat, et falsum consequens inferat ex premissis veris. Patet coa; nam eo ipso, quod premissę sint verę, datr eius obtum, et eo ipso, quod recte inferant, habet earum obtum methaphisicam conexionem cum obiecto coentis: ergo repugnat, quod existente premissarum obto, n detr obto coentis. Unde nequit fallere syllogismus etiam in divinis, sive talis sit.

Ut argumento respondeam, adverto, quod si medium syllogismi, sit trus cōis debet sufficienter distribui.

Pro quo supponas, alium ēē trium coēm, coitate reali, qualis ē natura, vel essentia Dei, cognitio, et voluntas illius; nam quęvis ablută perfectio Dei realitr, indivisibilitr, et absq; sui plurificatione, identificatr tribus Personis realitr distinctis. Alij vo termini sunt coēs coitate raonis v.g. homo, vel equus; qa natura humana realitr n ē una, sd multiplex in hoibus; cum ea quę reperitur in Petro, n sit realitr in Paulo, quvis utraq fiat una unitate præscissionis, et abstractionis. 8

Præterea supponas, trium coēm coitate raonis distribui sufficienter p hæc distributiva signa: omnis, quicunque, nullus; at terminum coēm coitate reali, n sufficienter p illa signa; sd p hæc distribui; qd qd, vel omnis res, quę ē essentia, natura, vel alia quęvis ablută Dei perfectio; nam signum omnis, raone relativi adiuncti, æquivalet qd qd. Unde fit latius patere signum qd qd, quam signum omnis, cum illud distribuat qd qd potest distribuere signum omnis, et n ē contrà.

Hinc qo detegitur fallacia, quę latet in prædictis syllogismis, et cur inferant coens aperte falsum, ex præmissis, quę prima facie verissime apparent; qa scilicet in eis n sufficienter distribuitr trius cois, cum n adiungatr ei signum qd qd, vel aliud æquivalens, sd signum omnis. Quod manifeste constabit, si loco signi omnis apponas signum qd qd. V.g. si in primo syllogismo, qui pertinet ad 1m clasem dicas: qd qd ē natura divina ē Pater; filius ē nāra divina: go filius ē Pater. Efficies quidem syllogismum recte concludentem, solum maior propositio falsa erit, quare n mirandum, quod inferat coens falsum. Idem pro reliquis syllogismis notetur. Non go fallit contra trinitatem ars syllogistica; sed plerumque non servatur.

Caput Sextum.

Aliqua solvuntur, ubi de syllogismo expositorio.

Contra dicta vº capite præsedenti subiicies: In ea materia n̄ valet ars syllogistica, in qua n̄ valent eius principia, ex quibus tota vis inferendi derivatr; at in trinitate Personarum sub unitate naturæ, n̄ valent eiusmodi principia: n̄ igitr in ea materia valet ars syllogistica. Minor probatr; nam prīa sunt hæc: quæcunque idantr uni tertio, idantr inter se: item quando duo extrema ita se habent, ut unum identificetr alicui tertio, cui n̄ identificatr alterum, distinguntr inter se: Nam primum inservit syllogismis affirativis; secundum negativis; at hæc principia n̄ valent in trinitate: ergo et ea. Minor probatr; quia primum falsificatr in personalitatibus divinis, quæ licet identificentr eidem numero naturæ, n̄ idantr inter se. Falsificatr etiam secundum in essa, et filiatione, quæ n̄ distinguuntr inter se, quavis cum Paternitate identificetr essentia, et à Paternitate distinguatr filiatio.

Propter hoc argumentum aliqui Dd. enixè contendunt, artem syllogisticam in eis principiis n̄ pugnari, sed in his: dici de omni, et dici de nullo, quæ sic explicantr, quod quod convenit subiecto perfecte distributo, convenit cuicunque sub eo contento, proindeque potest de illo prædicari. Quod quod n̄ convenit, seu quod quod removetr à subiecto perfecte distributo, removetr à quolibet sub eo contento, proinde que potest de illo negari. Nam primum inservit cuicunque syllogismo affirativo concludenti; secundum vº cuicunque negativè inferenti.

Inferenti.

Sed bené ostendit Pater Arriaga, Dispᵉ 43, sectᵉ 2a, haec duo principia: dici de omni, et dici de nullo: ad alia duo reduci; nam in quolibet syllogismo legitime constructo dantur extremitates, et medium, et quia cum medio identificantur,

Nihil deficit.

Nihil deficit.

Nihil deficit.

Nihil deficit.

Nihil deficit.

Nihil deficit.

Sed statim in exponendis reliquis quaestionibus procedetur.

Ctq cum medio idantur extremitates in premissis deducitur inconsequenti, quod idenantur inter se. Qui modus inferendi proprius est syllogismi affirmative concludentis. Quando vero in premissis una extremitas idatur, et alia distinguitur a medio, infertur inconsequenti, quod extremitates inter se distinguantur. Qui modus inferendi convenit syllogismo negative concludenti.

Omissa ergo hac doctrina, Respondetur ad argumentum concessa maiori, negando minorem. Ad eius probationem dicimus, ea prima sic est ponenda, quando sine distinctione virtuali duo extrema idantur uni tertio, idantur inter se. Iudoque duobus extremis unum cum distinctione virtuali, idatur realiter cum tertio, a quo distinguitur alterum, ea extrema distinguuntur realiter inter se. Quod sane verum habet tam in divinis, quam in creatis, ac proinde utrobique habent locum ea prima. fateor distinctionem virtualem cum identitate reali non esse possibilem in creatis, ut ex communi mente supponitur in presenti. Sed prima tamen iacta ab hoc prescindunt, quod eis per accidens est.

Obiicies praeterea. Saltem expositorii syllogismi non habent locum in trinitate, cum in quavis alia materia legitime, et evidenter concludant. Probatur in his. Haec natura divina est Pater: filius est haec natura diva: ergo filius est Pater. Pater est haec numero natura divina: sed haec numero natura diva est filius: ergo Pater est filius. filius est hic numero Deus: sed hic numero Deus est Spiritus Sanctus: ergo filius est Spiritus Sanctus. Hic numero Deus est trinus: Pater est hic numero Deus: ergo Pater est trinus.

Respondetur negando antecedens. Ad probationem dicas, eos syllogismos ineptos concludere non ratione materiae, sed ratione formae: quia videlicet non constant medio pro singulari, sed communi communicate reali, qualis est natura diva, vel quaevis alia eius absoluta perfectio. Sicut enim quando medium est distribuendum, requiritur plena distributio, sic quando medium est singulare, prout in syllogismis expositoriis debet esse, requiritur omnimoda singularitas, quae sien

communicabilitatem excludat, sed natura divina non excludit omnem
communicabilitatem, cum potius exigat tribus Personis communicari. Non ergo
est medium aptum pro conficiendo syllogismo expositorio, nisi forte ratione
alicuius adiuncti ita singularicetur, ut nulla ei communicabilitas
supersit.

Natura divina non nisi triplicem personalitatem admittit Caput Septimum.

Hoc est quintum, et ultimum caput, unde potest impugnare mysterium Trinitatis: quia si semel deceditur, eandem individuam Dei naturam posse cum pluribus personis realiter distinctis identificari, non erit cur identificetur cum solis tribus, et non cum pluribus, aut paucioribus: hoc tamen repugnat: quare et primum. Hoc argumentum petit, ut rationem assignemus, si forte sit assignabilis, cur natura divina sit identificabilis, et identificetur de facto cum tribus personalitatibus, aut personis in ratione personalitatis distinctis non tamen cum pluribus, aut paucioribus.

In primis autem de fide supponendum est, in Deo reperiri de facto tres personas, nec plures, aut pauciores reperiri posse. Conspirant in hac veritate omnes Catholici, nam expresse continetur in S. Scriptura, ubi semper fit mentio trium personarum, Matthei ultimo baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Ioannis 1a Canonica Capite 5o, tres sunt, qui testimonium dant in Cælo, Pater, Verbum, et Spiritus S., et hi tres unum sunt. Mitto alia testimonia, quia res apud Catholicos est indubitata.

Neque audiendi sunt Hæretici, qui maxime hoc nostræ fidei religionis fundamentum evertere conantur. Sed quia sunt in duplici differentia. Nam aliqui censent, duas tantum personalitates identificari cum natura divina, consentique duas tantum personas in Deo reperiri

Ita n nulli iudicantes, Spiritum S. ee pratum ablutum, scilicet Dei-
tatem, quâ Pater, et filius inter se copulantur, et sunt unus Deus, aut ee poten-
tiam, et virtutem, quâ Pater, et filius operari possunt ad extra. Sic etiam,
qui iudicarunt, Spiritum S. ee quoddam accidens creatum, et simul Patrem, et
filium ee Deum. Ac deni q plures alii, qui l. t. concederent Spiritum S. ee Per-
sonam â Patre, filioq distinctam, adhuc asserebant n ee ex natura divina, sed ex alia
longe inferiori constare. Tantum q duas Personalitates, et Personas illi
Heretici concedebant. Alii vero plures, quam tres admittebant. Contra omnes
vero stat indefessa nostra fides, quæ tres Personas, et Personalitates nos edocet.

Sed
rogari poteris; an ratione nali sufficienter probari possit ternarius iste
Personarum numerus in Deo? Non video, hanc difficultatem in terminis
ab ullo moveri; nam l. t. DD. inquirant; an ratione nali constare possit,
processiones ee duas, et n plures, aut pauciores? Attamen diversum qui-
dem est: an processiones sint duæ, vel an Personæ sint tres? His q rationibus
ostendere quis conaretur ternarium numerum Personarum.

Prætereaq nam
in Deo, ut patet agente rationali, n sunt potes, nisi duæ tantum Processiones,
et operationes, alia per intellectum, et alia per voluntatem: q n sunt potes, nisi duæ
tantum Personæ productæ. Sed aliunde necessum est, ut detur alia Persona
improducta. Debent igitur dari tres personæ, n plures, aut pauciores.

Hæc ratio
supponit, duas tantum in Deo processiones reperiri; supponit etiam ultra
Personas procedentes, et productas, dari unam ee, quæ a nulla procedat, et
â qua cæteræ fluant, de quo infra. Sed quamvis hæc omnia demus, n osten-
ditur adhuc, eas duas Processiones ad unicam Personam terminari, cum
per duas actiones optime possit unicus terminus produci. Nec ipsa per osten-
ditur per has duas Processiones n produci tres, aut quattuor Personas,
cum n repugnet, plures terminos unica fieri actione.

Secunda ratio supponit

etiam unam ex divis Personis ēē nario improductam, et solum ēē possibiles duas Processiones. Quo posito sic arguitr. Ultra Personam improductam assignari debent aliq duę, n̄ plures, neq̄ pauciores, quę terminent has Processiones: ẽ tantum possibiles ss tres Personę: probatr ans; q cum Personę tranctis eas Processiones, pertineant ad diversas Lineas, scilicet intrum, et voluntatem, sic identificari nequeunt, ut unicam realitr Personam constituant. Deinde neq̄ possunt ita plurificari, ut resultent plus, quam duę; nam una debet ēē infinitè perfecta in linea intus, alia in Linea voluntatis. ẽ in nulla ex his Lineis potest aliqd superesse, qd proprium sit alterius Personę. 11

Verum hęc rao licet omittatr, qd in ea supponitr, adhuc mihi n̄ oio placet. Primo, nam s t intrus, et voluntas identificantr in Deo, qvis ad lineas diversas pertineant, cur n̄ poterit silitr idari utraq̄ Persona quę p intrum, et voluntatem procedit, qvis ad lineas diversas pertineant. Secundò: nam etiā n̄ video, cur sicut plurificantr personę, qvis pertineant ad eandem lineam actus vitalis praescindentis ab actu intrus, et voluntatis, n̄ possint etiam plurificari intra eandem Lineam actus intrus, l actus voluntatis. nam s t opus n̄ ē, ut qulibet Persona ita sit infinite perfecta in linea vitalis actus, ut exhauriat omnem perfectionem excogitabilem in ea linea, neq̄ relinquat aliqd qd proprium sit alterius Personę, sic opus n̄ erit, ut dicat omnem perfectionem in Linea cognitionis, l in linea volitionis, sed huic Personę sufficiet cognitio, quę fratr ad Deum, alteri vº quę fratr ad Creaturas. Et huic Personę satis erit volitio, quę fertr ad Deum alteri quę fertr ad Creaturas, s t huic Personę sufficit actus vitalis, qui ē cognitio, alteri vº qui ē amor. Tertia ratio. Nam si semel dicatr, plus qm unicam Personam d Deo p intrum produci, n̄ erit cur infinitę n̄ producantr.



Silitr si praetr unam admittatr alia

p voluntatem procedens, non erit cur infinitae non admittantur. hoc autem absurdissimum: ergo solum admittendae sunt duae Personae productae, quarum una sit p intrum, et alia p voluntatem. Et cum aliunde supponatur alia improducta, necessarium est, triplicem solum Personam admitti.

Forte iudicaret aliquis, attenta praecise ratione naturali, nullum esse inconveniens admittere Personas infinitas, imo potius esse necessario concedendas, tot scilicet, quot formalitates reperiuntur in divina cognitione, cum infinita obiecta, quae tangit, et in amore divino cum infinita obiecta saltem possibilia, sint quae fertur: nam diversa Persona erit, quae procedit p intrum, ut cognoscentem hanc speciem, ab ea, quae procedit p eundem intrum, ut cognoscentem aliam speciem. Sicut asseris esse distinctam Personam, quae procedit ab actu vitali Dei, quâ cognitivo, aut quâ volitivo.

Ex dictis colligo, ratione naturali praecise non sufficienter probari numerum ternarium Personarum. Quod mirum, ut mysterium excedens omnem rationem probari nequeat ex ratione. Sufficiat nostra fides, quae certissimam, et indubitatam reddit hanc veritatem. Noto vero, quod etsi ratio naturalis non probet numerum ternarium Personarum in Deo, attamen improbat illum, ut in sequenti capite demonstro.

Obiectis respondetur.

Caput 8um.

Obiicies sic ad probandum unicam tantum esse Personam productam, et aliam producentem. Persona divina debet esse maioris perfectionis, quae cogitari possit. Sed non erit talis, nisi unica sit, quae producitur, et alia supponatur, a quâ producatur: ergo etc. Probatur minor, quia nisi unica sit quae producitur, non exhauriet totam vim productivam Dei. Neque rursus habebit omnem perfectionem excogitabilem in linea Personae.

Respondetur distinguendo maiorem; quae cogitari possit in sua linea, concedo maiorem; extra suam lineam, nego maiorem. Similiter

cognitio, et quævis alia perfectio Dei continere debet omnem perfectionem suæ lineæ, non alterius, ita Persona diva in se claudere debet omnem perfectionem pertinentem ad lineam Personæ in se, et talis Persona particularis omnem perfectionem, quæ pertinet ad lineam talis Personæ particularis non alterius, ut id ex ipsamet obiectione redarguo. Nam Persona producta non continet perfectionem, et virtutem producentis, neque producens habet gratuim quod est in producta, scilicet produci, id pave produci. Sub hac distinctione concedi, id negari debet minor propositio. Hinc utraque probatio nihil urget.

Non prima; quia non oportet, ut quælibet Persona diva hauriat omnem virtutem productivam Dei, sed eam quæ pertinet ad suam lineam intrius, aut voluntatis. Non secunda; quia sufficit, ut persona diva contineat omnem perfectionem excogitabilem in linea talis Personæ. Quod si Persona dicere deberet omnem perfectionem excogitabilem in linea Personæ, taliter quod nullam perfectionem alteri Personæ relinqueret, unica solum Persona daretur in Deo. Quod est contra ipsum obiicientem, qui saltem unam producentem, et alteram productam admittit.

Præterea sic obiicies ad probandum Personas divas esse plures quam tres. Nam si fecunditas ad generandum est perfectio Patris, ergo maior fecunditas erit maior perfectio. Debet ergo Patri concedi fecunditas, ut non unicum, sed plures generet filios. Idem argumentum fieri potest in vi spirativa, quæ reperitur in Patre, et filio, nam ea trahi debet non ad unicum, sed plures Spiritus Sanctos, ut fecundior, et perfectior sit.

Respondetur, quod fecunditas ad generandum, non esset maior, nisi ad summum extensive, in casu quo traheretur ad plures filios, vado est; nam filius de facto genitus est infinitus, illi vero qui tunc generarentur essent finiti, et limitati, quia de facto haurit et adæquat omnem vim generativam, ex illis autem nullus adæquaret. Ergo stat, filium de facto genitum esse unicum, et adhuc vim generativam esse fecundiorem, et perfectiorem, ac esset si posset plures generare.

nam maior fecunditas non tam ex numero terminorum, quam ex illorum perfectione pensari debet. Idem dicas de virtute spirativa.

Sed instas. Ex eo quod Pater intelligat, producit Verbum: sed ipsum Verbum etiam intelligit: ergo producit aliud Verbum, et sic in infinitum. Rursus, ex eo quod Pater, et Filius ament, spirant tertiam Personam, quae dicitur Spiritus Sanctus; sed haec tertia Persona non minus amat, quam Pater, et Filius: ergo non minus spirat aliam Personam, quae sit Spiritus Sanctus et sic in infinitum.

Respondetur, Patrem non ideo praecise Verbum producere, quia intelligit, neque Patrem, et Filium ideo praecise spirare, quia amant; sed ulterius etiam, quia vis intellectiva, et volitiva non supponitur aliunde iam exercita. Quare licet Verbum intelligat non producit aliud Verbum, quia intelligit per intellectionem, quae iam exercuit suam vim, dum esset in Patre. Idem in virtute ~~spirativa~~ volitiva contingit, nam cum eadem sit in omnibus Personis, et in duabus primis exhauserit totam suam vim, nequit ulterius in Spiritu Sancto exerceri producendo alteram Personam.

An intellectus creatus possit naturaliter cognoscere Trinitatem?

Quaestio 2a.

Quoad de cognitione evidenti. Caput 1um.

Postquam statuimus possibilitatem, et existentiam huius mysterii, restat expendamus, an, et qua ratione possit ab intellectu cognosci. Cum autem dupliciter possit intellectus in obiectum ferri, vel naturaliter, vel per elevationem, ideo in praesenti quaestione agetur de intellectu naturalibus relicto, in sequenti vero de intellectu supernaturaliter elevato.

Rursus advertendum est, intellectum sive

elevatum, sive absq elevatione posset versari cū obtum p cognem evidentem, i. p probabilem. Unaquaeque vº harum cognitionum dividitr in eam, quae concipitr ex praemissis, et p discursum ab ipsis comparatr; aut in eam, quae immate, et sine discursu fertr in obtum. Item dividitr in iudicativam, et apprehensivam: haec autem apprehensiva subdividitr ulterius in simplicem, et cplexam. De qq divisionibq late dictum e in Logica, et in Libris de Anima. Nam q in praesenti capite queritr, an intrus naliter habere possit evidentem cognitionem trtatis, sive illa cognitio sit immata, sive p discursum? in capite vº 3º dicemus de cognitione probabili.

Statuo 1º: nequit intrus naliter habere cognem evidentem, quā feratr immate, et s discursu in trinitatem. Probatr, q, secus ex apprehensione trorum cognosceretr mysterium trtatis, s't cognoscitr totum ee maius sua parte: sd hoc e apertissime falsum: g ttª. Confirmo; nam ideo cognoscitr s discursu veritas haec totum e maius sua parte; q trī solent ita clare pproponi p apprehensiones, ut ex ipsis bene penetratis, intrus transeat ad assensum, quem is n nunquam iste suspendatr, q n satis trī penetrantr; sd naliter nunquam p apprehensiones potest ita proponi plitas, aut existª trtatis, ut ex ipsis detretr intrus ad assensum, eo q haec veritas adeo supperat ipsum intrum, ut nunquam permittat eius trōs sufficienter penetrari: g ettª.

Hinc infertr, ppnem istam: Deus e trinus, et unus: n ee notam pse, q si talis esset, dciperetr ex apprehensione trorum. Cum pptio pse nota n alia sit, nisi quae sufficienter dcipitr ex apprehensione trorum, ut in questione de noe probabilius iudico.

Dices: trinitas in Personis, et unitas in essentia, cvenit Deo nario: g qui sufficienter penetraret hos trōs. Deum, unitatem in essentia, trinitatem in Personis, statim iudicaret,

Deum ēē trinum in Personis, et unum in eßa: q talis veritas ē p se nota; patet, nam ea veritas ē p se nota, cui suffragium, et assensum daret intus, si penetraret tros illius. Quris intus clarissimè penetret hos tros, Petrum, et cursum, adhuc n̄ detrati sufficienter ad affirmandum qd Petrus currat, q cursus dvenit Petro dtingentr, et n̄ navio. Quaré pptio hæc, Petrus currit n̄ ē p se nota. Qndo tn extrema habent intrse habitudinem nariam, ut in præsenti dtingit, penetratis extremis, poterit, et forte tenebitr intus iudicare, q unum alteri dveniat.

Respondetr: dcesso anti, negando Lm coām, et dcessa Lo. Ad ejus probaonem dico, veritatem p se notam n̄ ēē illam precise, cui daret intus assensum, si tros illius penetraret, sd ulterius, quæ ut ipsa plurimum se penetrari permittit, quris aliqndo p accidens ab intu n̄ penetretr. Cumq trinitas, et unitas ob ingentem sui difficultatem nunqm se penetrari sinat, n̄ ē p se nota, quris de illa verificetr ea dditionalis, qd intus ei assentiretr, si tros illius penetraret.

Statuo 2o, intus nequit naliter cognoscere mystum tratis p discursum evidentem. Loquor de trinitate, sive ut poßi, sive ut existenti. Rao huius dclusionis, quæ comissima ē inter AA hinc de sumitr, qd nullum sit medium natur, et evidentr à nobis cognoscibile, p quod venire possimus in evidentem notiam tratis ut melius dstabit n̄ nulla expendendo, de qq in capite subsequenti.

Enodantur aliqua dubia.

Caput 2m.

Dices 1o: intus pble, et impble n̄ datr medium; sd nequit demonstrare rao naturalis, tratem impblem ēē: q potest demonstrare pblem ēē. Retr negando coām, qa potest optime nullum

ex 2a dictoris demonstrare. Quvis aliqd à parte rei nario debeat existere, qd evidentissime patet, qndo cc utrumq 2a dictorium dubitamus. Vg an turca modo sedeat, l. n̄ sedeat, aut qndo solum opiniones probabiles q. 2a dictoria versant, ut an relatio praedicalis distinguatr realitr, l. n̄ distinguatr à fundamento, et c.

Dices 2o. raonalis evidentr cognoscit, D cum ēē summe felicem: sd evidens ē, felicitatem unius personae stare nequire s. 2sortio aliarum: ō evidens ē in Deo reperiri plures Personas. Hoc argutum in multis deficit. 1o q. n̄ ostendit, has personas ēē tres, et n̄ plures aut pauciores. 2o q. n̄ probat, eas personas habere unitatm in natura. 3o q. lt felicitas in creatis stare nequeat absq 2sortio plurium, n̄ tn̄ in divinis. Rao ē, q. cum Deus sibi sufficiat, nullum 2modum, l. utilitatem ab alio percipit, quam ex se haberen̄ posit: at creatura quævis participat ex alia magnum emolumentum. Unde stando praecise raoni nali, n̄ censeretr Deus egere pluribus personis ad sui 2modum, et felicitatem.

Dices 3o. evidentr constat, Deum, ut pote summum bonum, ēē summe diffusivum sui, sd evidens ē, in productione Creaturarum n̄ exercere summam diffusionem, et 2municationem sui, q. a creaturae finitae sunt et limitatae. Constat q. evidentr, illam exercere p productiones ad intra, scilicet p intrum, et voluntatem, ergo duae personae sub eadem naa procedant. Et cum aliunde sit evidens dari personam aliam inproductam, infertr tandem evidentr, dari tres personas in eadem naa.

Rētr, qd lt omittamus, summum bonum evidentr ēē diffusivum, et coicativum sui, tn evidentr n̄ constat, hanc diffusionem et coicationem infinitam ēē debere, p productionem personarum ad intra, q. n̄ 2stat evidentr, eiusmodi

productionem ee pfectionem. Rursus neq; constat evidenter, hanc perfectionem exercendam producendo personas ejusdem rationis. Neq; item, duas et non plures ee tres, huius productionis, quia ratio naturalis potius ad plures, imo et ad infinitas inclinare videtur, eo q; sic Deus infinite circaretur.

Alia non nulla quae legere possunt in magistris, et apud AA. facile videri possunt, omitto, solum advertas, hanc doctrinam intelligendam de omni intellectu creato, tam humano, quam Angelico, nullus n. potest evidenter, imo nec probabiliter, ut mox dicemus habere notitiam huius mysterii. Rursus advertas id etiam intelligendum, nulla facta revelatione, sed intellectu praecisse suis viribus relicto. Nam in subsequenti quaestione dicam, qua ratione possit haec veritas, supposita revelatione cognosci. Demum advertas, doctrinam in praecedenti cap. statutam ex dicendis in subsequenti magis roborari, nam dicemus, nec probabiliter posse mysterium Trinitatis ab intellectu creato naturaliter cognosci. Quod si probabiliter nequit, à fortiori nec evidenter.

Quid de cognitione probabili. Caput 3m.

Censeo, nostrum intellectum propriis viribus relictum, et omni revelatione seclusa, nec probabiliter posse mysterium Trinitatis cognoscere. Conclusio haec est cois inter AA. In ea vero loquor de hoc mysterio, tam ut possibili, quam ut existenti. Loquor etiam de cognitione probabili, quam intellectus ex motivo sufficienter proposito prudenter concipiat, quia concedere non renuam, aliquando per accidens, et temere concipi iudicium, et assensum arbitrarium circa hoc mysterium. Deniq; loquor de cognitione probabili, tam innata, quam discursiva.

Probatur q; resolutio proposita 1o. ex S. Scriptura, nam Matthaei 16. Petro confitenti veram Christi divinitatem, et quod esset proprius filius Dei vivi, respondit Christus D.: Beatus es Simon Barjona, quia caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.

Ubi S. Hieronimus, inquit, Beatus hic é, qui ultra humanum oculos intendisse, et vidisse laudatus é, n̄ id q͞d ex carne, et sanguine erat, contuens, sed Dei filium cœlestis Patris revelatione cõspiciens. Item Mathæi undecimo. Nemo novit filium nisi Patrem, neq̃ Patrem quis novit nisi filius, et cui voluerit filius revelare. Ex qq testimoniis, et aliis omissis deducitr aperte, seclusa revelaone, n̄ ee possibilem trinitatis cognitionem, quoris probabilem, et opinativam. | 15

Probatr 2o raone. Nam ut intellectus prudenter, et probabilitr assentiatr obto, n̄ tam attenditr ipsius obti veritas, q͞m motivum, intellectui propositum, ut eliciat assensum: sed revelatione seclusa, quavis esset firmissima veritas obtiva trinitatis, adhuc intellectui n̄ proponeretr sufficiens motivum, ut prudenter, et probabilitr assentiretr obto. Non ergo poterat assentiri, minor p͞r, q͞ proponerentr tot difficultates, tum ex rebus creatis, ubi nihil simile trinitati reperitr. Tum ex ipsa trinitate s͞m se, quod potius flecteretr intellectus ad dissensum, q͞m ad assensum. Et forte magis prudenter, et probabilitr dissentiret intellectus, q͞m assentiret.

Confirmatr 1o; nam intellectus propriis viribus relictus, et n̄ interveniente aliqua prætrnaturali Dei providentia, semper ex creatis ad divina ascendit, et seclusis quantum fieri potest imperfectionibus, ea Deo tribuit, quæ reperit in humanis: at nunquam in humanis reperit triplicem personam cum unica natura: ergo cum aliunde constet evidentr, unicam s͞m in Deo reperiri naturam, q͞ s͞m datr unicus Deus, inferret potius unicam reperiri personam. Quod si ex personis ad naturam transiret, inferret ex pluralitate personarum, pluralitatem naturæ, cum in humanis tot sint personæ, quot naturæ, et e contra.

Sit 2ª conclusio: admittenda est triplex duratio, triplexque præsentia relativa, proindeque triplex æternitas, et immensitas in divinis relaonibus. Probatur, nam quævis relao secundum se sumpta petit coexistere omni tempori, et omni spatio: ergo quælibet raone sui est duratio, et ubicatio. Patet, nam tota raos distinguendi duraonem, et ubicaonem in creatis, non est alia quam indifferentia subti, ut huic tempori, vel alteri, huic, vel alteri loco respondeat. Unde, si demus, entitatem creatam ex se determinatam ad hoc tempus, vel spatium, illa non egebit superaddita duraone, vel ubicaone, sed erit sui duratio, et ubicatio, ut patet in spirituum ubicatione, et duraone, quæ superaddita forma non essent: cum relatio

quælibet sit ex se detracta ad oẽ tempus, et spatium, quælibet formaliter
ẽ sui duratio, et ubicatio, cõsequenter sui æternitas, et immensitas: at relaones
sũ tres realiter distinctæ: ergo dantur tres duraones, et ubicaones realiter distinctæ.

Dicas: in symbolo nostræ fidei dicitur, ñ dari tres æternos, nec immensos, sed unum æternum, et immensum: ergo relaones prout inter se realiter, et virtualiter distinguuntur ab essa, ñ habent proprias æternitates, et immensitates. Patet, quia si haberent, iam darentur tres æterni, et immensi.

Respondetur, ibi sermonem ẽẽ de æternitate, et immensitate absoluta, ñ de relativa, quare fateor, ñ ẽẽ dicendum absolute, quod in Deo dentur tres æterni, vel immensi, seu tres æternitates, vel immensitates, quia voces istæ sine restrictione prolatæ, sive concretè sumantur, sive abstractè, stant pro absoluto, denotant quia multiplicaonem in æterno, vel immenso, seu in æternitate, vel immensitate absoluta. Quæ tamen ñ datur, at cum addito potest, et debet affirmari, dari tres æternos, et immensos personales, tres æternitates, et immensitates relativas.

Hinc infertur 1o. pro materia de attributis, quælibet perfectionem divinam per se ipsam formaliter ẽẽ æternam, et immensam, quia ratione sui quælibet petit correspondeam ad oẽ tempus, et spatium, si detur, neque ad oppositum habet indifferentiam. Et si perfectio divina ñ per se ipsam, sed per supperadditam formalitatem esset æterna, et immensa, iudicarem, tot ẽẽ multiplicandas æternitates, et immensitates, quot sũ divinæ perfectiones. Cum in creatis videamus, subsista dista durationibus, et ubicaonibus distis informari. De quod quod de hoc sit.

Infertur 2o., mysterium trinitatis exerceri in tribus æternitatibus, et immensitatibus relativis sub una æternitate, et immensitate absoluta divinitatis propria.

Quod de prædicatis negativis? Caput 4.

Ultra perfectiones positivas, referiuntur in Deo non nulla praedicata nega- 30
tiva, de quibus in praesenti cap. rogatur, an multiplicatis relationibus mul-
tiplicentur, et in eis consentur exerceatur mysterium Trinitatis? Neque modo
discutio, quinam sint termini positivi, quos excludunt haec praedicata nega-
tiva, neque de singulis in particulari dixero, nam id esset nimis molestum,
et inutile, sed de omnibus ad quaedam capita reddactis, inquiro, num
multiplicentur?

Id notare non omittam, haec praedicata non attendenda sunt
negativorum propriae, quod afferunt, quia sic nullam perfectionem impor-
tant, et communia sunt entibus non existentibus, imo et impossibilibus, sed ulterius
attendi debent secundum positivam, et increatam perfectionem Dei, in qua
radicantur. Hoc ergo supposito.

Duplex reperitur sententia. Prima negat, haec
et alia negativa praedicata multiplicari, ut immutabilitatem, incre-
abilitatem, immortalitatem, impassibilitatem, incomprehensibilitatem,
immaterialitatem etc., est communis, et defenditur a Patre Montoya D. 28.
sect. 3. Patre Martinus Perez D. 11. sect. nona. Magistro Albis D. 10. sect.
5. cum aliis. Secunda vero sententia, quam aliqui recentiores propugnant, est
affirmativa, nam ea praedicata censet multiplicari.

Est autem hoc discri-
men inter utramque sententiam. Nam prima licet fateatur, ea nomina adiective
sumpta multiplicari, tamen substantive sumpta, multiplicari negat.
Unde concedit tres personas immutabiles, increabiles, immortales
etc., negat tamen tres immutabilitates, increabilitates, immortali-
tates etc., nam istas formas censet non multiplicari, quamvis multiplic-
centur subiecta. Sicut dantur tres personae divinae, sed non tres divinitates,
quia persona multiplicatur, non divinitas; at secunda sententia non solum per-
sonas, et subiecta denominata multiplicat, sed formas etiam denominantes. Un-
de non solum multiplicari consent ea nomina adiective sumpta, circa quod non
potest esse dissensio, sed etiam substantive. Quare non solum admittit tres

personas immutabiles, sd etiam tres immutabilitates ttª. et dantr n̄, s in tria entia, sd tres entates. Tria immensa, et tres immensitates.

Hanc Dm sentam verissimam censeo: pro cuius explicaone statuo, pretr immutabilitatem ablutam, q cpl Dvenit naȓe divinę, reperiri triplicem immutabilitatem relativam. Sub immutabilitatis noe Dprehendo increabilitatem, immortalitatem, impasibilitatem, et indivisibilitatem. Rao Dclutionis ē, nam quęlibet personalitas fralissime sumpta dicit perfectionem, cui repugnat creabilitas, mortalitas, passibilitas, et divisibilitas; g tot sī increabilitates, et immortalitates, quot personalitates: sd personalitates sī tres: g dantr tres increabilitates, et immortalitates. Alinude datr increabilitas, et immortalitas naȓe divinę: dantr g tres increabilitates, et immortalitates relativę sub una abluta. Idem assero de reliquis pratis.

Confratr, et explicatr: oē pratum divum exre excludit omnem excogitabilem imperfectionem, nam raone sui ē infinite perfectum: at potiā, ut mutetr, et alias denoationes cui siles subeat ē imperfectio: g raone sui talem potiam excludit, sd q d raone sui talem potiam excludit, raone sui ē immutabile: g quodvis pratum divum raone sui ē fria immutabilitatis: g multiplicatis pratis, ut reipsa multiplicantr personalitates, multiplicantr ist frię.

Confratr ulterius: immensitas, et ęternitas ē immutabilitas, in ordine saltem ad spatium, et ad tempus: at in divis personis multiplicatr ęternitas, et immensitas, ut s diximus, et plures adversariorum admittunt: g multiplicatr immutabilitas in ordine saltem ad spatium, et tempus. At eadem ē rao pro cęteris pratis negativis: g ttª.

Ex his g constat, in Deo reperiri tres immutabilitates relativas sub una

absoluta, sicut tres personalitates relativas, sub una deitate absoluta, et communi. Quare mysterium trinitatis exercetur in hoc praedicato, nec non in quovis alio, quod nomine immutabilitatis comprehenditur. loquendo Sancti Patres frequenter docent, et in symbolo dicitur, non dari tres increatos, hoc est tres increabiles. Intelligendum est de increabilitate absoluta, non relativa. Sicut in simili de aeternitate et immensitate diximus capite praecedenti. Fateor his vocibus utendum semper cum restrictione, ne detur ansa errandi. Fateor praeterea, quod immutabilitas in omni genere competit Deo ratione omnium perfectionum, et consequenter non multiplicatur; at in hoc, vel illo genere convenit ratione huius, vel illius praedicati, consequenter multiplicari potest multiplicato praedicato.

Iam vero liquet quid dicendum de incomprehensibilitate, invisibilitate, et ineffabilitate, quae evidenter idem sonare. Multiplicantur enim sicut de immutabilitate diximus. hoc idem teneas de incorporeitate, sive immaterialitate, vel quovis alio simili praedicato negativo. Neque enim in omnibus immorari licet. Ad alia enim positiva praedicata, in quibus maiorem difficultatem, gradum properamus.

An detur in Deo triplex existentia relativa sub unica absoluta? Quaestio affirmative respondetur. Caput Im.

Quod in Deo detur absoluta existentia, quam divinitas ante ad creaturas existat, nequit, me iudice, dubitari. tum quia sicut divinitas per se ipsam, et ante relationes est ens actuale, sic, et existens: quia cum existere non sit aliud, quam esse ens actuale oppositum nihilo. Tum etiam, quia cum divinitas sit veluti radix mechanica

relationum opus est, ut ante ad illas existat: ergo per existentiam absolutam. Patet, nam in Deo quidquid ad relativum praecedit est absolutum.

Hinc est, quod si praeter hanc existentiam divinitatis propriam, detur alia triplex in relationibus, dabitur sine dubio triplex existentia relativa sub una absoluta, eaque ergo mysterium Trinitatis exercebitur in triplici existentia relativa sub unica absoluta. Quare tota difficultas ad hoc devolvitur, an personalitates, sive relationes habeant proprias existentias relativas, sicut habent proprias entitates?

Duplex in hoc dubio reperitur sententia; prima communis inter Thomistas est negativa. Nam relationibus negat proprias existentias, sicut proprias entitates concedat. Sicut enim materia prima licet habeat entitatem distinctam a forma, tamen existit in eorum sententia per existentiam formae; sic licet personalitates habeant entitates a divinitate distinctas, adhuc existunt per existentiam divinitatis. Unde solum admittunt in Deo quandam existentiam absolutam, et eam omnem omnino relativam denegant. Ita Caietanus, Capreolus, Bañes, et alii, quos refert, et sequitur Pater Vasquez De 1. 2. 6. Secunda sententia communis inter nostros DD admittit in relationibus tres existentias relativas, sicut, et tres relativas entitates. Ita Pater Montoia D. 25, sect. 5. Pater Martinus Peres D. 12 sect. 2a, Pater Arriaga D. 49, sect. 2a cum Scoto subtilitatum Principe in 1o Distinctione 11. q. 2a, et aliis.

Hanc 2am sententiam verissimam semper habui, manifesteque deducitur ex dictis a nobis in Methaphysica pro identificatione existentiae cum essentia. Nam omne ens actualiter existens, ut tale per se ipsum formaliter existit, sicut per seipsum formaliter est ens oppositum nihilo; sed in tribus personalitatibus, aut relationibus divinis reperiuntur tria entia opposita nihilo: ergo tres existentiae. Ex quo primo deducitur, omnem perfectionem singularem Dei, sive relativam, sive

ablutam, habere propriam existam; eamq ab alia perfectione non emendicare. Quin et ita habere propriam existam, ut ipsa met perfectio formalissime sit exista sui, non minus, ac est entitas sui.

Probatur ulterius eadem resolutio. Nam ois productio tratr ad existam rei, cum tendat ad illam in rerum nara constituendam. Ergo productio filii tratr ad existam filii, non ad existam ablutam, qa nihil ablutum in Deo trat productionem; sed ad existam relativam. Datr ergo in filio exista relativa. Idem argumento firmari potest in Spiritu S.; Et ex utriusq paritate deducitur etiam exista relativa Patris.

Huic argumento respondet Pr. Vasq., in creatis, producto termino, debere produci eius existam, non sic in divinis. Sicut producto termino, producitr in creatis eius essentia, in divinis autem, Licet filius producatr, non producitr eius essentia, nam hec est nara divina, quae non producitr, sed coicatr filio. Sic ergo producto filio, non producitr, sed ei coicatr exista, quae proinde non est relativa, sed abluta.

Verum hec evasio facile precluditr 1°, nam ex ipsis terminis evidentissimum apparet, oiem productionem, sive divam, sive creatam, trari ad existam, cum terminum ponat in rerum natura, faciatq de illo verificari, quod abluté, et simpliciter sit. 2° quia similiter dici posset, in divinis non trari productionem ad entitatem termini, sicut in creatis tratr. Quod apud omnes est falsum. 3°; nam in capite 2° precedentis quaestionis ostendi, tres personalitates habere tres essas relativas. Unde Licet in filio non producatr essa cois, sive Deitas, pro qua stat nomen essentia ablute probatam; tn essa relatoria seu relativa essa producitr. Nec unqm percipere potui, qua ratione terminus producatr, quin producatr eius essa, cum eius

et eius essa formalissime sint idem.

Sed rogas, an à Theologo possit affirmari, quod in Deo dentur, tres existentiae relativae? Respondetur affirmative, quia reipsa dantur tales existentiae. Sicut à Philosopho potest affirmari, quod in composito detur materia, forma, et unio, quia reipsa dantur. Et oppositum affirmare, esset contra mentem loqui, et contra veritatem sentire. Quare displicent, qui concedentes eiusmodi relativas existentias, negant enuntiari posse hanc propositionem, in Deo dantur tres existentiae relativae. Quo nihil quid absurdius. Id autem defenditur ab omnibus fere DD. pro 2a sententia citatis.

Argumenta in oppositum. Caput 2.

Obiicies 1o; modus non addit rei novam existentiam, sed novum essendi modum; at personalitates divinae sunt modi naturae divinae: non ergo addunt novam actualitatem, seu existentiam à natura divina, sed ea ipsissima perficiuntur existentia, quâ natura divina. Minor probatur, nam personalitates divinae se habent, ut creatae, quae sunt modi naturam afficientes.

Respondetur 1o, distinguo maiorem: modus non addit rei novam existentiam sui nego; non addit novam existentiam rei, cuius est modus; concedo. Nam sicut modus adveniens addit novam entitatem sui, sed non entitatem novam rei cui advenit, ita non addit existentiam rei, sed existentiam sui. Nam entitas, et existentia sunt realiter idem. Hoc patet in omnibus modis realiter superadditis, qui cum adveniant subiecto, non afferunt novam formam, quâ subiectum existat, sed quâ ipsi existant.
Respondetur 2o, nego minorem, quia licet in creatis subsistentia sit modus, quod admitto, non tamen in divinis, ob summam imperfectionem, quam ex proprio conceptu modus affert. Sicut licet in creatis amor, et cognitio sint accidentia non in divinis ob imperfectionem.

Obiicies 2o.

Obiicies 2º, in Deo n̄ plurificantur, nisi quę opponuntur, cum ibi omnia sint idem, si n̄ obstet relationis oppositio; sed personę divinę n̄ opponuntur in existentia: ergo in personis n̄ plurificatur existentia. Minor patet quia potius in eo praedicato conveniunt. Hoc tamen argumentum solvi debet ab obiiciente, quia probat in Deo n̄ multiplicari rationem entis, entitatis, personalitatis etc. Nam in his praedicatis conveniunt potius, quam differunt, et opponuntur divinę personę, sed hoc n̄ obstante, plurificantur: ergo etc.

Respondetur igitur quod licet personę divinę n̄ opponantur in ratione abstractissima existentię, tamen in ratione talium peculiarium existentiarum opponuntur, et ideo plurificantur. Sicut ratio entis, et personalitatis multiplicatur, quia licet in eis communissime sumptis, et abstractis n̄ differant, sed conveniant personę, tamen in eis, ut ad peculiares differentias contractis differunt.

Obiicies 3º: tres divinę personę denominantur intelligentes, et amantes ab unica intellectione, et amore communi: ergo poterunt etiam denominari existentes ab unica existentia communi. Sed idem argumentum in obiicientem efformo, et ex eodem antecedenti, sic infero: ergo poterunt etiam divinę personę denominari entia, entitates, et personę per unicum ens, unicam entitatem, et personalitatem communem. Quod n̄ admittet.

Respondetur igitur aliquas esse denominationes, quę nequeunt desumi, nisi ex formalissimo rei conceptu. Talis est ratio corporis, spiritus, substantię entis etc. Inter has autem recenseri debet existentia, quę formalissime n̄ est aliud, quam entitas, unde sicut nihil est entitas per aliud, sed per se ipsum, ita nihil existit per aliud, sed per se. Quare licet personę divinę, quatenus tales accipiant alias denominationes a formis

distinctis absolutis, existere non possunt per formam absolutam, vel relativam distinctam, sed per seipsas. Nulla ergo paritas est.

Obiicies denique plures Ecclesiae Patres, quorum testimonia refert eruditus Pr. Montoia, qui negare videntur tres existentias relativas. Respondetur, hos Patres cauté fuisse loquutos, ne viderentur sentire Haereticis confingentibus in Deo plures Deitates, aut plures existentias absolutas, eorum tamen animus longé fuit à negandis tribus existentiis relativis, ultra unicam absolutam Deitatis propriam.

Ad extremum rogas; quid sentiamus de illo funeo, quo communiter uti solent Iuniores ad probandum Personalitates divinas habere proprias existentias relativas; quia scilicet, cum omne absolutum in Deo praecedat ad relativum, si Personalitatum existentia esset absoluta praecederet ad personalitates relativas: Hoc est impossibile: ergo. Maiorem probant, quia iam personalitates existerent antequam essent, cum in eo priori antequam sint, de earum existentia, nequeat esse quod Deitatis existentia, quin Personalitates ipsae denominentur existentes.

Respondetur, hoc argumentum, licet ad speciem compositum, esse nobis admodum inefficax; quia stat bené dari formam, quin ex illa denominetur subiectum, eo quod eius applicatio deficiat, ut ex se patet, innumerisque posset exemplis comprobari. Cum ergo licet existentia praecederet ad personalitates, adhuc eis applicata non esset; eo quod in illo priori Personalitates non haberent esse; nil mirum, quod talis existentia non denominaret tunc Personalitates existentes, sed denominaret in posteriori signo, quando iam personalitates haberent esse, sibique applicarent existentiam. Hoc apertissime patet in divinitate, quae licet sit forma denominans filium Deum, adhuc in eo priori, quo reperitur in Patre, prius quam filius producatur, non denominat filium Deum, quia non datur filius, et consequenter non habet tunc divinitatem sibi applicatam; denominat autem in signo posteriori, quando iam filius datur.

An detur in Deo triplex subsistentia relativa, sub unica absoluta? Quæstio 6.

Proponitur difficultas. Caput primum.

Facilis e quæstionis sensus, licet eius resolutio difficilis. Quod ex inde provenit, quia non adhuc bene cognovimus, quid sit subsistentia, et quisnam eius formalis effectus? scimus utique ex mysterio trinitatis, et incarnationis, dari subsistentiam, sed quid ea sit, ignoramus. Quia in præsenti quæritur, an sicut in Deo dantur tria entia relativa sub unico ente absoluto, sic dentur tres subsistentiæ relativæ sub unica absoluta? proinde, quia sicut mysterium trinitatis exercetur in triplici ente relativo, sub unico absoluto, sic exerceatur in triplici subsistentia relativa sub unica absoluta? quod perinde e, ac rogare, an dentur tres subsistentiæ, quibus spetialiter divinæ personæ subsistant, et ultra has spetialitates detur alia communis omnibus personis?

Ubi noto, subsistentiam absolutam vocari communem. Quod intelligendum e de communitate reali non rationis. Quia modo non inquiritur, an ex divinis subsistentiis abstrahibilis sit ratio communis subsistentiæ? de quo infra. Sed an sicut in Deo datur una singularis Deitas, quæ per identitatem e in omnibus personis, ita detur una singularis, et peculiarissima subsistentia, quæ per identitatem sit in eisdem Personis? Hæc autem subsistentia, si detur, non erit communis communitate rationis, sed reali. Sicut Deitas de facto non e communis communitate rationis, sed communitate reali, nam absque sui plurificatione reperitur in omnibus Personis.

Noto præterea, quod hæc absoluta subsistentia potest cogitari dupliciter. Primo si per intrinsecum, aut virtualiter distinguatur

à nâra. 2º si sit oio indistincta. DD promiscuè loquuntur. Nos autem utranqꝫ difficultatem seorsim discutiemus in subsequentibꝫ capitibus. His q̃ notatis.

Triplicem sentam invenio cc̃ presentem difficultatem. 1ª negat subxistas relativas, et solam absolutam concedit. Unde fatetur, Personalitates, l. relaones divinas in conceptu, quo plurificantur, n̄ induere raonem subxistẽ. Ita Durandus, Albertus, Argentinus, et Capreolus apud Pm Montoiã D 34 de trate sect. 1ª. Referri solet pro hac opinione Scotus, tum in 1º sentarum, Distione 1ª, q. 2ª, tum in 1º Distione 4ª q. 1ª. Sed mihi satis ẽ dubia mens Doctoris subtilis. Qdqd tn de hoc sit.

Propugnat hec senta relaones divas tantum ẽẽ modos, qs nâra diva constituitur, et detrahitur ad ẽẽ incoicabile, n̄ autem ẽẽ subxistentias, quavis Personalitates sint; nam personalitatem indicat ẽẽ existam pse nâræ incommunicabilem. Atque adeo quo personalitatis conceptu duplicem inadequatum distinguit. 1m, qui sit existere pse, et hunc asserit ẽẽ coem; alterum, qui sit incommunicabiliter existere, et hunc asserit ẽẽ modum relativum, nam ois incommunicabilitas, ut pote distonem inducens, nequit provenire, nisi à fra relativa. Relaones q. ii personalitates, quatus ultimo constituunt illum conceptum, qui ẽ existere pse incoicabiliter. Ita precitati DDs.

Secunda senta huic opposita, concedit tres subxistas relativas, et personales, oiem autem absolutam, et coem subxistam rejicit, quoniam existimat, nihil aliud ẽẽ subxistere, qm existere pse ultimò, et incoicabiliter. Ita Pr. Molina, P. Valentia, P. Vasqꝫ cum aliis, quos refert, et sequitur P. Montoia citatus. Ci subscribunt Iuniores coiter P. Suniga q. 30, D. 5. dubio nono, P. Alarcom tractatu 5 D4 cap. 3, et 4, P. Arriaga D. 51, sect. 1ª, subsect. 2ª.

Tertia senta complectitur duas precedentes, et coem subxistam

propriam q. naturae divinae competit, et alias tres relativas admittit, quarum una sit propria Patris, alia filii, et alia Spiritus Sancti; sic P. Suarez 3a parte D. 11. sect. 3. et 1a parte lib. 4 de trinitate cap. 11. P. Granado 1a parte tractatu 4 de trinitate D. 5. sect. 3a. P. Martinus Peres D. 11, sect. 2a, numero 9o cum aliis antiquioribus apud istos videndis. 35

Sed ut mentem horum authorum facilius deprehendas, adverte, conceptum subsistentiae, ut sic penes ipsos tantum dicere existentiam naturae per se, hoc est sine unione ad aliud, in quo sit tanquam accidens in subiecto, vel tanquam pars in toto. Hunc autem genericum subsistentiae conceptum dividunt in duas differentias, quarum alia sit subsistentia communicabilis, et incommunicabilis alia: subsistentia communicabilis est existentia per se, hoc est absque inexistentia in alio tanquam in subiecto, vel toto indiferens ex se, ut pluribus communicetur. Subsistentia incommunicabilis est eadem existentia per se, sive perseitas, ut plures loquuntur, incommunicabiliter. Priorem subsistentiam Deitati secundum se sumptae concedunt, posteriorem autem dicunt Deitati provenire a relationibus, nam ab eis formaliter habet excludere omnem inexistentiam in alio tanquam in subiecto, vel in toto, et sic incommunicabiliter existere.

Ut veram sententiam eligam, et proprium animum aperiam omnino recolenda est doctrina, quam pro subsistentia iecci in Materia de incarnatione tractatu 3o parte 2a q. 3. Nam ibi refutatis aliorum sententiis, maxime stante, efficaciter ostendi, subsistentiam esse quid positivum, et realiter a natura distinctum, eiusque formalem effectum non esse qualem plures comminiscuntur, sed praecise complere substantiam in ratione substantiae: nam eo ipso, quod aliquod ens sit substantiale, petit hoc complementum, quod subsistentiam appellamus. Hoc quo primo iacto. Primum decidemus, an dentur tres subsistentiae personales, et relativae?

post modum, an detr subsista abluta, et cois?

Dantr in Deo tres subxistē personales caput 2.

Huic delutioni favent AA pro 2ª, et 3ª senta relati. dicentiunt 2ª AA primē sentē. Probatr autem sic ab aliquibg RRbus. Nam subsista ñ ē aliud, qm ea fra, p quam raonalis nāra redditr incoicata p unionem, l identatem; sᵗ perfectio propria Patris. Eidem de perfectione propria filii, l Spiritus S. reddit nāram divām incoicatam alteri extremo p unionem, l identatem: g perfectio propria Patris ē subxista. Maior supponitr. Minor pr: q perfectio propria Patris seipsā fraliter ē incoicabilis alteri. Listo à Persona Patris: g se ipsa fraliter ē incoicata. Probatr cōa, nam quod fraliter excludit coicabilitatem, opus ē, ut fraliter excludat coicationem, cùm opponi possibilitati rei, sit opponi rei: g perfectio propria Patris seipsa fraliter excludit oēm intrincam coicationem, quē fiat p identatem, l p unionem intrincam sui cum alio: g posita in nāra divina reddit eam oīo incoicabilem, et incoicatam, p unionem scilicet intrincam, l p identatem.

Hec tn raonitir falsissimis priis. Nam inprimis ea pptio maior xtinet explicaonem subxistē, quam in citato loco de Incarnaone reieci, modo qd brevissime xfuto. Nam stante subsista, sive diva, sive creata, stat etiam, q nāra coicetr ipsi subxistē, l p identatem ut in nāra diva, l p unionem intrincē receptam, ut in nāra creata v.u. subxistē Xpti, l v.u. propriē subxistē creatē. Stat insuper nāram creatam propriis accidbus uniri. Stat preterea, q una pars substalis coicetr alteri substantiali p unionem intrincam, sive infraonis, sive xtinuationis: g subxista ñ ē fra reddes nāram incoicatam p unionem

intrincam, vl p identitatem. 36

Hoc etiam apparet in Verbo divo. Nam illud subsistere n̄ ē, n̄ coicari. Cum defacto subsistat, et tn defacto coicetr humanitati. Dices n̄ intrincē coicari, sd p extrincam unionem. Contra, nam id esset falsum in Materia de Incarnaone probavi tractu 2o qug 2a. Deinde rogo, cur sit d subsistq decoptum coicari p unionem intrincam, et n̄ p extrincam? exhibe disparitatem.

Minor etiam pptionis acti discursus ē mihi falsa, q. perfectionem relativam Patris n̄ univi, vl n̄ idari, provenit fralitr a negaone supperaddita, lt radicalitr ab ea perfectione proveniat. St animam divi Petri n̄ univi defacto cum corpore, provenit fralitr a negaone supperaddita, vi cuius destruitr fralitr unio, n̄ autem ab ipsa met anima, quq ad summum ē funtum talis negaonis: cum ibi dcipiamus ēe frq negaonem, ubi fra, si daretr inexisteret. Item, Petrum n̄ idari cum Paulo, provenit fraliar a negaone phicē supperaddita Petro, et Paulo. Propterea q in Methaphica docui, realem distionem in negativa fra dsistere.

Dices: qndo fra ē impolis subto, redditr fralitr impolis, et n̄ existens p ipsum subtum, lt qndo polis esset dtingens, reddatr n̄ existens p negaonem supperadditm, et dtigentem q. cum intrincē coicari p unionem vl identitatem, sit impole perfectioni relativq Patris, redditr impolis, et n̄ existens ea coicatio p ipsam perfectionem relativam Patris, quq proinde fralitr erit pse ipsam incoicabilis, et incoicata.

Rñdr neg ans; nam fra lt impolis subto, n̄ excluditr fralitr p ipsum subtum, sd p supperadditam phicā negaonem, esto radicalitr excludatr a subto. Et id sm discriminis, ut negatio frq dtingentis

sit contingens, et negatio sui impossibilis, sit necessaria. Neque unquam apprehendere potui, quod Petrus per se ipsum formaliter destruat eius identitatem cum Paulo. Secus erunt extrema contradictoria, Petrus, et eius identitas cum Paulo, proindeque valebit idem, Petrus, et negatio identitatis Petri cum Paulo. Deinde: si Petrus existens est formalis destructio suę identitatis cum Paulo, quando non existit Petrus, dabitur eius identitas cum Paulo, quia tollitur formalis destructio huius identitatis. Alia mitto, quę late in Methaphysica persequor.

Constet igitur, eam perfectionem specialem, et relativam Patris excludere per negationem supperadditam, quamlibet sui conceptionem, quam tunc is hęc impossibilis sit. Item, excludere per negationem supperadditam, quamlibet potiam, ut concedit: quae et subtum excludit formam per negationem formę, sic excludit potiam ad formam, per negationem talis potię, quę sit ad formam. Unde patet, quam inefficax sit hęc probatio pro nostra conclusione. Alia ergo querenda est.

Efficaciter probatur iacta conclusio. Cap. 3m.

Probatur 1o: ex decretis Conciliorum generalium. Concilium Nicenum, et generale primum in lib. 2o paragrapho in librum Iob ait, una divinitas, scilicet trinitatis, in tribus subsistentiis perfectis equalibusque consideratur. Concilium Calcedonense quod est generale quartum actione 16 in responsione apud Martinum Imperatorem in professione fidei prope initium ait, trium subsistentiarum Patres intulisse doctrinam: Non extra Scripturam Sanctam hanc inventionem sibi fingentes. Constatinopolitanum secundum, quod est generale quintum collatione 8, sic inquit: si quis non confitetur unam deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, anathema sit. Probatur 2o ex Patrib.

Nam Athanasius tomo 2º in questionibus, quarum 1ª est, q.d.e. Deus? questione 7 inquit: tres personas confiteor, tres subsistentias, tria propria, tria individua, tres characteres etc. Nicenus in Epistola de imagine, et similitudine contra Apolinarem ait: in tribus subsistentiarum, sive personarum trinitatem, et unitatem naturae. Cirillus Alexandrinus lib. 3 dialogo de trinitate propius ad medium, quam ad finem ait: omnis fidei nostrae sermo huc tendit, ut unam quidem videamus Deitatis naturam, quae in tribus subsistentiis propriis reperitur. Damascenus lib. 1º fidei cap. 6. Filius, inquit, quoad subsistit secundum se ipsum, distinguitur ab eo, a quo subsistentiam habet.

Probatur 2º ratione. Filius habet propriam, et relativam subsistentiam: ergo similiter Pater, et Spiritus Sanctus. Consequentia patet a summa paritate. Probatur antecedens: Filius ratione subsistentiae relativae fuit unitus cum humanitate creata: ergo habet subsistentiam relativam. Antecedens probatur, nam fuit unitus ratione alicuius subsistentiae, sed non communis, sed absolutae: ergo propriae, et relativae; consequentia patet quia praeter absolutam, et relativam non est excogitabilis alia. Minor probatur quia si fuisset unitus ratione subsistentiae absolutae, non esset ratio, cur potius Filius, quam Pater, aut Spiritus Sanctus diceretur unitus, et incarnatus, quandoquidem ea subsistentia non esset potius Filii, quam alterius personae, siquidem esset omnibus communis; at est de fide solum Filium incarnatum, et unitum humanitati: ergo etc.

Confirmo, nam ideo tres personae dicuntur equaliter producere Creaturas, quoniam Omnipotentia, vi cuius exercetur ea productio, communis, et eadem est in omnibus personis: ergo si gratum, vi cuius Deus fuit humanitati unitus, esset commune omnibus Personis, omnes denominarentur unitae: ergo si fuisset unitus ratione subsistentiae communis omnibus personis, omnes denominarentur unitae, et incarnatae: sed hoc est hereticum: ergo Deus ratione subsistentiae peculiaris, et propriae divini Verbi fuit unitus: datur ergo in Verbo peculiaris subsistentia: Ergo etiam in Patre, et Spiritu Sancto.

Probatur 4º, nam in Deo dantur tres suppositalitates

q; dantr tria supposita; sd suppositalitas ē subxista: dantrq̊ tres subxistę. Rursus; in Deo reperiuntr tres personalitates: sd personalitas n̄ ē aliud, q̄m rationalis narę subxista: q̊ dantr in Deo tres subxistę narę divinę. Maior debet ēē certa, q; si n̄ darentr tres personalitates, n̄ darentr tres personę, cùm nomen Persona dicat in recto personalitatem, neq̊ multiplicari possit, q̄n multiplicetr id quod affertr in recto; sd ē de fide dari tres personas: q; certum debet ēē dari tres personalitates.

Neque dicas, multiplicari personalitates s̄m 9ceptum incōicabilitatis, n̄ s̄m conceptum subxistę, qui consistit in eo q̊d nara divina habeat existam pse, nam iste 9ceptus ē cōis, Contra, nam personalitas, ut 9tendit sn̄ta quam impugnamus, involvit eq̄ue directè, et eadem ōo ratione duplicem illum 9ceptum, qui latet in eo, q; nāra habeat existām pse incōicabilem, ut ex mente suorum Patronum diximus cap. præcedenti, dum eam sentām exponebamus: q̊ quin uterq̊ 9ceptus multiplicetr, nequit personalitas multiplicari; sd alter ex illis 9ceptibq ē subxista: q̊ q̄n subxista multiplicetr, nequit personalitas multiplicari.

Rogas an sit de fide, dari tres subxistas relativas? Ego verbis ex Pe. Montóia depromptis d. 34 sect 2a, nūro 1o, ubi postq̄m ēēi hanc 9clusionem tres relativę subxistę probantr, subiungit; cuius dogmatis certitudo fidei ē ita 9iuncta, ut s' errore negari n̄ possit. Ergo sapientissimus Pater.

Oppositis argutis Rētr. caput 4.

Primum argutum. In creata nāra sufficit unica subxista; q; etiam in divina; Etiam hoc discrimine, q̊ sit subxista creata sit imperfecta; Et diva in suo genere infinita.

Retr 9ceso antinegq̊ coam

nam etiam in creatis pro unica natura sufficit unica per
sonalitas, in divinis autem requiritur triplex. Item sicut in crea
tis pro triplici persona requiritur triplex subsistentia, sic in divi
nis. Ob infinitam autem perfectionem divinae naturae requiritur in
Deo triplex subsistentia. Propter limitationem autem naturae creatae
non alia praeter unam admittitur.

Dices: argumentum, sicut unica Dei
tas sufficit, ut omnes tres personae dicantur divinae, et unica Om
nipotentia, ut omnipotentes dicantur, ita sufficiet unica subsistentia, ut
omnes denominentur subsistentes: ergo superfluunt tres subsistentiae, quae pro
inde relegari debent a Deo. Probat hoc argumentum, unicam solum
personalitatem, et suppositalitatem in Deo concedendam, quia sufficiet
illa pro constituendis, et denominandis tribus suppositis et personis.
quod tamen admitti nequit.

Respondetur quod 1°, argumentum procedere casu quo detur
unica communis, et absoluta subsistentia; quod tamen haec suppositio est implicatoria,
ut in sequenti cap. videbimus, ubi constabit repugnare subsistentiam
absolutam; ideo nihil convincit, quod quidem ad summum probat,
superfluere subsistentias relativas stante subsistentia absoluta.

Respondetur 2°, quod
argumentum in terminis implicat, nam supponit dari tres personas sine
tribus subsistentiis. Quod chymericum est, nam in divinis non multipli
catur persona ratione naturae, sed ratione subsistentiae. Neque convincunt exempla.
Nam persona non multiplicatur ex Deitate, vel Omnipotentia, sicut ex
personalitate. Quare potest optime stare cum pluralitate per
sonarum unitas in natura, vel in Omnipotentia, non autem in sub
sistentia. Quod si praeter subsistentias relativas constituentes, et plu
rificantes personas, daretur alia communis, et absoluta, posset eadem no
minare personas, sicut unica Deitas communis illas denominat, et hoc
ad summum probat obiectio. Nihilominus de facto non ita contingit,

q. n̄ datr subxista cois, et ablūta, s t datr Deitas, et Omnipotia cois, de quo cap. sequenti.

3m argutūm, Hypostacis grecé, idem ē ac Latiné subxistentia; s͡ed n̄ danetr in Deo tres hypostaces, s͡ed una: q n̄ danetr in Deo tres subxist: s͡ed una.

Retr, q̄ q̄d sit, de antiqua signi ficaone huius vocis hypostacis, q̄ue stare solebat pro essentia, modó iam penes omnes significare subxistam, in quo sensu danetr in Deo tres hy postaces, s t tres personalitates, et subxist. Neq; sustinendus esset qui tres hypostaces modo negaret in Deo. Videatr D. Montoia D. 31 de tri nitate, qui rem istam eruditissimé versat.

Quartum argutum, si dar= entr in Deo tres subxist, iam subxista diva esset pratum relativum: s͡ed n̄ é: q ttā, maior é certa; q nullum pratum ablūtum plurificatr in Deo. Quare si subxista plurificatr, n̄ é pratum ablūtum, s͡ed relativum. Minor pr 1o, nam creata subxista n̄ é relativa: q neq; divina. 2o q subxis= ta s͡m é ad naram, quam q̄plet, n̄ autem ad alium trm, quem respi= ciat: q n̄ é relativa. Sed quis n̄ videat, hoc idem argutum fieri posse q tres suppositalitates, et personalitates, quas omnes admittunt.

Retr q Icessa mari, neq; morem. Ad 1m eius probaonem falsum é ans, et coa nulla. Fateum ans, q subxista creata dicit relaonem saltem tran= sendentalem ad propriam ubicaonem, duraonem, relationem predica mentalem, quam fundat, et alios effes, quos producere potest. Dicit etiam relaonem tri producti, il pro ducibilis á sua causa.

Iam q coa é nulla q, s t n̄ valet: subxista creata n̄ é divina: q subxis= ta diva n̄ é divina. Sic n̄ valet: creata subxista n̄ é relativa: q neq; é divina. Nam aliter de divina, ac de creata philosophandum é, quando nihil ponitr repugnans raoni coi subxist, prout abstrahit á divina,

et creata. Discrimen autem utriusque subxistentiae facile deprehenditur, nam in creatis possunt absoluta realiter distingui; in divinis autem sola relativa propter summam Dei perfectionem; quo cum multiplicentur, et realiter distinguantur subxistentiae, vel personalitates, opus est, quod sint entia relativa. Sed personalitates non distinguerentur, nisi essent relativae.

Ad 2am minoris probationem dico esse falsum, quod subxistentia tantum sit ad naturam, quam complet, nam etiam est ad terminum, seu effectum, quem causare potest, et ad causam, a qua producibilis est. Unde subxistentia divina Patris respicit naturam Dei, quam per identitatem complet, et respicit filium, cuius principium constituit. Alia hic argumenta mitto, quae gravissimas difficultates involvunt de constitutione divinarum personarum, de illarum aequalitate, de perfectione relationum etc., de quibus infra.

Non datur in Deo subxistentia absoluta caput 5.

In hac conclusione subscribo 2ae sententiae, dissentio tamen a prima, et tertia. Prius vero quam rationes in eius probationem adducam, notanda sunt verba Sapientissimi Patris Didaci De Montoia D. 34 De Trinitate sect. 5, numero 2o, ubi postquam eandem conclusionem negativam posuerat, immediate subdit: de hac conclusione dubitarem adeo, postquam diligentius exploravi doctrinam doctiorum, et Patrum.

Modo vero probatur iacta resolutio 1o ex Sanctis PP., qui supponere videntur extra subxistentias relativas nullam dari communem, et absolutam; nam pro eodem frequenter usurpari solent subxistentiam in concreto, suppositum, et personam; sed in Deo non datur suppositum seu persona communis: ergo ex mente Patrum non datur subxistentia communis. Praeterea dum agunt de discrimine, quod est inter subxistentiam, et

p̄siam, l essam semper docent, hanc ēē coēm, illam v̄o singularem. Nunqm q̄ subxistam coem agnoscant.

Probatr 2. si p impōsie Deus unicam solum personalitatem haberet, ut Philosophi Gentiles putarunt, n̄ daretr subxista, quę mediaret, intr divinitatem, et personalitatem: ḡ neq̄ de facto datr, qn̄is Deus habeat triplicem personalitatem: aus certissimum ē, q̄ nulli tunc in mentem veniret eam subxistam adstruere. Coā p, q̄ n̄ facile disparitas assignabitr, cur de facto mediet subxista intr divinitatem, et personalitates, tunc v̄o n̄ mediaret, nam ad hoc vid de p accidens videtr se habere q̄ in Deo sit triplex persona, qualis ē de facto, l unicas m̄ ut in eo casu daretur.

Probatr 3o. nam id nequit ēē subxista, quod ex se petit ita nario trari p subxistam, ut neq̄ divinitus posit ea carere: q̄ nis ablutum Dei pratum ita nario petit trarī p subxistam, ut neq̄ divinitus posit ea carere, nihil ē ablutum in Deo potest ēē subxista. Coā patet, maior ē certa, q̄ l demus unam rōnem fralem posse divinitus aliam eiusdem generis trare, nihilominus nulla ē, quę adeó nario petat illam, ut neq̄ divinitas parit eā carere, nam unio se ipsa unitr, neq̄ ad hoc aliam exigit unionem. Actio se ipsa fit, q̄ n̄ aliam petat actionem, ut ipsa fiat. Exista p se ipsam existit. Et sic de aliis. Minor probatr: namq̄ quodvis pratum ablutum idari petit cum subxista relativa Patris, filii, et Spiritus S. ē petit subxistere p illas, et ita nario subxistere, ut neq̄ divinitus hoc deficere posit.

Neq̄ dicas optimé stare, perfectionem idari cum subxista, q̄ n̄ subxistat p illam, nam identas in divinis ē instar unionis increatis: at n̄ eo p̄o, q̄ res increatis unāatr cum subxista, p illam subxistit, ut patet in accidenti, quod l uniretr cum subxista, n̄ denoaretr subxistens, eo quod denoatio subxistentis petat subtale subtum, q̄ subxista ē 9plemen

tum substantiae; ergo etc.

Non inquam hoc dicas, nam licet accidens unitum subsistentiae non denominetur subsistens, at substantia semper denominabitur, quia nihil aliud excogitari potest ad denominationem subsistentis, quam substantiale substratum unitum subsistentiae: sed quodvis Dei praedicatum absolutum est substantiale: ergo unitum per identitatem cum subsistentia, denominabitur subsistens, et cum haec identitas exigatur natura, fiet, ut subsistentia communis, et ablata, si detur, natura petat terminari per aliam, imo per plures alias. Confirmo, nam ut in dilatione via de Incarnatione docui, si subsistentia creata reciperet aliam subsistentiam, denominaretur subsistens: ergo in divinis etiam, casu quo una subsistentia identificaretur alteri.

Probatur 4. si detur in Deo subsistentia communis, daretur suppositum, et persona communis, consequenter daretur quarta persona, non quidem a ceteris distincta, sed indistincta, sicut ultra tres relationes inter se realiter inter se distinctas dicimus dari 4 relationem, non quidem realiter distinctam, sed indistinctam a ceteris; hoc autem est plus quam falsum; nam omnis theologia quartam personam, et commune suppositum abhorret; ergo etc. Probatur maior, quia nihil aliud est suppositum, et persona, quam rationalis natura simul cum subsistentia; sed daretur rationalis natura communis, et subsistentia similiter communis; ergo daretur suppositum, et persona communis. Urget magis haec ratio, si dicatur, decretum ex divinitate, et subsistentia communi, licet tribus subsistentiis relativis identitatem communicetur, non tamen ut perseas ulterius subsistat: tunc enim nihil deficere videtur, ut illud decretum sit absolute subsistens, suppositum, et persona.

Confirmo, si subsistentia absoluta per impossibile distingueretur realiter a subsistentiis relativis, et solam identitatem retineret cum natura, constitueret sine dubio 4 personam realiter a ceteris distinctam. Sicut tres subsistentiae distinctae realiter inter se, constituunt de facto tres personas dum eadem natura, cum realiter identantur. ergo quamvis identetur realiter cum subsistentiis relativis, adhuc simul cum natura

divina constituit personam, non quidem à ceteris distinctam; sed indistinctam. Sed relatio spirationis activae, licet à ceteris non distinguatur realiter adhuc est quarta relatio non realiter distincta, sed indistincta. Quare dicimus cum veritate dari quatuor relationes, tres inter se realiter distinctas, et quartam cum ceteris realiter identificatam: quod similiter dicemus, dari tres personas realiter inter se distinctas, quartam vero cum ceteris realiter identificatam. Quod tamen admitti nequit, nam quarta persona, vel suppositum esse [illegible] ab omnibus.

Probatur ultimo, quia natura divina sufficientissime subsistit tribus subsistentiis relativis: quia ad subsistendum non requirit subsistentiam absolutam; sed aliunde non est fundamentum, ut ponatur, sicut ex argumentorum solutione constabit; ergo ponenda non est.

Deitas non subsistit formalissime per se ipsam

Caput 6.

Dupliciter cogitari potest, ut supra notabam, quod subsistat Deitas per subsistentiam absolutam, ante ad relativas. Primo quod natura divina formalissime subsistat per se ipsam. Secundo quod subsistat per formalitatem superadditam, et communem tribus personis. Sed licet certum sit, naturam ante ad relationes intelligere, tamen est dubium, an intelligatur per se ipsam formaliter, an per superadditam perfectionem, quae vocari solet attributum, aliis affirmantibus, et negantibus aliis.

In praecedenti capite promiscue probavi, naturam ante ad relativas personalitates non subsistere, praescindendo ab eo quod talis subsistentia sit distincta, vel indistincta. Modo iam in particulari libet ostendere, neque per se ipsam, neque per formalitatem superadditam subsistere naturam, quia nullum ad eam subsistentiam construendam reperitur fundamentum. Hoc autem nulla ratione melius probabitur, quam in detegendo inefficaciam argumentorum

qua probari solet eiusmodi subsistentia. Prius quo dicemus de subsistentia indistincta, postmodum vero de distincta. His quo rationibus probari solet, naturam divinam per se ipsam formalissime subsistere.

Prima quod rem subsistere non est aliud, quam sic existere per se, ut excludat existere in alio per inhesionem propriam accidentis, vel unionem intrinsecam receptam, qua constituat, ut pars totum aliquod simul cum alia parte, sed natura divina per se ipsam formalissime sic existit per se ut excludat omnem inhesionem propriam accidentis, et omnem unionem intrinsecam qua constituat, ut pars aliquod totum: ergo natura divina formalissime subsistit. Minor probatur, quia natura divina formaliter, et per se ipsam excludit omnem imperfectionem, qualis esset inhaerere tanquam accidens, vel intrinsece uniri tanquam pars.

Respondetur in primis esse falsam minorem quoad priorem partem, quia natura divina per se ipsam non excludit formaliter, sed radicaliter solum eas uniones, quae formaliter a suis contradictoriis negativis excluduntur, ut supra dictum manet. Praeterea non improbabile iudico, naturam divinam posse intrinsece uniri cum aliquo ente creato, ut simul cum illo tanquam vera pars constituat aliquod totum: sicut non defacto natura creata unitur cum personalitate divina, ut in ea subsistat, cur natura divina non poterit uniri cum personalitate creata ad subsistendum in illa? sed de hoc in Materia de Incarnatione. Maior item propositio falsa est, quia subsistere non est aliud, quam terminare substantiale complementum debitum substantiae, qua substantia, ut in loco citato de Incarnatione docui.

At quidem si natura divina subsisteret formalissime per se ipsam, eo quod inhesionem, et unionem intrinsecam excluderet cum qualibet comparte, sicut asseris, apperte sequeretur, quod activa spiratio formalissime per se ipsam subsisteret. Unde non solum daretur in Deo subsistentia communis omnibus personis, sed ulterius alia communis quidem Patri

a Filio, sed a Spiritu S. quod nullus asseruit. Probatur sequella, nam activa spiratio sic existit, ut formaliter excludat omnem imperfectionem, et consequenter se reiiciat omne illud genus unionis. Idem argumentum fieri potest in quolibet absoluto praedicato. Quare tot erant in Deo subsistentiae absolutae, quot absoluta praedicata; quo quid absurdius. Item si requiritur ad subsistendum, quod natura nec inhaereat, nec uniatur, ut pars, sequitur natura, quod humanitas in Verbo non subsistat, quia licet ibi non inhaereat, unitur tamen ut pars constituens unam personam cum Verbo.

Secunda ratio: Ideo humanitas Christi non retinet propriam subsistentiam, quia per unionem communicatur alteri realiter distincto, scilicet illi composito, quod ex humanitate et subsistentia Verbi resultat; sed licet natura divina per identitatem communicetur alteri, scilicet Patri, Filio, Spiritui S., non tamen communicatur alteri realiter, sed solum virtualiter distincto, quia natura divina non distinguitur realiter, sed solum virtualiter a Personis: quare retinet propriam subsistentiam, quando est in tribus Personis.

Respondetur negando maiorem, quia tunc humanitas ideo non retinet propriam subsistentiam, quia loco illius advenit subsistentia divina, quae illi ob intrinsecam impossibilitatem, sive ob extrinsecum decretum nequit componi cum alia. Subsistentia quia creata per divinam impeditur. Et sane videtur hoc argumentum supponere, quod rem subsistere sit non uniri tamquam partem alicuius totius. Quod ex dictis constat esse falsum. Item licet omitteremus, naturam ante ad relationes subsistere, quia non communicatur alteri, non inferretur subsistere formaliter per se separatam, imo potius subsistere per aliud, non solum formaliter aut virtualiter distinctum, sed etiam realiter. Quia non communicari alteri, provenit formaliter a negatione physicae unionis, aut identitatis, licet radicaliter a natura proveniat, ut dictum manet.

Denique contra doctrinam huius argumenti noto, quod quamvis concedo dicatur, naturam, ut partem communicari alteri realiter distincto, esse impedimentum, ut subsistat, non autem esse quod communicetur alteri virtualiter distincto. Cur non potius impediet communicatio, quae fiat alteri realiter, quam virtualiter distincto? Quin et

principiis horum Lutherum positive videtur ostendit, naturam eo ipso, q. tanqm pars coicetur alteri virtualiter disto n subxistere; nam ipsi dicunt, naturam spesificativam Petri n subxistere in Petro, quia communicatur illi, tanqm pars, saltem methaphisica; sed eo ipso, quod methaphisica methaphisica phisica methaphisica: sed eo ipso qd methaphisica sit n distinguitur realiter a toto, sed tantum fraliter, aut virtualiter: g naram alteri virtualiter disto coicari tanqm partem, sufficit, ut n subxistat; sed nara divina coicatur, ut pars methaphisica tribus personis: g fralissime sumpta n subxistit.

Nova expenduntur arguta. Caput 7m.

Alia supersunt arguta, qq adversarii probare intendunt, naram divam fralissime subxistere per se ipsam; et primo sit: posita in re nara divina, circumscripto quolibet alio, daretur Deus: g daretur nara divina subxistens; n per aliud, nam oe aliud supponitur ablatum: g per se ipsam fralissime: g etiam defacto per se subxistit, nam defacto habet qd q d tunc haberet. Retur disting ans, daretur Deus in abstracto concedo, in concreto, nego. Sicut ablata subxistia hois daretur humanitas in abstracto, n homo in concreto.

Secundum argutum: Deitas raone sui dicit oem excogitabilem perfectionem: g dicit ee subotam completam in raone subsis; sed ee completam in raone subsis e ee subxistentem: g Deitas raone sui dicit ee subxistentem. Retur, ans ee falsum, q Deitas solum dicit fraliter oem perfectionem excogitabilem in raone Deitatis, et radicis attributorum. Unde, sicut fraliter n includit perfectiones attributales, et multo minus personales, ita nec perfectionem subxistis. Quare fraliter n e substa completa qua talis.

Tertium argutum: naram fraliter subxistere n e aliud, quam a proprio supposito n pendere, ut sit subla completa in raone subxis;

Divinitas quamvis sit in tribus suppositis, adhuc ab eis non pendet, ut compleatur in ratione naturae: Divinitas quoque formaliter, et per se ipsam subsistit. Minor probatur, quia solum pendet a suppositis, ut propriam fecunditatem exerceat.

Respondetur negando minorem, et eius probationem, quia divinitas utroque titulo pendet a suppositis, ut scilicet in ratione naturae compleatur, et ut propriam fecunditatem exerceat, nam utroque careret, si supposita non haberet. Neque percipere possum, quod ratione propriam subsistentiam non compleatur in ratione naturae, cum subsistentia non sit aliud quam formale complementum naturae; sed suppositalitates divinae sunt subsistentiae complentes naturam divinam, et cum aliunde petantur in ordine ad id quod praestant, fit ut a natura divina petantur tanquam Deitatis complementa. Rursus eadem facilitate posset affirmari Petrum non exigere suppositalitatem distinctam, quam habet, ut compleatur in ratione naturae, sed ut propriam fecunditatem exerceat. Maxime cum probabilis opinio doceat subsistentiam esse requisitum ad operandum. Unde natura Petri formaliter, et per se ipsam subsistet.

Si advertas, ut multiplicetur concretum, opus non esse, quod utraque pars recti multiplicetur, sed unius multiplicationem sufficere: contingit non semel, ut concretum afferat quidem, et in recto duas partes. Ut ergo eiusmodi concretum multiplicetur, assero multiplicationem unius partis sufficere, neque requiri multiplicationem utriusque. Ratio est; nam, ut hoc compositum sit ab illo diversum, satis est, ut ratione alicuius partis in recto allatae sit diversum. Ergo homo diversus est in specie ab equo, quamvis non ratione materiae, sed solius formae habeat eam specificam diversitatem. Et compositum vivens est diversum a composito cadaverico, licet eadem numero sit materia substans utrique formae. Sufficit ergo pro multiplicando concreto multiplicitas unius partis duntaxat in recto allatae.

Confirmo nam si duae formae locarentur simul in eadem materia, vel unica forma in duplici materia, resultarent plura composita et concreta: ergo sola multiplicitas unius partis sufficit ad multiplicanda concreta. Patet consequentia; probatur antecedens, ex eo quod in Physica late disservi, nam cum veritate non dices, unum compositum absolute loquendo esse aliud: ergo absolute verum est dicere, quod unum non sit aliud, nam ut unum absolute non sit aliud satis est, ut ex aliqua parte non sit aliud; et ut

ibilitate sit aliud, opus est, ut ratione omnium partium sit aliud. Modo sic: quod datur unum compositum, et aliud: quod plura; sed non plurificantur omnes partes: ergo non requiritur plurificatio omnium, ut plurificetur compositum, sive concretum. Videantur, quae diximus tractatu de incarnatione disp. 1. parte tractatus. quaest. 2a. cap. 1o, et sequentibus, necnon quaest. 3a, et alibi saepe.

Obiecta soluta. Caput secundum.

Sed contra doctrinam iactam obiicies 1o: casu, quo Verbum sibi assumeret tres humanitates, unicus homo resultaret, et non tres; sed rectum huius concreti homo tunc multiplicaretur: ergo stat optime rectum concreti multiplicari, quin multiplicetur concretum. Probatur minor, quia rectum huius concreti homo est humanitas, sed ea multiplicaretur, ut supponimus: ergo etc. Non detinebor in solutione huius argumenti, circa quod late disserunt Auctores, nam ex dictis in loco proxime citato de incarnatione constat, terminum homo diversimode supponi, iam quod pro natura, iam pro subsistentia accipi, sive, ut cum D. Thoma loquamur, iam essentialiter, iam personaliter assumi; quatenus iam affert in recto naturam, et in obliquo subsistentiam, iam e contra subsistentiam in recto, et naturam in obliquo. Iuxta quas acceptiones daretur in eo casu triplex, vel unus homo, nam accepta voce homo pro natura in recto darentur tres homines, sicut, et tres naturae; sumpta vero pro subsistentia, daretur unicus homo, sicut et unica subsistentia, vel persona. Semper ergo pro multiplicatione recti, multiplicatur concretum, quodcumque sit, illud rectum, iam sit hoc, iam illud.

Obiicies 2o: concretum album, est diversum a concreto frigidum, licet utriusque rectum sit idem: ergo stat optime plurificari concreta, quamvis rectum non plurificetur. Consequentia patet, antecedens probatur, et loquamur de substantia nivis, ubi coexistit simul frigiditas, et albedo. Affirmari nequit cum veritate, quod concretum album sit concretum frigidum; quia concretum album constituitur essentialiter ex substantia nivis, et albedine, cum, vel unica parte deficiente, deficiat

eo ipso concretum album. Item concretum frigidum ob eandem rationem constituitur essaliter ex duplici parte, scilicet ex eadem substantia nivis, et simul ex frigiditate: ergo constat utrumque concretum ex partibus inter se realiter, imo specie distis; sed quae partibus realiter distis essaliter constant, distinguuntur realiter, quamvis aliam partem com̄em habeant; ergo in substantia nivis concretum album distinguitur realiter à concreto frigido; ergo plurificantur concreta, quin plurificetur rectum, quod est eadem substantia nivis.

Respondetur, nego antecedens, nam ex eo multiplicantur ea concreta, quod multiplicatur aliquod rectum illorum. Pro quo scias concretum album, quâ tale, dicere in recto subiectum, et albedinem, quia subiectum precisse, quamvis albedinem habeat non est concretum; quod illud concretum, quâ tale, non solum est subiectum, sed albedo. Similiter de concreto frigidum. Quare multiplicantur ea concreta, quae multiplicantur formae, quae afferuntur in recto simul cum subiecto. Nec obstat, ut subiectum non multiplicetur, quia iam diximus, ad multiplicationem concretorum requiri, quod multiplicetur quodlibet quod affertur in recto.

Si instes. album est concretum: album dicit albedinem in obliquo: ergo concretum album, dicit albedinem in obliquo. Respondetur distinguo maiorem; album est concretum, si attendatur secundum utramque partem, quam album significat. Concedo maiorem, si precise attendatur secundum unam partem, quam affert in recto, nego maiorem, quia nunquam una pars sufficit ad concretum. Minorem etiam distinguo; sed album qualiter est concretum, dicit albedinem in obliquo. nego minorem, album specificative hoc est id quod album denominatur. Concedo minorem, et nego consequentiam. quia concretum, ut tale dicere debet utramque partem in recto.

Verum alicui videretur absurdum id, quod diximus, scilicet ex albedine, et frigiditate sub unico subiecto resultare duo concreta frigidum, et album, id ulterius ostendere lubet. Ea realiter distinguuntur, quorum

unum perire potest, altero manente; sed unum ex his concretis perire potest altero manente: ergo realiter distinguuntur. Probo minorem, quia perire potest una forma accidentalis, altera manente, ut quando albedo perire potest, perseverante frigiditate; sed tunc periret concretum album, et non periret concretum frigidum: ergo etc. Praeterea. Si unum concretum esset idem cum alio, quoties unum affirmaretur, vel negaretur de subiecto, posset, immo deberet alterum affirmari, vel negari; sed hoc est falsum: ergo etc. Probatur minor, quia pereunte albedine, et perseverante frigiditate, affirmaretur de nive, quod esset frigida, non quod esset alba; negaretur etiam, quod esset alba, non quod esset frigida, ut patet.

Denique notes, aliud esse album, vel frigidum, et aliud, esse album, vel esse frigidum. De Petro verificatur, quod sit albus, vel frigidus, non tamen verificatur, quod sit, esse album, vel esse frigidum; nam esse album, vel esse frigidum provenit formaliter ab unione, cum quo Petrus non sit ea unio sit, Petrum non esse id, ratione cuius redditur ipse frigidus, vel albus: debent ergo distingui propositiones istae, Petrus est albus, Petrus est esse album; prima est vera, secunda falsa.

Solvitur difficultas. Caput 3um.

Ex principiis iactis facillime deciditur haec difficultas, pro qua statuimus, omnia illa concreta plurificari realiter in Deo, quorum rectum plurificatur realiter in Deo. Est evidens ex dictis, quia concretum realiter plurificatur, quoties rectum realiter plurificatur. Loquor autem de recto partiali, vel adaequato; nam ut concretum multiplicetur, opus non est, quod totum et adaequatum rectum multiplicetur, ut ostensum est. Unde fit ulterius, omnia illa concreta multiplicari realiter in Deo, quorum rectum adaequatum, vel partiale fuerit aliquod creatum ex iis,

quę realiter in Deo multiplicari diximus toto hoc tractatu.

Vt ergo videamus, an hoc, vel illud decretum realiter in Deo plurificetur, inspiciendum est, quod praedicatum divinum afferat in recto; quod si praedicatum allatum in recto plurificetur, eo ipso multiplicabitur decretum, sive praedicatum plurificetur adęquatè, vel partialiter; nam quocumque modo attingat ea pluralitas sufficiens est, ut ex illa multiplicetur decretum.

Vnde colliges; in Deo multiplicari hęc duo decreta, suppositum, et persona. Nam ex frequentiori usu, et acceptione, significant illę voces suppositalitatem, et personalitatem in recto, naturam, vel divam in obliquo; sed suppositalitas, et personalitas in Deo realiter multiplicatur, ut est certum: ergo suppositum, et persona realiter multiplicatur in Deo. Cum que personalitas, et suppositalitas sit triplex, suppositum, et persona triplex est. Vnde dicimus, in Deo reperiri tria supposita, et tres personas, quia ibi tres suppositalitates, et personalitates.

Colliges etiam, omnia illa decreta in Deo multiplicari, quorum rectum clauditur in prędictis duobus decretis suppositum, et persona quoad rectum illorum. Vnde realiter multiplicantur hęc omnia ens, existens, substantiale, spirituale, verum, bonum, ęternum, immensum, perfectum, infinitum, et cetera. Nam verè dicimus in Deo reperiri tria entia, tria existentia et cetera. Ratio est, nam ab eis decretis affertur personalitas in recto; sed personalitas multiplicatur: ergo omnia illa decreta multiplicantur.

Multiplicantur etiam realiter hęc omnia decreta, immutabile, increabile, incomprehensibile, invisibile, ineffabile et cetera. Nam quęlibet personalitas divina subiectum, quod his negativis denominationibus afficitur: et cum personalitas sit multiplex, est etiam multiplex subiectum denominatum: at subiectum

denoatum affertr in recto: & ex illo multiplicantur ea omnia dereta.

Statuimus 2º: nullum deretum in Deo multiplicari, cuius rectum aliqua ratione non multiplicetur; hoc ex dictis constat, quia nullum est deretum, quod multiplicetur, nisi multiplicato recto illius quidquid sit de obliquo. ideo deretum Deus non multiplicatur, quia deitas, quae in illo affertr in recto unica est, quamvis personalitates, et subsistentiae allatae in obliquo sint plures. De processionibus divinarum Personarum tractatus 2. An inter personas divinas detur processio? certa est pars affirmativa. Caput 1m.

Tractatus secundus.

De processionibus divinarum personarum.

Cº 1a.

An inter personas divinas detur processio?

Caput 1m.

Certa est pars affirmativa.

Processio non est aliud, quam ratio formalis, qua terminus procedit a suo principio, ad quod sit, an se teneat ex parte termini procedentis, vel principii producentis, vel ex parte utriusque. Deque postea. Quaerimus ergo num inter Personas divinas detur processio. Neque loquimur in particulari de personis, a quibus oritur, et ad quas terminatur haec processio. Nam de

hoc in sequentibus capitibus huius quaestionis. Sed in generali rogamus, an ea detur inter personas divinas quaecumque sit?

Pars affirmativa est de fide. Nam constat ex omnibus testimoniis Sacrae Scripturae, Conciliorum et PP. quae definiunt, vel tanquam certum proponunt, Verbum divinum a Patre procedere, et Spiritum S. a Patre, et Filio. Proinde solum restat hanc veritatem rationibus comprobare.

Prima sit, implicat multiplicari personas in Deo sine processione: quo cum modo supponamus dari plures personas, opus est inter illas processionem adstruere. Consequentia patet, antecedens probatur, nam in divinis omnia sunt idem, ubi non obviat oppositio relationis producentis, et producti. Cuius ratio est, nam in genere loquendo multiplicatio semper provenit, aut ex limitatione perfectionis, aut ex oppositione relationis, unde cum in divinis oriri nequeat multiplicatio ex limitatione, opus est, ut oriatur ex oppositione. Unde est quod provenit, ut inter essentiam, et attributa non detur multiplicitas realis, de qua loquimur in praesenti, sed multiplicatio virtualis, aut per intrinsecum non est ad rem, quia scilicet inter illam, et attributa non datur oppositio relativa producentis, et producti: quare repugnat, quod sine processione, vel productione detur in Deo multiplicitas personarum. 2a ratio, nam omnis perfectio quae nullam in suo conceptu dicit imperfectionem, est Deo concedenda; sed quod una persona procedat ab alia, nullam in suo conceptu dicit imperfectionem: ergo concedendum est Deo. Minor probatur, quia potius dicit foecunditatem infinitam actualiter exercitam, quae maxima perfectio est.

Ex his constat, processionem in Deo non solum dari, sed necessario dari. Primo nam ideo sine quo non daretur multiplicitas personarum, datur necessario in Deo, cum ea multiplicitas necessario detur; sed sine processione non daretur multiplicitas personarum, ut ostendimus; ergo. 2o, nam quaevis perfectio, quae nullam dicit imperfectionem ita datur, ut necessario detur in Deo. Sed processio unius personae ab alia est perfectio, quae nullam dicit imperfectionem; ergo.

3° quia, quod intrinsece Deo convenit, necessario convenit; processio unius personae ab alia convenit intrinsece Deo: ergo necessario convenit. 4° denique quia filium esse filium actualiter genitum, et procedentem a Patre, necessarium est. Similiter Spiritum Sanctum spirari, et procedere a Patre et Filio.

Si rogas, quibus nominibus appellari soleat processio divinarum personarum in Deo, respondeo imprimis appellatur productio, et communicatio, ratio est, nam vi processionis aliquid producitur, et aliquid communicatur personae procedenti, ut infra dicetur. Appellatur etiam origo, nam licet hoc nomen aliquando soleat appropriari passivae generationi Verbi, eo quod sit nativitas, et ortus, iam tamen usus obtinuit, ut indifferenter accipiatur pro Verbi Dei, et Spiritus Sancti processione. Dicitur ulterius emanatio, quia per illam terminus necessario procedit a suo principio, summamque habet cum illo coniunctionem. Denique vocatur actus notionalis, actus, quia formaliter non est prium, aut terminus, sed ratio formalis, qua terminus actualiter procedit a principio: notionalis vero, quia non tendit ad aliquid absolutum, sed notionale, cum processio sit ad personam includentem aliquid relativum, nisi forte notionalem appellet, eo quod ex diversitatem processionem deveniamus in cognitionem personarum in particulari, proindeque processio sit, quasi notio cuiusque personae.

Maior difficultas est, an processio divina vocari possit dependentia formalis unius personae ab alia. Nam licet apud omnes fere constet abstinendum ab eo loquendi modo, tamen in assignanda ratione dissident. Aliqui dicunt, processionem divinae personae ab alia summe necessariam esse, proindeque non dicendam formalem dependentiam. Futilis ratio, nam si daretur in creatis effectus, cui summe necessaria esset haec determinata processio, diceretur adhuc illa formalis dependentia effectus a causa determinata. 2° probant alii, quoniam dependentia semper est inter duo diversae naturae; sed hoc gratis assumitur, nam ex terminis ipsis videtur constum, nihil aliud sonare dependentiam, quam unum extremum non posse existere sine alio, sive sit eiusdem, sive diversae naturae. Tamen in quaestione de nomine cum pluribus est loquendum.

Denique processio divina non est vocanda causalitas, effectio, actio, influxus etc., quia voces istae ex communem usurpationem important plures imperfectiones. 1a quod causalitas (idem de caeteris) sit modus realiter distinctus. et mediante

sit medians inter principium, et terminum. Secunda, quod versetur inter principium, et terminum diversę naturę. Tertia, quod sit dependentia termini à suo principio. Ita Recentiores, quibus assentior, licet gravissimi DD aliquando prędictis vocibus utantur.

Processio divinarum Personarum è realis. Cap. 2.

Constat expresse seniti capite dari processionem inter divinas personas. Ulterius iam inquirendum, an ea processio sit realis, vel pro intrinseca esse realem apud omnes constat, et sequentibus rationibus ostendo.

Prima, nam diverso modo procedit filius à Patre, ac Paternitas ab essentia, sed Paternitas communem sensum procedit virtualiter, vel pro intrinseca ab essentia, ergo filius realiter à Patre procedit. Maior in qua posset aliqualis esse dubitatio, patet. Nam filius ita procedit à Patre, ut realiter ab illo distinguatur. Paternitas autem, ita procedit ab essa, ut realiter identificetur cum illa. Urgeo: Nam ut aliquid ab alio procedat virtualiter, vel pro intrinseca, opus est, ut illa realiter identificetur: sed filius non identificatur cum Patre: non ergo procedit à Patre virtualiter, vel pro intrinseca; sed realiter.

Secunda ratio: quidquid realiter existit, habet esse à se, vel ab alio; sed non omnes personę divinę habent esse à se: ergo ab alio: sed quod habet esse ab alio, dicit realem processionem, quia secus non erit realiter ab alio; contra quia realiter erit à se: datur ergo processio realis inter personas divinas.

3a ratio: persona divina denotatur procedens realiter ab alio: ergo per processionem realem: patet consequentia, quia denotatio realis nequit stare sine forma reali. probatur antecedens: quia persona filii realiter generatur, et persona spiritus sancti realiter spiratur: sed hoc utrumque dicit formalissime procedere: ergo denotatur utraque

persona realiter procedens.

Quarta ratio: nam in divinis personis datur vera, realisque virtus comparatione personarum procedentium, ut infra demonstro: ergo datur vera, realisque processio: patet cons. nam realis virtus exerceri nequit, nisi per processionem realem.

Quinta ratio, nam processio realis inter divinas personas non dicit imperfectionem, sed potius maximam perfectionem, eo quod sit vera ratio, realis, sive actuale exercitium, quo reducitur in actum Deum infinita vis, et fecunditas ad immanenter operandum: ergo concedenda de Deo; patet, nam id quod ita perfectionem affert, ut nihil imperfectionis involvat, est de eo concedendum.

Sexta, et ultima ratio, nam in divinis omnia sunt idem, ubi non obstat processionis oppositio; sed personae divinae non sunt idem realiter; sed potius realiter distinctae: ergo quia inter illas est oppositio processionis realis. Patet minor, et cons.a, quia nisi processio realis esset, oppositio non esset realis, et consequenter neque distinctio.

Dices: ut personae divinae realiter distinguantur, non opus est, quod una realiter ab alia procedat, sed quod procedere possit. Unde sententia valde communis defendit, quod si Spiritus Sanctus a Filio non procederet, dummodo procedere posset, ab eo realiter distingueretur: ergo ex eo quod personae divinae realiter distinguantur, male deducimus, unam realiter ab alia procedere, cum satis sit, ut procedere possit.

Resp. saltem mediate deduci ex distinctione reali personarum, realem processionem illarum inter se; quatenus bene sic arguitur: duae personae realiter distinguuntur: ergo potest una realiter ab alia procedere: sed eo ipso, quod possit una realiter ab alia procedere, de facto procedit, nam in Deo nihil est intra potestatem, quod actu non sit. ergo etc.

illud de Spiritu S. non urget, nam in ea impossibili hypotesi supponitur, quod Spiritus S. a Filio non procedat actu, quamvis procedere possit. tunc autem subsisteret potentia, seu virtus, quae sufficit ad inducendam distinctionem, deficeret autem actualis productio, quae deducitur ex tali potentia seu virtute.

Ex his quae constat, iam reperiri processionem realem inter divinas personas. Ulterius indagandum est, quaenam personae in particulari habeant hanc processionem? quod per subsequentia huius quaestionis capita praestabimus. Opportet notes, quod licet haec omnia sint apud catholicos indubitata, nihilominus a theologis explicantur, tum ut rationibus comprobentur, tum ut haereticorum argumenta diluantur, et sic veritas catholica firmius animis nostris incedeat.

Pater a nullo procedit. Caput 3m.

Conclusio haec est de fide, nam in pluribus Conciliis definitur, et ab universa recipitur Ecclesia. Toletanum undecimum inquit, Patrem a nullo originem ducere, et in symbolo S. Athanasii dicitur, quod Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Semel autem ea veritate supposita, deducitur aperte, quod Pater a nullo procedere potest; quia si posset, de facto procederet, cum de facto habeat quidquid habere potest: ergo si de facto non procedit, neque procedere potest. Id quod potissime videndum restat, an detur aliqua ratio naturalis, qua probetur, Patrem a nullo procedere? plures a DD afferuntur, potissimas tamen breviter discutiam.

Prima, nulla Persona divina potest producere Patrem: ergo Pater a nullo procedit. Consequentia patet, quia si procederet ab aliquo maxime a Persona divina, quae produceret illum. Antecedens probatur, quia Pater in primis nequit producere se ipsum, eo quod productio semper sit ad aliud. Praeterea, neque Pater produci potest a secunda, vel tertia persona, nam utraque procedit a Patre: ergo cum unus producere nequeat suum principium, nequibit 2a, vel 3a Persona producere Patrem. Haec tamen ratio mihi non est efficax

imo falsis oio prriis innititr, ut in Phia probavi. Iam in primis iudico posse, quod entitas creata, dum p unicam actionem supponatr existens, reflectat p 2m actionem in se ipsam, q nullum mihi videtr incommodum entitatem, ut existentem p 1m actionem ee priorem seipsa, ut productam p 2m actionem. Quo supposito, Pater Eternus, ut existens a se ipso, reflectere posset p actionem in se ipsam.

Dices: hec actio, si productio esset nimis otiosa, q Pater illa n egeret ad existendum, cum sufficienter supponatr existens a se ipso. Sed hoc n multum urget, q, si Pater, ut existeret, absolute n egeret illa productione, tn dici posset egere illa, ut existeret omni modo possibili, et a se ipso, et p productionem a se ipso procedentem. Sicut coitr dici solet idem obtum a Beatis, et ter cognosci, tum in se, tum in alio, et ex alio, ut illud omni modo possibili cognoscat, neq censetr inutilis, si superflua aliqua ex his cognitionibus.

Sed adhuc instare poteris, q sequeretr Patrem ee a seipso, et n ee. Primum q supponitr. 2m q producitr, et qd producitr n e a se, cum ee a se excludat omnem productionem. Resp, qd Pater esset a se sufficienter. 1o q produceretr a se. 2o q eo proprie, independer a quavis productione existeret. Unde esset a se positive, et negative, n q positivam productionem excluderet, sed q necessitatem illius n haberet ad existendum. Sicut q n opponuntr produci, et n egere productione, sic nec ee a se positive, et negative.

Deinde fateor, qd prium dtr cuiuistri produci nequeat ab illo Potest, nisi p secundam actionem presupponatr sufficienter existens. Ita Sol adequate sufficienter productus a solo Deo, potest causare lucem, et a luce causari, tunc n trahit duas actiones adequatas, et ratione unius erit prior luce, ratione alterius posterior, ita doceb in Phia, q nullam in hoc repugnam inveniebam. Iam q stando prioribus rationibus, posset

adversarius quod Pater, ut à se præexistens producit filium, et rursus à filio producitur, in quo casu Pater erit prior, et posterior filio, sub diversa ratione; prior, quia existens à se, posterior, quia productus à filio. Et id solum discriminis erit, quod Pater non trahit duas actiones, sicut Sol, quia cum à se possit existere, non eget actione, ut præintelligatur existens ad causandum filium; Sol autem, cum à se nequeat existere, petit actionem, vi cuius existat prius, quam lux.

2a ratio: nam ideo colligimus ex creaturis dari Deum, quia ubi dantur plura producta, necessum est, ut aliquid improductum detur, à quo cetera producantur: ergo similiter ex personis productis optime deducitur aliqua improducta, ex qua ceteræ producantur; sed ea est Pater: ergo etc.

Non placet, nam vi præcisse huius argumentationis non deducitur aliquid improductum, sed aliquid non egens productione ad existendum, nam ante omnia producta supponendum est aliquid existens absque productione. Quod in Trinitate similiter dici patet, ut ex personis productis inferri aliquam non egentem productione, sed potentem existere à se. Licet autem ex creaturis non inferatur aliquid improductum, sed aliquod non egens productione, concluditur adhuc existere Deum, nam quod productione non eget, ut existat, necessario Deus est.

Mihi ergo tantum ex fide certo constat, primam Trinitatis personam, quam vocamus Patrem, improductam esse.

Filius à solo Patre procedit caput 4m.

Duplex veritas, et utraque de fide continetur in debutione dicta: prima, quod filius à Patre procedat, 2a quod non procedat ab alia persona. Sic in Consiliis frequenter definitur, et in symbolo nostræ fidei clarissime proponitur dicitur: filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Unde colligitur, ita filium non esse solo Patre, ut non possit non esse à solo Patre, quia neque potest non procedere à Patre, neque potest ab alia persona

procedere. Videamus iam, utrum dentur meliores rationes, quibus haec certissima veritas comprobetur.

1a sit, Filius ab aliquo procedit, non a se, quia nihil potest se producere, non a Spiritu Sancto, quia potius ipse producit Spiritum Sanctum, et procedere nequit ab eo termino, quem producit: ergo procedit a solo Patre. Verum haec ratio nititur falsis principiis, nam, ut praecedenti disputatione diximus, optime potest res tam a se ipsa produci, quam a termino, quem causat.

2a ratio.

Quicunque intelligit, producit aliquid intra se, quod sit conceptio rei intellectae, sed Pater intelligit: ergo producit intra se conceptionem rei intellectae, et cum haec conceptio rei intellectae debet esse substantialis, increata, et subsistens, ut sic evadat infinite perfecta: debet ergo Pater intra se producere similem conceptionem, quam nos Verbum, Filium, et 2am personam appellamus.

Haec tamen ratio non videtur efficax. 1o, quia licet probaret, 2am personam a 1a procedere, non tamen probat, quod ab alia persona non procedat. 2o nam Spiritus Sanctus intelligit, et adhuc intra se nihil producit: ergo non est de ratione cuiuscunque intelligentis aliquid intra se producere, quod sit conceptio rei intellectae. Praeterquam quod intelligere est esse toti trinitati, neque tamen est commune producere intra se conceptionem rei intellectae: neque dicas intelligere essentiale esse commune, non autem intelligere notionale, nam ex intelligere essentiali deducis in Patre intelligere notionale. Secus nihil efficiet, nam si dices intelligere notionale producere Verbum ex intelligere notionali, supponeres quod probandum assumis.

3a

Ratio: nequit 2a persona distingui realiter a prima, nisi illam producat, vel ab illa producatur, cum in divinis ex sola productione oriatur distinctio, sed 2a persona non producit 1am, quae supponitur tanquam improducta: ergo producitur a 1a. Sed adhuc non quiescit animus, quia haec ratio non probat, 2am personam a sola 1a procedere,

esto probet ab illa procedere. Deinde iam in praecedenti capite probavi, nulla ratione naturali sufficienter ostendi, 2am personam produci. Tutius ergo est ad fidem confugere, quam rationibus inrisionis adeo certam veritatem comprobare.

Contra processionem autem filii a Patre solum urgere potest hoc argumentum. Filius ex se necessarius est: at si procedat a Patre non erit necessarius ex se, sed ex Patre necessario generante: ergo non procedit a Patre. Respondetur filium, et ex se, et ex Patre necessarium esse: ex se, quia fratitur, et per ipsum ratione divinitatis, et proprietatis personalis exigit existere semper. Ex Patre vero quia Pater ita necessario producit illum, ut neque potuerit non producere, neque valeat a productione cessare.

Instas: hoc ipso quod filius sit ex se necessarius, ita existit, ut quamvis non daretur Pater adhuc existeret; hoc falsum: ergo non est necessarius ex se. Respondetur neque maiorem, quia non dicimus filium in hoc sensu necessarium esse, sed quatenus ex se petit existere per productionem a Patre. Unde potius infertur, quod non existeret casu, quo non daretur per impossibile Pater, quia non alia ratione petit existere, nisi mediante productione Patris.

Spiritus S. a Patre, filioque procedit. caput 5

Est etiam de fide iacta deductio. Ex qua deducitur aperte, a parte rei Spiritum Sanctum ab utraque persona procedere, nam in trinitate emititur, ut fuit determinatum superius dictum. Quod autem Spiritus S. a Patre procedat, indubitatum est apud omnes etiam Graecos, quia continetur expresse in Sacra Scriptura Ioannis 15 Spiritus, qui a Patre procedit. Circa processionem vero S. Spiritus a filio, vehementer errarunt Graeci, qui licet ultro fateantur, tertiam personam a Patre procedere, negant tamen eius processionem a filio. Circa quem errorem videndus est Magister Monetra d. 6. de trinitate.

Certissima tamen

Veritas est et ex fide tenenda, Spiritum Sanctum non solum à Patre, sed etiam à Filio procedere. Probatur ex Conciliis ubi definitur, et quidem ex Generalibus eam veritatem dicerte testantur Efesinum tomo 1º cap. 14 ad finem, Lateranense sub Innocentio 3º cap. damnamus. Lugdunense sub Gregorio 10 in capite fideli de summa trinitate in sexto. Florentinum in litteris unionis, et tridentinum sess. 3ª. Ex Provincialibus autem Alexandrinum, ab Ephesino, ubi supra relatum. Toletanum 1º cap. 2º. Toletanum 3m cap. 1º. Toletanum 4m cap. 1º, 8, et 11. Mitto plura testimonia Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum videnda penes eruditum Dominum Montoia loco citato.

Rationibus etiam theologicis eadem veritas probatur. Dico theologicis, et non naturalibus quia ut sapienter inquit Dominus Montoia citatus sect. 8 nulla naturalis ratio, quae supernalem fidei revelationem non praesupponat afferri nulla potest. Et merito sane, nam quidquid in hoc altissimo Trinitatis mysterio peragitur, extra omnem rationem naturalem est. Sit ergo 1ª ratio. Spiritus Sanctus distinguitur à Filio: ergo procedit à Filio: patet consequentia nam distinctio personarum oritur ex eo quod una sit principium alterius. Et decantatum illud: in divinis omnia sunt idem, ubi non obviat oppositio relationis producentis, et producti: ergo cum Spiritus Sanctus non sit principium producens Filium, oportet, ut sit terminus productus à Filio. Quod autem Spiritus Sanctus realiter distinguatur à Filio, non negatur à Graecis.

2ª ratio: prius in Deo Spiritus Sanctus existit Filius cum virtute sufficienti, et exposita ad illum producendum: ergo ipse producit illum. Probatur consequentia, tum quia non est cur illa virtus ab exercitio suspendatur, maxime cum sit necessaria non solum in existendo, sed in operando, tum quia sic libere dici posset Spiritum à Patre non procedere, quamvis in Patre supponatur virtus sufficiens ad illum producendum. Consequens ostenditur. Nam operatio pertinens ad intellectum qualis est productio Filii prior illa, quae pertinet ad voluntatem qualis est processio Spiritus Sancti.

Deinde spiratio activa realiter idatur cum filio: ergo ante spiritum S. praecessit filius cum virtute sufficienti, et expedita ad illum producendum.

3a ratio: ~~[struck]~~ Pater dedit filio quidquid habet praeter esse Patrem, ut constat ex 1o Lucae, et ex 15, et 16 Ioannis: ergo dedit illi quod sit principium in actu 1o productivum spiritus S. probatur consequentia, quia Pater habet esse principium in actu 1o productivum spiritus S. Neque Pater ideo praecisse Patrem est, quia habet esse principium spiritus S., nam licet aliqui iuniores sentiant, Patrem in ratione Patris, et filium in ratione filii constitui per esse principium spiritus S., tamen apud omnes hoc est certum, quod Pater non ideo praecisse sit Pater, quia principium est spiritus S. ergo si Pater filio non dedisset esse principium spiritus S. aliquid non dedisset praeter esse Patrem.

Argumenta Graecorum. Caput 6.

Sed contra processionem spiritus S. a filio nobis obiiciunt Graeci 1o. Ad unicum terminum sufficit unicum principium: ergo ad unicum spiritum S. producendum sufficit Pater: ergo non concurrit filius. Quis vero non videat hoc eodem argumento probare posse, quod spiritus S. a solo filio procedat.

Respondeo saepius ad unicum terminum requiri plura principia saltem partialia. Vt pro actu fidei supernaturalis requiruntur intellectus, et habitus. Nihil ergo mirum, quod ad unicum spiritum S. requirerentur duo partialia principia. Praeterquam quod, aliud est duo principia requiri, aliud vero concurrere duo principia. Quare si daremus pro unico termino sufficere unicum principium, neque duo requiri, negari non posset saepius concurrere duo. Iam si licet omitteremus, ad spiritum S. non requiri per Patrem, et filium in ratione principii, quod falsum esse constabit infra, tamen inde non colligeretur, utrumque non concurrere, cum in utroque sit eadem virtus spirativa. Demum ostendam inferius, quod ex Patre, et filio simul concurrentibus ad productionem spiritus S. resultat solum unicum principium. Obiiciunt 2o solus Pater filium

producit: ergo solus Pater producit Spiritum S. Probatur cons., nam ideo solus Pater filium producit, quia productio filii est per intellectum, et Pater se solo independenter ab alia Persona intelligit; sed productio Spiritus S. est per voluntatem, et Pater se solo independenter a filio amat, et habet quidquid pertinet ad voluntatem: ergo Pater se solo producit Spiritum S.

Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam. Ad eius probationem negamus maiorem, quia ratio propter quam solus Pater filium producit, non est quia intelligat independenter ab alia persona, cum id etiam conveniat filio, et Spiritui Sancto, qui tamen filium non producunt; sed quia intelligere in Patre coniungitur cum Paternitate, quae requiritur, et sufficit ad producendum filium. Atque licet in Patre detur quidquid pertinet ad voluntatem, non adhuc datur quidquid opus est ad productionem Spiritus S., nam unum ex requisitis est filiatio. Unde usquequo dum intelligatur voluntas Patris communicata per identitatem filiationi, non intelligitur Pater proxime potens producere Spiritum S.

Instas: virtus spirativa reperitur in Patre ante ad filium: ergo ante ad filium est Pater proxime potens producere Spiritum S. Et cum ea virtus necessaria sit in operando, statim operabitur independenter a filio. Respondetur concesso antecedenti, distinguo consequens: ergo Pater ante ad filium est proxime potens producere Spiritum S. quantum est ex parte virtutis productivae, concedo consequentiam; absolute, et simpliciter, nego consequentiam. Ita quod saepius contingit, ut licet in causa detur tota, et adaequata virtus in ratione virtutis necessario operantis, non producatur effectus, eo quod requisitum deficiat. Cum ergo filiatio sit necessarium requisitum, ut producatur Spiritus S., fit, ut licet Pater ante ad filium habeat totam vim spirativam per modum virtutis, non adhuc producat, neque proxime omnino producere possit Spiritum S. Et sane, quod filiatio requiratur ad productionem Spiritus S., constabit infra, cum ostendatur Spiritum S. procedere tam a Patre, quam a filio procedere.

Obiiciunt denique: filius non est prior Spiritu S.: ergo non producit Spiritum S. Consequentia patet, quia nihil potest esse principium alterius, quin sit illo prius. Antecedens probatur, nam inter personas

divinas n̄ assignabilis aliqua prioritas. Hoc argūtum q̄ probat, Spiritum S. à Patre n̄ procedere, quia et probat nullam ēē processionem intr divinas personas. Retr.ᵒ neg. āns; nam filius ē origine prior Spiritu S.: prioritas n. originis in eo stat, q̄d unum producat aliud, quin ab eo producatr; sd filius producit Spiritum S., qui ab eo producatr: ḡ prior ē origine Spiritu S. Et ob hanc eandem raonem Pater ē origine prior filio, et Spiritu S.

Sed nota, multiplex ēē prioritatis genus, q̄d personis divinis repugnat. Nam prioritas nātē, quē cōsistit in eo, q̄d unum sit principium alterius diversē nātē, minimē reperiri potest intr divinas personas, quē sūt eiusdem oīo nātē. Prioritas raonis excluditr etiam à divinis personis. Nam hēc in eo stat, q̄d unum sine alio possit cognosci; sd nulla ex divinis personis sine alia potest cognosci, nam omnes habent relaonem adinvicem, et relativa sed.ᵐ Philosophum sūt simul cognitione: ḡ &c.ᵃ Prioritas etiam in subsistendi cōa n̄ datr, nam in eo cōsistit, ut valeat ab uno ad aliud; sd n̄ e cōtra, in divinis autem personis datr mutua illatio, nam bene valet, datr Pater: ḡ filius: datr filius: ḡ Pater. De prioritate ~~durationis~~ du raonis, l. temporis certum ē, q̄d n̄ detr. An autem datr prioritas perfectionis infrà dicemus cum sermo fiat de personarum ēqualitate.

Q.ᵒ 2.ᵃ an divinē processiones sint immanentes. Caput Im; affirmativé Respondetur.

Sententia cōis, et ferē iam indubitata ē, quē ~~tenet~~, processiones divinas immanentes ēē. Videatr P.r Montoya D. 17 de trinitate, sect. 4. Magister Albares de trinitate tractatu 4, D. 1.ª sect. 3.ª cum aliis. Huicq̄ sententiē subscribo, dummodo stet, immanentiam processionum divinas

narum excludere plures imperfectiones, quę reperiri solent in processionibus, vel actionibus creatis immanentibus, ut ex dicendis constabit.

Probatur

haec vero solutio 1o; nam quęlibet persona divina est in alia, ut nemo theologorum dubitat, et nos infra dicemus: ergo persona producta est in producente: ergo eius processio est immanens. Patet ex 2a consequentia, quia nequit non esse immanens ea processio, vi cuius persona producta manet intra producentem. Probatur 2o; nam illa vocatur immanens processio, vi cuius producitur terminus aliqua ratione manens intra principium; sed vi processionis divinę producitur terminus aliqua ratione manens intra principium: ergo divina processio immanens est. Loquor autem de processione, quę tribuitur ad filium, vel spiritum sanctum. Maior est certa; nam immanens processio, quatenus talis, in eo distinguitur a transeunte, quod vi illius non producitur terminus aliqua ratione manens intra principium. Minor probatur; nam principium divinę processionis est Deus; at vi processionis divinę producitur terminus aliqua ratione manens intra Deum: ergo etc. Probatur minor, quia terminus productus est Deus: ergo manet intra Deum. Patet, nam, quod est Deus, non potest esse extra, sed necessario debet esse intra Deum.

Probatur 3o: maior, et perfectior est immanentia per identitatem, quam per unionem; sed quia terminus creatus unitur suo principio, vocatur immanens eius productio: ergo a fortiori vocanda est immanens processio divinę personę, quę non iam per unionem, sed per identitatem manet in suo principio. Consequentia legitima erit, si ostendamus, qua ratione maneat in divinis per identitatem persona producta in producente. Quod ad inferius dicenda sic explico. Nam in persona producente datur principium communicativum, et productivum. Communicativum est absoluta perfectio; productivum autem relativa. Similiter in persona procedente datur aliquid communicatum, et aliquid productum. Communicatum est absolutum, productum vero relativum.

Iam vero persona procedens attenta

tum quod est communicatur, manet per identitatem in principio communicativo. Nam idem omnino, quod ex parte personae procedentis est terminus communicatus, ex parte personae, a qua procedit, est principium communicativum: quia persona procedens, quae habet aliquid communicatum, est per identitatem in suo principio formali communicativo. Deinde, quia producitur, manet etiam per identitatem in principio formaliter productivo: nam ea relatio personae productae, quae sola terminat productionem, identificatur realiter cum natura divina, cui etiam identificatur altera relatio, quae ex parte personae producentis habet rationem principii formaliter productivi: manet ergo per identitatem realem, sive cum uno tertio, id quod formaliter producitur, in principio formaliter producente.

Hinc ulterius confirmatur iacta doctrina, quam probabilissime defendunt plures, ad actionem immanentem non requiri, quod terminus maneat intra principium formale; dummodo maneat intra subiectum, vel suppositum, ubi clauditur eiusmodi principium. Et hinc dicunt, actionem productivam actus vitalis corporei esse immanentem, licet talis actus non recipiatur in anima, quae sola est principium formaliter productivum illius, sed in sola materia: quod a fortiori erit immanens processio, si terminus maneat intra principium formale, sicut explicatum est.

Non nullis obiectionibus Resp. cap. 2

Dices 1º: ut processio sit immanens non sufficit, quod illa, vel eius terminus maneat intra principium, sed ulterius requiritur, quod per modum actus, et physicae formae perficiat suum principium, ut videre licet in qualibet processione immanenti creata; sed hoc nequit invenire divinis processionibus: ergo non sunt immanentes. Resp. neque materiam, quia processio immanens ad summum exigit, ut tam ipsa quam eius terminus intra principium maneat. Quod autem id fiat per modum actus, vel physicae formae provenit ex imperfectione creaturarum, non ex formalissimo conceptu processionis immanentis quatenus talis. Unde cum in divinis, tam processio, quam terminus maneant intra principium, sequitur, quod processio

cessio sit immanens.

Dices 2º: in natura intellectuali solum reperiuntur duæ operationes immanentes, vt intellectio, et volitio: sed processiones divinæ non sunt intellectio, et volitio, quæ realiter virtualiter ab eis distinguuntur: ergo nulla processio reperitur in natura intellectuali divina, quæ sit immanens.
Respondetur, utramque præmissam huius argumenti valde dubiam esse. Nam in primis, licet intellectio, et volitio communiter dicantur operationes, et actiones grammaticales, adhuc tamen secundum communem sententiam sunt qualitates absolutæ, per actiones realiter distinctas productæ. Quare non in congruè vocantur operationes immanentes in facto esse, non in fieri: dabitur ergo in natura intellectuali aliqua operationes immanentes saltem in fieri, præter intellectionem, et volitionem. Deinde præmissa minor supponit virtualem distinctionem processionum divinarum ab intellectione, et volitione. Certè quod non est levis difficultas apud multos, de qua infra. Videndum ergo quid de hoc sit.

Respondetur, naturam intellectualem, quà talem, habere solum duplicem virtutem immanenter operativam, scilicet intellectivam, et volitivam. Ex quo fit, nullam in ea reperiri productionem immanentem, quæ non sit exercitium facultatis intellectivæ, seu volitivæ. Nam et in Deo processio secundæ, tertiæque personæ est exercitium utriusque facultatis, quia Verbum procedit per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, eo modo, quo postea dicetur.

Dices 3: quælibet processio divina, vel est activa, vel passiva: neutra est immanens: ergo nulla. Probatur minor. Et in primis activa processio realiter identificatur cum principio, ergo non est immanens. Patet, nam immanentia petit extrema duo realiter distincta. Præterea processio passiva realiter identificatur cum termino producto; sed terminus productus, quà talis non petit immanentiam in principio: ergo neque processio passiva.
Respondetur omittendo, quod activa processio realiter identificetur cum principio, et passiva cum termino; nam de hoc infra. Negatur tamen, quod passiva processio non sit immanens; nam etsi activam processionem daremus, non esse immanentem propter identitatem

realem cum prio: tn cum passiva realitr distinguatr, ut in ipso met argumento supponitr, nihil ex hoc capite repugnabit, quominus sit immanens. Deinde lt trus coissime sumptus n petat immanentiam, adhuc talis trus divinę processionis illam petit, nam exigit produci a prio immanentr operanti.

An divinę processiones sint vitales? Cap. 3a.

Certa e pars affirmativa: Caput Lm.

Processiones divinas ee vitales fatentr oies DD; nam lt apud eos magna sit dissentio cc prium personarum productivum, cum aliqui cstituant illud in prato relativo, qd coitr censetr n vitale, sd emortuum: alii vo ponant in absluta perfectione simul cum relativa, l connotante relativam; adhuc intr omnes cvenit, processiones ee vitales; qdqd sit de prio productivo. Probatr senta hęc, quam verissimam censeo.

Primo, nam illa processio vitalis e, p quam exercetr prium vitale, quá tale; sd p qlibet processionem divinam exercetr vitale prium, quá tale: g quęvis processio divina vitalis e. Coa patet; Maiore e dubio; nam exercitium prii vitalis fvalitr, quá talés nequit n ee vitale. Minor probatr, q p processionem filii exercetr Pater, ut int litus: et p Spiritus S. processionem exercetr Pater, et filius, ut volitivus, cum procedat filius p intrum, et Spiritus S. p voluntatem, ut infra dicetur.

Secundo, quia licet omittamus intr volais relationes, quę iuxta communem sententiam non sunt vitales, exerceri rationem principii, quó proxime producentis, et termini formaliter producti; possunt possunt adhuc processiones ee vitales, nam, ut processio vitalis sit, n exigitr vitalitas ex parte prii quo, neq ex parte trifrali tr producti, q sufficit, ut prium quod vitale sit, et tro producto coicet aliqd vitale. Qd patet in generaone hois, quę lt procedat

procedat à semine n. vitali, tanqm à pprio prodo, tretq ad pro-
ducendam unionem, quæ vitalis n. ē. attamen ipsa generatio vitalis
ē, eo qd ab homine, tanqm à pprio quod vitali procedat, et tro coicet
animam realem, quæ vitalis ē. Hinc ḡ cum divina processio manet
à pprio quod vitali, tro q; coicet aliqd absolutum vitale, ut nemo dubi-
tat, naxio debet ēē vitalis.

3º: nam ea processio vitalis ē, cui debit
ex suo fvalissimo dceptu producere brum silem pprio, quā vivens ē: ita
se habent divinæ processiones. ḡ. Maior ē certa, q n. alia de causa
hois generao vitalis ē. Minor ostenditr; nam processio filii habet
ex suo dceptu producere filium silem Patri in veritate, et in instru,
pr quæ frātā fvalitr vivit Pater. Item processio Spiritus S. habet
ex propria sua rone fvali producere divinum Spiritum silem Patri,
et filio in voluntate, p quam fvalitr uterq vivit.

4º demum, q si pro-
cessiones n. essent vitales, personæ procedentes n. fluerent vitalitr, sed mor-
tuo modo à suis principiis: hoc autem ē impole, q dicit imperfectionem qll.
Et sané dubitari nequit, perfectius ēē q processiones sint vitales: ergo ē dced-
endum.

Arguta soluta. Caput 2um.

Obiicies 1º: ut actio sit vitalis, debet supponere prium integré dstitutum
in suo statu connali: nulla processionum divinarum ita supponit: ḡ
nulla vitalis ē. Maior videtr certa; nam ideo emanatio frigiditatis ab
aqua, l caloris ab igne, l subxistæ à substantia n. ē vitalis, q n. suppo-
nit prium in suo connali ēē constitutum; sed potius tndtr ad illud ita
constituendum. Minor probatr, nam quælibet processio tndtr ad produ-
cendam subxistam relativam, p quam dplebitr divinitas existens
in principio producente: ḡ nulla supponit suum prium integré
dpletum, sed potius tndtr ad illud dplendum. Huic arguto respondet

P. Martinus Peres D. 8 de Trinitate sect. 6. numero 6. negat esse de ratione vitalis processionis, ut per illam terminus fiat, qui sit complementum sui principii. Quod sequentibus instantiis probat. Nam cognitio, qua se cognoscit Angelus, ita requiritur pro connaturali statu Angeli, sicut requiritur in lapide, quod sit in centro: neque tamen hoc obstat, ut ea cognitionis productio sit vitalis. Item, si possibilis dicatur substantia supernaturalis absoluta, cui debitum sit videre, et amare Deum, ut plures opinantur, illa vitaliter producet visionem, et amorem Dei, quamvis ea productio tendatur ad proprietates, et complementa sibi debita. Unde negat maiorem, et eius probationem. Probabilis quidem doctrina.

Sed adhuc ulterius respondetur, omittendo maiorem, et distinguendo minorem. Quaelibet processionum tendatur ad producendam subsistentiam relativam, per quam completur divinitas materialiter, et specificative sumpta; concedo minorem. Per quam completur divinitas, ut existens in principio producente; nego minorem. Quia deitas, ut existens formaliter, et precise in principio producente, solum requirit eam subsistentiam, quae datur in tali principio. Quare processio dimanans ab eo principio, non tendit ad complementum naturae, prout constituentis principium, licet tendat ad complementum naturae prout existentis a parte rei, secundum totum esse physicum, et materiale quod habet.

Obiicies 2o: nequit esse vitalis ea processio, cuius principium, et terminus non est vitalis: at in processionibus divinis, nec principium, nec terminus est vitalis: ergo etc. Minor probatur, quia principium, et terminus sunt relativa producta, quae formaliter non sunt vitalia. Sed ex dictis iam constat huius argumenti solutio, quia licet demus processionem divinam, ut est precise productio, non habere principium, neque terminum vitalem; attamen, ut est communicatio, habet pro principio, et termino quod absolutum, et vitale, scilicet essentiam divinam, eius intellectum, et voluntatem, ut magis ex professo dicemus infra.

Obiicies 3o: hoc ipso, quod processio sit ab uno supposito in aliud, non est vitalis, quamvis vitale sit utrumque suppositum, et processio fiat per intellectum, et voluntatem: at quaelibet processionum divinarum

e ab uno supposito in aliud: ergo nulla vitalis est. Maior videtur certa; nam inde solum productio Angeli, vel hominis a Deo non est vitalis, quia est ab uno supposito in aliud, quamvis utrumque vitale sit, et Deus per intellectum et voluntatem operetur.

Respondetur negando maiorem, et eius probationem; quia diversitas suppositorum non impedit vitalitatem processionis, ut patet in actione vitali intrantium generanti. Ratio autem cur Angeli, vel hominis processio non sit vitalis, ut a Deo provenit, est quia non tendit ad terminum vitalem immanenter producendum; cum Deus non producat illos immanenter; quia processio vitalis oriri debet a principio vitali ad terminum vitalem immanenter producendum. Quod sane dubie reperitur in processionibus divinis. Obiicies ultimo, vivere non est aliud quam se movere ab intrinseco; nulla persona divina quando producit aliam se movet ab intrinseco: ergo non vivit, et consequenter eius productio non est vitalis. minor probatur, quia motus dicit transitum de non esse ad esse: nulla persona divina cum producit aliam transit de non esse ad esse: ergo nulla se movet: Minor probatur, nam eiusmodi transitus dicit imperfectionem mutationis.

Respondetur, motum ab intrinseco stare dupliciter. Primo pro productione immanenti termini vitalis a principio vitali. 2° pro transitu de non esse ad esse: hic motus est de conceptu vitalis processionis, et illum. Et illum libenter admittimus in processionibus divinis. Iste non est ut patet in actu visuali, quem Angelus existens ab aeterno produceret; hunc ergo divinis processionibus negamus.

An processiones liberae sint, vel naturales. § 4. processiones esse naturales defenditur.

Quamvis in Deo reperiantur duae processiones, alia ad Filium, et alia ad Spiritum Sanctum: de quibus dubitare posset, an essent liberae, vel naturales? Tamen apud omnes certissime constat, processionem Filii non esse liberam

formalem, et naturam. Ratio est, quia nullus sensus excogitabilis est, in quo possit congrue libera vocari; nam si liberum accipiatur pro contingenti, et indifferenti, certum est, processionem filii non esse liberam, quia non est indifferens, seu contingens, ut existat, et non existat. At si sumatur pro eo, quod a voluntate sine coactione, tanquam a principio procedit, etiam est indubitatum, quod ea processio libera non sit, quia non respicit voluntatem; sed intellectum, ut principium suum.

Neque modo discutio, an ea processio, ut aliquibus placet, sit voluntaria, non quia sit a voluntate, tanquam a principio, sed quia voluntatis obiectum est: nam Aeternus Pater, imo tota trinitas complacet in eo, quod filius a Patre procedat. Et hanc complacentiam aliqui dicunt antem, alii comitantem, et alii subsequentem ad aeternam generationem. Hoc inquam non discutio, nam involvit plura, quae seorsim infra sunt evolvenda. Videatur interim Pater Martinus Perez [illegible] de trinitate sect. 8.

Tota quaestio difficultas reducitur ad spiritus sancti processionem, an vocanda sit libera, vel naturalis, et naturalis? dico vocandam, quia tota haec lis est de voce, et acceptione horum nominum spontaneum, liberum, naturalem, et naturale. Cum circa rem ipsam omnes Catholici conveniant. Scotus in 1o distinctione 10 quaestione 1a, et quodlibeto 16, articulo 2o, quem universi Scotistae sequuntur, dixit, processionem spiritus sancti liberam esse, non quia sit a voluntate cum indifferentia, sed quia sit a voluntate sine coactione. Ceteri DD oppositum defendunt, et eam processionem vocant naturam, et naturalem.

In quaestione de nomine cum pluribus est loquendum. Maxime quando voces accipiuntur secundum communiorem, et magis strictam acceptionem. Ideo censeo praedictam processionem spiritus sancti non esse liberam, sed naturalem, et naturam. Probo, nam illa processio non est libera, quae non procedit indifferenter a suo principio; sed spiritus sancti processio non procedit indifferenter a suo principio: ergo libera non est. Consequentia patet. Minor est certa, quia spiritus sanctus non ita procedit a suo principio, quod possit, seu potuerit non procedere. Maior est communis acceptio liberi. Nam ideo amoris productio

Libera vocatur, quia procedit indifferenter à voluntate. quod si non procederet cum hac indifferentia, non liberam, sed naturalis, et necessaria diceretur.

Confirmo.

Nam in nostris actibus, quos vitare non possumus, quales sunt qui fiunt in pueritia, in somno, in ebrietate, et amentia non datur meritum, aut demeritum, ut omnes fatentur, quia Liberi non sunt: ergo ut actio Libera sit, opus est, quod à suo principio vitari possit, oppositum ponendo. quod si vitari non potest, eo ipso non est libera, sed naturalis, et necessaria, quamvis fiat à voluntate. Propterea quod prædictæ actiones Liberæ non sunt, quia vitari non possunt. Modo sic. Processio Spiritus Sancti vitari non potest, nec à suo principio cohiberi, nam infallibiliter à Deo procedit: ergo Licet ea processio sit per voluntatem, adhuc non est libera, sed naturalis, et necessaria.

Iterum confirmo; quia si processio Spiritus Sancti dicitur Libera, quia est ab appetitu cum cognitione, et sine coactione, sed delectabiliter, et spontanè, plures actiones brutorum erunt Liberæ, quia hoc modo procedunt, ut nemo dubitat, sed id absurdissimum est, nam in brutis nulla reperitur actio Libera: ergo etc. Dicere vero talem processionem esse Liberam, quia provenit ab appetitu rationali, et non corporeo, qualis est appetitus brutorum est sine fundamento loqui: cur ergo ego non dicam, appetitum rationalem non esse necessarium ad libertatem, sicut tu defendis non esse necessariam indifferentiam principii.

Scotica fundamenta dissipantur. cap. 2m.

Primum fundamentum: omnis perfectio sine imperfectione concedenda est processionibus divinis: Libertas est perfectio sine imperfectione: ergo concedenda est in processione Spiritus Sancti. Minor probatur, quia Libertas reperitur in Deo: ergo est perfectio sine imperfectione.

Contra hoc argumentum. tripliciter insto contra Scotum. Primo quia probat etiam filii processionem esse Liberam, cum habere similiter debeat omnem perfectionem sine imperfectione. 2o:

Denique probat Spiritus S. processionem habere libertatem indifferentiae quam ipse cum omnibus Catholicis negat. Sed illatio patet, nam indifferentiae libertas est perfectio sine imperfectione, quae reperitur in Deo: ergo concedenda est processioni Spiritus S. Tertio demum quod probat, Deum libere se amare tam quoad exercitium quam quoad speciem. Quod nullus unquam dixit, nec audebit dicere. Probo, nam hoc libertatis genus est perfectio sine imperfectione, quae reperitur in Deo.

Modo sic ad argumentum Respondeo. Primo nego maiorem; quia divinis processionibus non est concedenda omnis perfectio sine imperfectione, sed illa solum, quae pertinet ad suam lineam, sicut naturae divinae, cuilibet que perfectioni attributali non conceditur omnis perfectio, sed quae propria est suae lineae. Libertas autem ut ostendimus, non est perfectio, quae pertinet ad lineam processionum divinarum; sed quae potius excluditur, nam dicit contingentiam, quae pugnat cum omnimoda necessitate processionum. Secundo Respondeo, libertatem quoad ista creata, perfectionem esse Deo convenientem, non autem quoad res divinas. Unde licet Deus liber sit in creaturis producendis, non in producendis personis. Et sicut Deus non esset omnimode perfectus, si libertate careret quoad creaturas, ita si necessitatus non esset quoad personas.

Confirmatur. Principium liberum est, quod ex perfecta cognitione se determinat ad operandum; sed principium Spiritus S. se determinat ad eius productionem ex perfecta cognitione: ergo principium Spiritus S. liberum est in eius productione. Respondeo, maiorem esse falsam, ut patet in voluntate divina, quae se determinat ex perfecta cognitione ad amandum Deum, neque tamen in eius amore libera est. Item voluntas Beati se determinat ex perfecta cognitione ad amandum Deum, neque tamen eum libere amat, ut communissima sententia propugnat. Immo quando cognitio perfectissima est, tollitur libertas a principio. Mitto, quod principium, quando non habet indifferentiam non tam dicitur se determinare, quam determinari per cognitionem, vel per alia principia, quae concurrunt ex parte actus primi.

Sed instas: voluntas est principium Spiritus S. sed voluntas

e libera: ergo prium Spiritus S. liberum est, et consequenter eius processio libera. Respondetur inde solum convinci, prium Spiritus S. specificative liberum ẽẽ, non tamen formaliter, et in ordine ad processionem Spiritus S. Sicut prium amoris beatifici est libera voluntas, non quia libera sit in ordine ad illum, sed ad alios actus. Et prium, aut quasi prium amoris, quo Deus a se diligitur, est libera Dei voluntas, quae tamen in ordine ad eum amorem non exercet libertatem, sed in ordine ad creaturarum amorem. Et ratio a priori est quia bene stat, unicam, et eandem voluntatem ẽẽ prium liberum, et narium in ordine ad diversos actus.

2m fundamentum: processio Spiritus S. est voluntaria: ergo libera. Probatur consequentia nam quod a d. est voluntarium est liberum. Respondetur concesso antecedente nego consequentiam, et eius probationem, quia plura sunt voluntaria, quae libera non sunt ut patet in amore, quo Deus se diligit, et a Beatis diligitur: et ratio est, quia voluntarium, quâ tale solum exigit procedere ab appetitu sub cognitione sufficienti. Quod optime compatitur cum necessitate, quam libertas non admittit. Item voluntarium opponitur violento, et coacto. Liberum autem opponitur nario, et determinato. Quare processio Spiritus S. voluntaria est, quia non violenta, sive coacta, sed libera non est, quia determinata et naria est, cum deficere non possit, nec potuerit.

Quot sint processiones divinae. Et 5a.
Processiones sunt duae. Caput 1m.

Certissimum est, divinas processiones ẽẽ tantum duas, quia tamen haec propositio est exclusiva, duas continet partes, alteram affirmativam, et negativam aliam. Affirmativa dicit, processiones ẽẽ duas, negativa vero non ẽẽ plures. De parte ergo affirmativa loquemur in praesenti capite. De negativa in subsequenti.

Divinas ergo processiones ẽẽ

duas, ut rem indubitatam, quin et ad fidem pertinentem suppo-
nitur ab omnibus Catholicis: las item ēē realitr distās. Videatur
Montoya de trinitate D: 3ª. Loquimur autem de processionibus abs-
trahentes ab eo, quod identr, l' distinguantr ab p̄rīo producente, l' a
tr̄o producto. Deinde loquimur de duabus processionibus, quarum
unaquaeque sit in proprio genere ͻpleta, quod notarim q̄ coīssima senta,
de qua indicium feremus in questione subsequenti. distinguit in qua-
cūis processione duplicem ͻceptum, alium, qui sit activa processio, et alium,
qui sit passiva. Quod omittimus in presenti; q̄ sive dentr, sive n̄ dentr
isti conceptus eandem processionem ͻponentes, adhuc certissimum ē dari
duas processiones distās in suo genere ͻpletas.

Proinde solum restat ali-
qua dubia decidere, que presentem materiam ͻcernunt, et a Rbus
noviter agitantr. 1º solum dubitatr, an ex eo quod persone producte
sint due realitr diste, colligatr optime processiones ēē duas realiter
distās? affirmative respondeti solet, cum n̄ ex alio funto coitr probetr
dualitas processionum nisi q̄ persone p illas producte s̄t due realitr
diste. Nobis autem negative respondendum ē, q̄ n̄ censemus im-
possibile, duos tr̄os realitr distos p unicam actionem produci.

Secundo
dubitatr, an ex eo saltem, quod persone producte sint due specie l' quasi
specie diste colligatr processiones ēē duas? Negative Respondeo;
q̄ n̄ implicat, unicā productione fieri plures tr̄os specie distos, nam
sicut ͻceptus frales, quasi specie disti, quales sunt intrus, et volun-
tas coadunantr in unicam entatem realem, cur tri specie disti
n̄ poterunt in unicam actionem coadunari? Et sicut unica p̄tīa
fertr ad plures tr̄os specie distos, cur n̄, et unica actio?

3º dubi-
tatr, an si productio trorum fiat eo modo, quo defacto ͻtingit in Deo,
scilicet, quod ab unico p̄rīo improducto, producātr unus trus, et

ab isto lu̅ie simul cum illo pri̅o producatur alter 2.s lu̅us; inferatur inde processio duplex ? Affirmat Arriag. D. 44 sect. 1.a subsect 1.a. Sed negative Reo, nam totum id potest adhuc intelligi, stante solum unica productione, quod ita probo. 7

Nulla e implicatio, quod aliquis lu̅us seipso producatur a Deo, et simul sit ratio fo̅malis, per quam ipse simul cum Deo producat alium 2.m lu̅um; at in eo casu daretur unica solum productio, quamvis daretur duplex lu̅us, quorum prior ab increato principio flueret. 2.s autem ab eodem pri̅o simul cum priori lu̅e: ergo non colligitur ex duobus lu̅is ita productis duplex processio. Discursus certus e mihi. Minor e aperta, quia 1.s lu̅us per unicam entitatem esset ratio fo̅malis, qua produceretur ipse, simulque produceretur 2.s lu̅us: ergo solum daretur unica productio. Maior negari nequit, quia plures censent, non solum de possi, verum etiam de facto creaturas omnes a Deo per se ipsas produci. Quod magis constat asseritur de creaturis, quae non generantur, sed creantur. Item implicatio non e, ut haec ipsa creatura, quae per seipsam e ratio fo̅malis procedendi, sit etiam ratio fo̅malis, ut alia procedat.

Dices: in eo casu Deus produceret 1.m lu̅um, non vero 2.m, nam iste solum procederet a primo. Contra, quia 1.us lu̅us e ratio fo̅malis, ut suppono, quod 2.us tam a se, quam a Deo procedat: ergo 2.us lu̅us procedit a 1.o simul cum Deo. Praeterea. Deus, ut supponimus, et fateris, produceret 1.um lu̅um; sed 1.us lu̅us e productio secundi: ergo Deus produceret 2.um. Probo consequentiam, quia non aliter causa producit effectum, quam efficiendo productionem illius.

Dices ulterius cum P. Arriaga: prior lu̅us e causa actionis, qua producitur 2.us: at non e causa illius actionis, qua producitur ipse, quia iam esset causa sui ipsius: ergo datur ibi necessario duplex actio, sive productio. Resp. negando maiorem, quia sicut ille prior lu̅us non e sui causa, sic non e causa illius actionis, qua producitur.

Das (?) trus, nam per se ipsum est actio, qua producitur 2us. Unde prin[ci]-
trus neque est causa actionis, qua producitur, nec qua producit. Et Vin-
de q. petenda est ratio naturalis, si forte sit assignabilis, ob quam divinae pro-
cessiones ad minimus sint duae.

Q. Processiones non esse plus quam duas. Cap. 2um

Veritas haec est de fide. Nam sicut in Deo non dantur plus quam duo termini produc-
ti, sic neque plures processiones, quam duae. Licet autem hoc certissimum
sit, adhuc tamen nulla breviter oportet diluere, quae certissimam hanc veri-
tatem oppugnare videntur. Ac 1o dices: primae personae tractis, quia
Deus est, decedit producere 2am, et secundae, quia Deus est producere 3am: quia cum
tertia non minus sit Deus, quam 1a, et 2a, debebit etiam alteram pro-
ducere personam: quare necessarium est adstruere 3am processionem, qua Spiritus
Sanctus producat aliam personam. Hoc argumentum probat infinitas processio-
nes, quia cum illa persona, quam Spiritus Sanctus produceret, esset etiam Deus, debe-
ret aliam producere, et illam aliam, et sic in infinitum.

Respondeo
quod neque marem, quia Patri non convenit producere, quia praecise Deus est, sed quia
Deus est in tali persona habente quidquid opus est ad producendum; nam rela-
tio Patris vel est virtus immanenter productiva vel saltem est necessaria conditio
ad operandum, ut inferius dicemus, et sane quamvis Deo debeatur imma-
nens productio, non tamen debetur Deo quatenus existit in quavis persona, sed
quatenus existit in Patre, et Filio. Et Deo debetur relatio Patris, non quatenus
existit in Filio, vel Spiritu Sancto, sed quatenus existit in Patre.

Secundo dices: ideo
Pater, et Filius spirant, quia habent infinitam voluntatem; sed eandem
prorsus habet Spiritus Sanctus: ergo debet etiam aliam personam spirare, et
consequenter praeter duas processiones a Patre, Filioque procedentes, admitti
debet alia, quae procedat ab Spiritu Sancto. Hoc argumentum non est dissimile
praecedenti, et iam in tractatu 1o q. 1a cap. 8 respondi, voluntatem

in Spiritu Sancto non spirare; quia supponitur iam exercita vis eius spirativa in Patre, et Filio, cum autem antea ad has duas personas non supponatur exercita, fit ut in eis possit spirare.

Placet haec solutio, sed non displicet alia, quam modo subiicio. Ut voluntatem in Patre, et Filio coniungi cum omnibus requisitis ad spirandum, non autem in Spiritu Sancto. Nam relatio propria huius personae, neque virtus est, neque conditio, quam exigit natura voluntatis, ut spiret; at illae relationes, quae reperiuntur in aliis personis, complent voluntatem ad operandum; quia vel sunt virtus productiva, vel conditiones, secundum alios opinandi modos, de quibus infra. Unde quoad Verbo. Intellectus in Patre vi relationis paternae habet quidquid desiderat ad producendum. Quod non habet in caeteris personis. Voluntas in Patre, et Filio, vi suarum relationum invenit quidquid exigit, ut producat. Quod non invenit in Spiritu Sancto. Propterea quia ibi non producit.

Sed dices: maior et perfectior fecunditas arguitur ex numero terminorum: at in Deo concedenda maior, et perfectior fecunditas excogitabilis: ergo ad plures processiones, quam duas. Hoc argumentum probat infinitas processiones; quia si finitae sint, non erit fecunditas divina omnium excogitabilium perfectior. Respondetur ergo caeteris paribus maiorem esse fecunditatem, quo maior est numerus terminorum. Aliter vero si caetera non sint paria. Da virtutem potentem elicere duos terminos. Da virtutem aliam potentem unicum solum; sed longe perfectiorem his duobus. Haec 2a fecunditas licet minor ex numero terminorum, maior, et nobilior est absque dubio. Cum ergo duo termini, quos Deus immanenter producit, sint perfectiores omnibus excogitabilibus, fecunditas ad illos est perfectior qualibet excogitabili. Videantur dicta loco citato.

Rogas: an ex eo quod ultra duos terminos alius in Deo non producatur immanenter, sequatur, aliam processionem non esse praeter duas? Respondeo negative, quia bene possunt

tri ptus qm duabus actionibus produci.

Qd sit activa, qd passiva processio? et coîs RR opinio refutatr. Caput Lm.

Quælibet processio divina ɔsiderari potest, ut infra dicetr, quâ coicatio, et quâ productio. Rursus quâ coicatio, distribui potest in activam, et passivam coicationem. De qua postea. Quâ vo productio, coissime dividitr in activam, et passivam, de qua potissimum in presenti loquimur. Est autem activa productio sm coem DD, illa ratio fralis, quâ priium in actu 2o trum producit. E contra vo passiva productio vocatr illa ratio fralis, quâ trus actualiter procedit à suo prio.

Unde constat, utranq rãonem fralem inveniri qndocunq priium actualiter producit trum, et trus actualiter producitr à prio, sive talis productio sit intra, vl sit extra Deum; qa nequit intelligi priium actualiter producere, trumq actualiter produci, sie rãone frali actualiter producendi et actualiter procedendi. Hinc e, ut inter qnlibet personam divinam producentem, et productam reperiri debeat utraq ratio. Neq de hoc dubitara potest. Id qd solum à theologis ɔtrovertitr, an activa productio realiter à passiva distinguatr? et an activa sit in persona producente, passiva vo in producta?

Celebris e RRum opinio, quæ realiter distinguit utranque productionem, et activam ɔstituit ex parte personæ producentis, passivam ex parte productæ. Dq cum Pater filium producat, et generet, activa productio, seu generatio filii se tenet à ... hanc sentiam ex parte Patris, et e gratum ita proprium illius, ut in filio p identatem n inveniatr, ... vo nativitas, seu passiva productio filii a Patre se tenet ex parte filii realiter cum illo identificatr, et realiter à Patre distinguitr.

Unde decedit haec sententia Patrem producere filium per entitatem, seu rationem formalem distam realiter ab ea, per quam filius à Patre procedit, quâ Pater generat filium per activam productionem, quae realiter distinguitur à passiva, per quam filius à Patre generatur. Idem proportione servata dicendum est de productione activa, quâ Pater, et filius spirant Spiritum Sanctum per personam, et de passiva, quâ spiratur ab illis. 73

Pro maiori vero explicatione advertas, quod hic realiter distinctae sunt pariter à praefatis Doctoribus inter quamlibet processionem activam, et passivam; enim ex parte filii datur activa processio spiritus S. realiter idata cum passiva sui processione à Patre, nam filius per se ipsum habet utrumque, Ut actu produci à Patre, et actu producere Spiritum S. Patris solum inter activam processionem, et passivam illi respondentem. Ergo inter activam, et passivam filii processionem, inter activam etiam, et passivam Spiritus S. productionem; non autem reperitur inter activam, et passivam processionem, quae disparatae se habent, qualis est activa productio Spiritus S., et passiva productio filii à Patre.

Semper tamen mihi displicuit hic opinandi modus, eo quod asserat, rationem formalem, quâ prium producit terminum, esse realiter distam ab ea ratione formali, per quam terminus producitur à prio. Sic ni arguo. Per eandem formam, quâ prium denominatur producens, terminus denominatur productus. Et etiam econverso, per illam formam, quâ terminus denominatur productus, prium denominatur producens: ergo nequit Pater denominari generans filium per formam realiter distam ab ea, per quam filius denominatur genitus, et productus à Patre. Consequentia patet, antecedens ostendo, quia nequit in re dari, nec etiam mente concipi, quod prium actualiter producat terminum, quin eo ipso detur, et apprehendatur, prium communicare existentiam termino; sed eo ipso, quod prium communicet existentiam termino, iam absque ullo superaddito intelligitur terminus habens illam existentiam communicatam, et productam à prio: ergo etc. Confirmo: Concipias quaeso

p posse, seu impossibile rationem illam formalem, quâ primum denominatur actualiter producens tertium, quin eam concipias, quâ tertium denominatur actualiter egrediens â primo. Rogo. seu concipis tertium, ut productum â primo, seu non concipis? si primum habeo intentum, ut evidens est. Si 2um: contra, quia tunc intelligis primum, ut emittens actualiter ex propria substantia tertium: quia debes intelligere tertium, ut actualiter egredientem, et productum ex substantia principii. Quod quidem formaliter, aut saltem realiter est idem quod primum emittat ex propria substantia tertium, et quod tertium emittatur, egrediatur, seu producatur â suo principio.

Confirmo praeterea; nam in aliis formis frequentissime negatur ab his DD, quod nimis inconveniens hic admittitur: etenim repugnare dicunt, quod materia uniatur formae, quin per eandem unionem forma uniatur cum materia. Propterea quidem contra Patrem Hurtado negant in composito substantiali duas uniones. Rursus in creatis per eandem realiter actionem, quâ causa producit effectum, producitur effectus â causa; quia nequit intelligi, quod causa producat effectum quin eo ipso producatur effectus â causa. Quis autem non videat, hoc ipsissimum argumentum in divinis urgere. Item: eadem realiter forma, quâ denominatur intellectus percipiens obiectum, denominat obiectum ab intellectu perceptum: quia similiter in nostro casu.

Duplex solutio confutata. Caput 2um

Ad haec argumenta quia non leviter videntur premunt, plerique respondent, eis adeummam divinam, nec in re, nec in intellectu dari posse processionem activam sine passiva, et econtra; non tamen probare, quod activa et passiva processio realiter non distinguantur. Licet in divinis inquiunt, quod primum actualiter in re, seu in intellectu produceret tertium quin tertium in re, seu in intellectu produceretur â primo; nullatenus tamen ergo quod per diversas realiter formas dummodo sibi connectantur ad invicem producat primum et tertium producatur. Sed contra, quia sicuti in actio cum

exhiberi posent in aliis fris: esset quidem inconveniens, quod unio copularet materiam cum fra, qn fra copularetr cum materia; sed non opus est ut id fiat per unionem realiter unionem, sed per duas invicem sibi conexas. Item in actione, et intellectione. Contra deinde, quia si rao fralis, quâ prium actualiter producit, est dista realiter ab ea, per quam trus actualiter producitur, cur dari non poterit una sine alia, cur non poterit saltem ab intellectu percipi una sine alia? in quo casu fabitr intellectu prium actualiter producens trum, sine tro actualiter producto a prio, q est absurdum. Dicens, raones frales producentis, et producti correlativas esse, proinde neque nec in cognitione separari posse, quia correlativa sunt simul cognitione.

Sed non adhuc satisfacis; quia possunt in primis correlativa mente dividi, saltem dum non attinguntur, ut relativa. Sicut licet Creatura sit correlativa Creatori, tn sepius cogitamus, et loquimur de Creatura sine Creatore, quia non semper in ea contemplamur respectum ad Creatorem. Item licet uno relativo cognito deberet aliud nrio cognosci, tn opus non est, ut quando cognitr unum, ut existens, cognoscatr, ut existens aliud, quia sufficit illud apprehendere, tanqm posibile. Sic in Creatis causa in actu 1o dicit relaonem ad effectum; neque tn requiritr, ut cognitâ existentiâ causæ, cognoscatr effectus existentia, quia satis est effectum, ut posibilem apprehendere. Itaque licet raones frales producentis, et producti essent correlativæ, posset intellectus unam, ut existentem attingere non attingendo existentiam, sed solam posibilitatem alterius. Unde posset intellectus affirmare, prium actualiter producere trum, qn recordaretr, quod trus actualiter produceretr, sed quod produci posset a prio. Quod quis asserat.

Propter hæc alii respondent, filium per activam generaonem Patris non denominari phisice, sed grammaticaliter genitum, et productum: quia cum activa generatio non sit phisica fra, nequit denominare phisicam denominationem,

sed ad summum grammaticalem.

Sed solutio haec est peior priori, quia modo non curo de denominatione, sed tantum intendo, rationem formalem, qua Pater filium producit, esse rationem formalem, qua filius producitur a Patre. Quidquid sit, an ea denominatio producti, quae non est a physica forma, non sit physica, sed grammaticalis. Quo pacto filius vere producitur a Patre per passivam productionem se tenentem ex parte sui, neque tamen ea denominatio passive producti physica; sed grammaticalis, quae non provenit a forma physica, sed realiter potius identificata cum filio.

Dices: denominationem geniti, quam filius subit ex activa generatione Patris, non solum esse grammaticalem, quae non provenit a vera, et physica forma, sed ulterius, quia talis forma est extrinseca filio. Contra, nam in hoc sensu denominatio cogniti a Deo grammaticalis erit, et non physica Petro, cum proveniat a cognitione divina, quae est physica forma, et extrinseca est Petro; neque tamen inde sequitur, quod Petrus vere, et proprie non cognoscatur a Deo: ergo neque sequetur, quod vere, et proprie filius per activam generationem a Patre non procedat.

Alia sententia refellitur. Caput 5.

Opinioni praecedenti, quae satis impugnata manet opponitur alia docens, originem activam realiter identificari cum passiva, et utramque cum persona procedente, seu producta. Constituit ergo haec sententia ex parte personae producentis solam virtutem productivam, et ex parte termini productionem formalem, qua producitur ipse, et qua virtus residens in alia persona producit illum. Unde manifeste sequitur, activam productionem identificari cum passiva, et utramque realiter distingui a persona producente, realiterque identificari cum producta. Hanc opinionem probabilem censet Pater Suares Lib. 6. de Trinitate cap. 2o numero 7. Quidquid aliter alii censeant de eius probabilitate. In eandem inclinat Pater Arrepositas tomo 1o quaestione 41 articulo 1o, dubio 3, et articulo 5, dubio 1o numero

Numero 82.

Mihi tamen non est vera, licet sit probabilis haec opinio. Quia non ostendit, cur ratio formalis, qua persona divina producit aliam, se teneat potius ex parte producti, quam producentis. Unde sic arguo. Productio ex se non potius petit esse in termino producente, quam in termino producto, cum ubicunque ponatur, denotare debeat principium producens, et terminum productum. Ergo aliunde non assignatur specialis ratio, propter quam in divinis collocari debeat potius in termino producto, quam in principio producente: quod sequenti discurritur.

Dices: ponitur ex parte personae productae, quia non erit haec summe perfecta, si per se ipsam non oriatur a producente. Contra, quia similiter non erit summe perfecta persona producens, si per se ipsam non producat. Inquiro enim cur principium producens perfectissimum sit, quamvis actu producat per aliquid realiter distinctum, et terminus productus non esset summe perfectus, si per aliquid realiter distinctum produceretur? Non facile rationem discriminis assignabis. Urgeo: Pater est perfectus in tua sententia, quia licet per se ipsum non producat, per se ipsum est potens producere: ergo similiter Filius esset perfectus, eo quod per se ipsum posset a Patre procedere, quamvis actu per se ipsum non procederet.

Urgetur ulterius: hoc quod est producere, perfectius est, quam produci; Nam Deus producit, et non producitur; vel saltem non est minus perfectum producere, quam produci. Cum Pater Aeternus ex eo, quod Filium producat, non sit minus perfectus Filio: ergo si pertinet ad perfectionem Filii, sicut asseris, quod formalitas, qua producitur, ei sit intrinseca, et identificata, pertinebit etiam ad perfectionem Patris, ut formalitas, qua producit, ei sit intrinseca, et identificata; vel si hoc non requiritur ad perfectionem Patris, neque illud erit necessarium ad perfectionem Filii.

Ultra hoc tuo opinandi modo dices: ratio formalis, qua producitur terminus, est ratio formalis

quâ prium producit; sed in divinis ex parte personę produc-
tiq datur ratio formalis, quâ producitur: ergo datur etiam ratio formalis
qua prium illam producit.

Sed quis non videat in hoc discursu minorem propositionem ad lybitum assumi. Similiter enim probari posset existere passivam processionem ex parte personę producentis, nam sic arguo. Ratio formalis, quâ prium producit, est ratio formalis, quâ terminus producitur; sed ex parte personę producentis datur ratio formalis, per quam producit: ergo datur etiam ratio formalis, per quam terminus producitur. Itaque hęc obiectio ad summum probat, activam processionem realiter identificari cum passiva, non tamen probat, utramque potius identificari cum persona producta, quam cum producente.

Respondeo, quod in persona producente datur ratio formalis, per quam ipsa producit, et terminus producitur. Insuper ex parte personę producte datur etiam ratio formalis, per quam ipsa producitur, et prium producit. Unde bis producit prium, et bis producitur terminus, seu duplex realiter est ratio formalis, per quam prium producit, et terminus producitur. Cum hoc tamen discrimine, quod per productionem se tenentem ex parte principii producit prium intrinsece, terminusque producitur extrinsece: per productionem vero passivam se tenentem ex parte personę productę, producit extrinsece prium, et terminus intrinsece producitur.

Neque superflua censeri debet hęc duplex processio, cum una sufficere videatur, ut unicum prium producat unicum terminum. Etenim non ponitur duplex, ut praecise prium producat, et terminus producatur; sed ut omni modo possibili producat, et producatur, scilicet intrinsece et extrinsece. Et etiam quia ex parte producentis est perfectio producere, sicut ex parte termini produci, ut max dicemus. Et quidem saepe videmus idem subiectum a diversis formis ęquales denominationes subire. Nam Deus per cognitionem divinam a se cognoscitur, et per cognitionem creatam a creatura. Natura divina per tres personalitates relativas personatur.

Xptus D. realiter sanctus per sanctitatem creatam, et increatam: quod similiter idem terminus produci poterit, et prium idem producere per duas productiones realiter distas.

Novus opinandi modus evertitur cap. 4

Nonulli recentissimi Magistri, quibus nefas visum est negare processionem activam ex parte personae producentis realiter distinctam a processione passiva, se tenente ex parte personae producti, statuunt hoc principium. Quandocumque virtus productiva ita ex se detracta est ad producendum, ut neque divinitus existere possit, quin producat, tunc per se ipsam, tanquam per rationem formalem in actu 2° producit: at in divinis persona producens ita est virtus productiva ex se detracta ad producendum, ut neque divinitus existere possit quin producat: ergo per se ipsam producit. Aliunde terminus praecisum producitur: ergo datur duplex productio, quarum una sit activa ex parte personae producentis, altera passiva ex parte producti.

Prium, cui nititur praefatus discursus, mihi falsum est, et omnino debelandum. Prius vero quam illius falsitatem ostendam, adverto, eius vi praecise probari, quod productio se teneat ex parte personae producentis, non vero quod alia productio realiter dista detur alterius ex parte personae producti. Respondebis tamen, quod sicut virtus producit per se ipsam, quando per se ipsam est infallibiliter ad operandum detracta, sic terminus per se ipsum procedit ab hoc prio, quando per se ipsum est detractus, ut ab hoc prio procedat, quin neque divinitus existere possit absque passiva productione ab hoc detracto prio. Cumque in divinis persona producta detracta sit, ut a producente procedat, quin existere possit absque tali detracta processione, fit, ut per se ipsam a producente procedat. Sed contra, nam praeter ulterius dicenda requiritur

ex hac doctrina, quod si daretur in creatis, ut potest, aliqua causa ex se determinata ad hunc numero effectum, et effectus ex se determinatus ab hac numero causa, ille produci posset, et deberet per duas actiones adequatas naturaliter loquendo, quin posset oppositum etiam divinitus contingere, quod nullus admittit. Sequella est aperta, quia tunc illa causa, et effectus, tam infallibiliter sibi connecterentur, sicut conectuntur de facto Pater, et Filius in ordine ad productionem: quia illa causa per se ipsam produceret effectum, et effectus a simile per se ipsum produceretur a causa, quod sicut de facto persona divina producitur ex hoc capite duabus productionibus adequatis, ut ipsi censent, et nos infra dicemus, ita produceretur effectus ille creatus.

Tamen primum illud reiicio, nam aliud est rem esse determinatam ad aliquid praestandum; aliud vero longe diversum est, illud reipsa praestare: quia aliud est, virtutem esse determinatam ad operandum, et aliud reipsa operari. Consequentia est legitima, et antecedens patet ex apprehensione terminorum, quia determinatio rei praecedit id ad quod determinat, cum prius sit rem ad aliquid determinari, per modum vero exequi id ad quod determinatur.

Exemplis etiam idem convincitur, nam causa necessaria sub omnibus requisitis, tam ex parte Dei, quam ex parte sua, determinatur infallibiliter ad operandum, nec tamen per se ipsam operatur, sed per aliud realiter distinctum. Ens super quodlibet antecedens determinatum est ad existens, quia nec divinitus potest existere sine illo; nec tamen semper identificatur, sed plerumque distinguitur realiter ab illo. Item, ut ad hominem intra propriam materiam arguam. Principium productivum Filii determinatum est ad passivam processionem, seu nativitatem Filii; nec tamen per se ipsum, sed per aliquid realiter distinctum coniungitur cum processione passiva. Non ergo quia virtus productiva sit ad operandum determinata sequitur operari per se ipsam.

Confirmo; quia

nulla dabitur implicatio propter quam repugnet aliqua virtus creata, sit ex se determinata ad agendum, exigens tamen actionem realiter distinctam, ut agat. Dices: hoc ipso quod ex se determinata sit, iam est ex se ratio formalis agendi, quia nihil est aliud ratio formalis agendi, quam determinatio virtutis, ut agat. Contra, quia iam ostendimus hoc evidenter esse falsum. Cum determinatio ad actionem non sit actio, sed quod idem est determinatio ad rationem formalem agendi, non sit ipsamet ratio formalis agendi. Sicut determinatio virtutis generativae ad passivam generationem non est ipsa generatio passiva. Neque determinatio causae naturalis cum omnibus requisitis ad causandum est ipsa causatio, sive productio. Neque determinatio, quae nos petit animus suum coens, est ipsam coens.

Dices: frequenter dicimus, causam determinari per actionem ad causandum: ergo quia non aliud est actio, quam determinatio virtutis ad causandum. Respondeo, locutionem illam impropriissimam esse. Sicut si diceres, causa per actionem determinari ad actionem, et per causalitatem ad ipsammet causalitatem. Praeterea: sive sermo est de causa naturali, sive libera. Si de naturali, determinatur illa per collectionem omnium requisitorum, quae praecedunt actionem, nam sub illis omnibus ita naturalis ponitur, et subsequitur operatio, quod neque divinitus possit impediri. Si vero loquamur de causa libera. Ponit actionem absque ulla prorsus determinatione, nam operatur cum indifferentia.

Instas: indifferentia, quam coitur habet principium creatum, ut operetur, et non operetur, tollitur per determinationem ad operandum, sed tollitur formaliter per actionem: ergo actio formaliter est determinatio principii ad operandum: ergo quando principium ex se habet idatam hanc determinationem, habet etiam idatam actionem. Respondeo negando maiorem, quia indifferentia principii ad operandum, non tollitur per operationem, sive actionem, sed per id, quod antea cognitum et eligit principium, ut operetur. Quare in principio naturali operante non aliud, quam collectio requisitorum; in principio autem libero, quia tali nulla datur determinatio, quia cum omni modo indifferentia

operatr.

Ulterius instas: voluntas se detrat ad operandum ipsam operaonem, seu actionem, ut coiter dicitr: q actio e detr[illegible] principii: Rd. Retr ans ex dictis evidenatr ee falsum. Qd qd sit, an eo loquendi modo frequentr utantr, qui vem methaphica trutina n ponderant.

Pro vera senta statuitr 1a Dcutio. caput 5

Duabus Dcutionibus nostram, et veram sentam explico. 1a sit. In qualibet persona dvina producente aliam, datr ratio fr̃alis, pquam ipsa producit, et alia producitr, quę realitr idatr cum persona producente, realitrq distinguitr a persona producta. Rursus: ex parte personę productę datr etiam alia ratio fr̃alis, pquam ipsa producitr, et persona producens illam producit, quę sane realitr idatr cum persona producta, realitrq distinguitr a persona producente. Quare datr eiusdem ovo tri ab eodem pr̃o duplex realitr distã productio.

Probatr ex dictis in capite 3o huius quęstionis; q ñ minus e perfectio Patris qd producat, qm perfectio filii, qd producatr: q ex parte utriusq ponenda e ratio fr̃alis producendi. Patet cõa; nam ex parte utriusq ponendum e qd qd perfectionis exigitr ad raonem prĩi producentis, et tri producti. Unde nimis incoentr opinantr Rdr, qui raonem procedendi constituunt ex parte personę procedentis, eo qd sit eius perfectio; negant tn raonem producendi ex parte personę producentis, eo qd existiment ad eius perfectionem n spectare.

Probatr deinde; nam actualis productio cõstituenda e ratio l ex parte personę producentis at n e ratio, cur potius sit in una, qm in alia: debet q in utraq constitui. Minor constat; dum ab adversariis n affertr spetialis ratio, cur productio potius constitui debeat in

persona producente, q. in producta, vel econtra: q. tta. 78

Probatur denique: nam productio non opponitur prius producenti: ergo realiter idatur cum illo: patet cons. nam in divinis realiter idantur, quae non opponuntur. Ans ostendo, quia productio non dicit esse producere, sed produci a producente. Cum in creatis posset prium ipsum producens actualiter tenum: in quo casu productio nec producet, nec produceretur a prio tenum producente. Simili argutum est de cc. tenum productum. Et productio non opponitur tuo: Cum nec dicat illum producere, nec ab eo produci.

Atque rationes mihi sunt efficacissimae pro probandis duabus processionibus realiter distis, quarum una se tenedt ex parte personae producentis; alia vero ex parte producti. Iubet autem breviter ostendere, quam debiles sint aliae rationes, quae RR. frequenter utuntur ad eandem veritatem probandam; Et eis pmissis, quas late proponit, et efficaciter impugnat Pr Arriaga de Trin. d. 46 sect. 1a sub sect. 2a. tantum eas adducam, quae colores sunt apud nostros RR.

1a: nam generare proprium est Patris, sicut generari proprium est Filii: ergo generare distinguitur realiter a generari: patet nam id quod est proprium unius personae distinguitur realiter ab eo quod est proprium alterius. Rursus id quod est proprium Patris reperitur in Patre, sicut id quod est proprium Filii, reperitur in Filio. ergo generare datur ex parte Patris, et generari datur ex parte Filii: dantur ergo duae formae generandi realiter distinctae, quarum una sit in Patre, et altera in Filio.

Tota haec ratio nititur in eo Ante, quod in uno sensu verum est, in altero falsum. Verum est, si contendat denominationem generantis soli Patri convenire, sicut geniti denominationem soli Filio. Falsum vero si contendat, hoc stare in parte, quin forma, qua Pater generat, sit ex parte Patris, et

tia, quâ filius generatur, sit ex parte filii: nam stat optimè denotationem generantis esse propriam Patris, et quod ad huc forma generandi sit in filio. Quod evidenter patet in Deo Angelum creante; nam denotatio creantis Angelum è propria Dei, neque tamen forma creandi è in Deo, sed in Angelo, sive dicas identificari cum Angelo, sive distingui. Potest etiam tamen in creatis denotari productus actionem idatam realiter cum principio.

Secunda ratio supponit filium se ipsum à Patre procedere: rursusque sic arguit ad probandum, quod Pater se ipso filium producat. Pater se ipso identatur secundum aliquid sui cum filio: ergo se ipso reddit existentem filium: antecedens è de fide. Consequentia probatur; nam tunc eo instanti realis vel rationis, quo Pater existit identificatus se ipso, et secundum aliquid sui cum filio, debet existere filius, quia repugnat existere hoc extremum idatum cum alio, quin existat aliud; sed filius existere debet à Patre, quia non existit à se, vel ab alio principio: debet ergo existere vi Patris; ita quod Pater se ipso faciat illum existere. Haec etiam ratio debilis è, quia nihil probat esse processionem se tenentem ex parte filii.

Secundo, nam adsumen[...] [...]vincit, in eo ipso instanti, quo Pater intelligitur, intelligendum esse filium, ut procedentem à Patre: quod quid sit, an procedat per originem se tenentem ex parte Patris, vel ex parte filii, quod apertissimè patet in ipsamet processione passiva, quae sanè debet existere, quando Pater intelligitur, neque tamen ea se tenet ex parte Patris. Itaque vi huius rationis praecisè [...]vincitur, quod Pater intelligi nequit existens absque filio existente, et accipiente suum esse à Patre. Quod stat optimè, quamvis ratio formalis, quâ filius acciperet hoc esse, haberetur ex parte filii, tamen ex parte Patris. Ceteras rationes [...] omitto.

Proponitur secunda conclusio. §. 6.

la sit: ratio, ratis producendi, sive productio illa, quae reperitur 79
ex parte personae producentis, congrue vocatur activa productio. Similiter
productio, quae datur in persona producta, merito vocatur passiva productio.
Conclusio haec licet multum de nomine habeat, non facile probatur; quia
nullum videtur assignabile discrimen inter utramque processionem, quo
vel utraque dicenda activa, seu passiva productio, vel neutra. Probatur antecedens,
quia; sicut productio, quae se tenet ex parte personae producentis, est ratio formalis,
quia primum producit, et tertius producitur, ita productio se tenens ex par-
te personae productae, est ratio formalis, quia tertius producitur, et primum pro-
ducit. Dicere vero, quod una sit activa productio, quae se tenet ex parte
personae producentis, et alia passiva, quae se tenet ex parte personae produc-
tae, non est illas quoad intrinsecum discriminare, sed extrinsece solum,
et quoad subjecta quibus incident. Quod sufficere non videtur.
Propterea haec
assignari debet intrinsecum discrimen inter utramque productionem.
Illud ego facile designo, quod productio se tenens ex parte personae produ-
centis essentialiter est virtus productiva saltem, ut quo tertius realiter distincti,
nec ab ullo primo realiter producitur. At productio se tenens ex parte per-
sonae productae, habet esse realiter, et essentialiter producitur non producere
tertium realiter distinctum. Ex hoc quo discrimine, quod in re negari
nequit, oritur quod una processio dicatur activa, et altera passiva, quia
nomine processionis activae congrue signatur ab Antiquis, et recenti-
bus Theologis ea, quae realiter producit, nec realiter producitur;
nomine vero passivae processionis ea, quae realiter producitur, et non
producit realiter.
Unde 2.a Rationis asserte colliges, activam proce-
sionem non esse illam, quae precise habet esse rationem formalem, quia
primum producit, quin sit ratio formalis, quia tertius producitur, et passivam
processionem non esse illam, quia precise tertius producitur, quin sit al-
terius ratio formalis, quia primum producat. Nam ut in capite 1.o

hiires quaestionis ostendi, repugnat aliquod esse rationem formalem, quia primum producat, quae sit ratio formalis, qua illud tertium producatur, et econtra.

Praeterea colliges, activam processionem realiter idari cum persona producente, passivam vero cum persona producta. Inter se autem realiter utramque distingui. Quod si loquamur de productione divina, quae complectitur activam, et passivam, dicendum est non distingui realiter a persona producente, et producta simul acceptis, licet a qualibet divisive distinguatur eo distinctionis genere, quod vocari solet includentis ab incluso. Haec omnia patent ex se, et ex dictis.

Denique colliges, quamlibet ex his processionibus adaequatam esse in ordine ad denominandum primum producens, et tertium productum: adaequatam, inquam, id est sufficientem. Nam adaequatum dupliciter sumitur, scilicet pro sufficienti, et pro solitario. Nulla ex his processionibus accepta seorsim, est solitaria, quia praeter ipsam datur alia sufficienter denominans primum, et tertium; at quaelibet seorsim est sufficiens, et in hoc sensu adaequata, nam ex videntur libet seorsim accepta denominatur sufficienter primum producens, et tertius productus.

Dices: productio existens in Patre requirit realiter aliam, qua tertium fiat: ergo non est adaequata in ullo tertio. Probatur consequentia, nam ea solum est adaequata productio, quae non requirit aliam, ut tertium producat, sicut ea solum est adaequata causa, quae alia non eget ad producendum effectum. Tum antecedens videtur certum, nam productio existens in Patre nequit tertium in re ponere, quin ex parte tertii detur alia productio.

Respondetur distinguo antecedens, requirit essentialiter aliam, ut tertium in se productum, et cum quo necessario conectitur. Concedo antecedens: requirit essentialiter aliam, ut partialem formam, sine qua nec primum producet, nec tertium productum denominabit: nego antecedens. Et hoc tantum obstaret

adequationi productionis: cum q° n obstat. Ratio e; nam pro-
ductio censetur adequata, quod n eget alia, ut prius producens, et
term productum denominet: quod quod sit, an ex aliis capitibus ea
indigeant. sicut actus intrus evidenter reflectens in aliud, e
adequata forma, qua denotatur intrus cognoscens, et connectatur cum
actu directo, neq sine illo posit existere. q n petit illum, ut par-
tialem formam denoandi; sed tanquam materiam, et obiectum quod quod
tendit.

Restabat dicere de processione diva, qua e communicatio
tam activa, quam passiva. De hoc tamen commodius in subsequenti
questione.

in quo formalissime processiones consistant?

§. 1. Referuntur sententiae. Caput 1um.

Quelibet ex processionibus divinis, ut sepe iam inculcavimus e
productio simul, et communicatio; nam 2a persona ex vi formali sue proce-
sionis producitur a Patre. Rursus: ex vi formali sue processionis accipit
qua Filius naturam Patris, et qua Verbum intellectionem illius: q pro-
cessio Filii a Patre simul e productio, per quam aliquid relativum
Filii producitur, et communicatio per quam Filio datur aliquid absolutum,
et commune, quod prefuerat in Patre. similiter processio Spiritus S.
e productio alicuius relativi, et communicatio alicuius absoluti, nam Spiri-
tus S. ex vi formali sue processionis habet esse productum a Patre, et Filio,
simulque habet aliquid absolutum sibi communicatum a Patre, et Filio.

Hoc

supposito querimus, an iste processiones distant formaliter, essentialiter,
et in recto in sola perfectione absoluta, vel in sola relativa, vel in con-
iuncto ex utraque? Loquuntur q° precipue DD de processione

activa, quevis de passiva in nihil addere soleant: e n apud omnes fere certum, processionem passivam in solo relativo personae productae quatenus pendet a producente, consistere.

In hac q difficultate tot sunt sententiae, quot capita. Nihilominus eas omnes ad tria capita reducam; et in primis defendit 1a sententia, nullam ex divinis processionibus importare formaliter, et in recto praedicatum ~~absolutum~~ relativum, sed solum absolutum, licet, ut absolutum induat rationem processionis, connotet relativum. Ita sumitur 1a parte q A 1 arexcolo 1o. Dr Arrubal, Dr Torres, et Dr Granado pepes quem alii videri possunt tractu 2a d 5 sect 3a. Et a communi inter thomistas.

Pro uberiori tu explicatione huius sententiae notes, illud absolutum, in quo formaliter, et in recto secundum hos DD processio consistit, esse intellectionem ad u filii, et amorem ad u Spiritus S. Ita tamen quod nec amor constituat processionem filii, nec intellectio processionem Spiritus S. nam ad hunc finem potissime constituuntur processiones in his duabus perfectionibus, ut sic apertius explicetur discrimen utriusque processionis, et quomodo filius per intellectum, et Spiritus S. per voluntatem procedat.

Praeterea notes: hanc intellectionem, et amorem, in quibus processiones consistunt, esse perfectiones absolutas, et communes toti trinitati. Quod notarim, quia non nulli DD agnoscunt in Deo duplicem intellectionem, unam essentialem, et communem omnibus personis, aliam vero notionalem, et propriam alicuius personae. Similiter agnoscunt duos amores, unum communem, et alterum notionalem. Praecitati vero DD, qui processiones constituunt in intellectione, et amore, loquuntur de intellectione, et amore essentiali; quia notionalem negant, vel ab eo hic abstrahunt. Infra nos agemus de praedicta intellectione, et amore notionali.

Licet autem haec intellectio, et amor sint perfectiones communes, et actus notionales,

qualis e activa generatio, et spiratio sint particulares huius, et illius personae, tn in eis perfectionibus hos actus constituunt, q modificari dicunt eas perfectiones absolutas p relativas, quas ut processiones ii afferunt in obliquo, et de connotato. Nam activa generatio e intellectio, et relatio propria Patris. Intellectio essalitr, et in recto. Relatio in obliquo. Spiratio activa e essalis amor in recto, et relatio spiratoris in obliquo. Unde intellectio essalis quasi notionalis, et propria Patris redditr ex relatione Paterna, quâ modificatr. Et amor essalis fit notialis, et proprius Patris et Filii p relaonem spiratoris. Ex quo tandem fit, ut sit absoluta perfectio, prout modificata et e cois, sed propria illius persone cuius relaone modificatr, ita processio n sit cois, Lt essalitr, et in recto dicitat in perfectione coi, sed propria sit illius persone, cuius relaonem connotat.

Denique notes: me consulto loqui de intellectione, et amore, n vero de actibus intus et voluntatis, nam ubi negantes intlivum, et volitivum realiter forte negabunt in Deo actus intus, et voluntatis, quoniam actus, quâ talis, vario supponere videtr potiam, aut primum saltem methaphisicum, intellectionem autem, et amorem in Deo nullus negare potest. Licet q intlivum, et actum intelligendi ego agnoscam in Deo, ut in Materia de scientia probavi, ne tn presens dispas de constitutivo processionum reducatr ad eam de intlivo, generalioribus terminis utor, in quibus nulla potest ee dissentio. Haec pro explicaone sententiae.

Sit q 2a quae processiones pralitr, essalitr, et in recto constituit in solo relativo, connotante tn aliqd absolutum. Ita Pr Molina 1a parte q 27 arctlo 1 D. 2a. Pr Suares lib. 6. de Trinte cap. 1o. Pr Vasqz tomo 2o in 1am partem D. 147

cap. 8 num° 4°. P. Zuñiga q. 27 Disp. 2ª dubio 7 membro 2° apud quos alii plures.

Alii q. DD generationem activam essaliter locant in sola relatione Patris, connotante illam essalem intellectionem, cũ quam pro explicanda 1ª senta loquuti fuimus. Spirationem autem activam essaliter constituunt in sola relatione spiratoris, quae datur in Patre, et filio, non in spiritu sancto, connotante similiter cum essalem amorem, de quo dictum manet. Unde licet processiones realiter identitas agnoscant cum intellectione, et amore essali, nam omne relativum idatur realiter cum absoluto, tamen ob distinctionem virtualem, quae mediat inter utrunque perfectionis genus excludunt intellectionem et amorem solam q. relationem pro formali constitutivo processionis admittant.

3ª demum senta docet, processionem quae est essaliter et in recto componit ex absoluto, et relativo. Aliter tamen, et aliter. Nam ut est productio consistit in solo relativo. Quà communicatio in solo absoluto. Ergo processio activa, quâ Pater generat filium, dicit, quà productio solam relationem Patris, intellectionem autem essalem, quà est communicatio. Processio vero quâ Pater, et filius producunt spiritum sanctum dicit, ut productio relationem spiratoris, et ut communicatio amorem. Ita Magister Albis tractatu 4 de trinitate Disp. 1ª sect. 9 à numero 6. Dr. Franciscus de Lugo Disp. 5ª de Deo trino cap. 2° et communis est inter RRs.

Nulla tamen ex his opinionibus absolute nobis placet. Ideo propriam mentem in subsequentibus capitibus exponemus. In primis autem hanc conclusionem statuimus.

Processio ut productio precise consistit in relativo. Caput 2um.

Conclusio igitur

1° primò probatur ab homine. Productio passiva filii non includit intellectionem essentialem, nec in ea partialiter, vel adequate consistit: ergo ita est dicendum de productione activa Patris vel filii, sive de processione activa, quæ productio est. Ante est adversariorum, qui dicunt passivam productionem consistere precise in relatione termini producti, quia passive procedit a termino secluso quolibet absoluto producto. Tam ergo consequentiam probo. Nam ideo productio passiva filii non includit intellectionem essentialem, quia hæc intellectio non producitur, sed etiam non producit: ergo non includitur etiam in activa productione Patris. Hec consequentia patet ex summa paritate. Minor infra constabit, ubi statuetur, nihil absolutum in divinis esse productivum ad intra. Simile argumentum formo in activa productione Patris, et filii vel Spiritus Sancti.

Confirmatur, et explicatur hæc ratio, nam ideo terminus productus, ut formalissime productus a Patre non includit intellectionem essentialem, quia hæc intellectio non est alia a principio, et idcirco formalissime producitur, est ab alio, sive est aliud a principio: sed etiam principium ut producens est ab aliud, sive est aliud a termino producto: ergo principium, ut producens nequit aliquid includere, quod non sit distinctum a termino producto; sed intellectio essentialis non est distincta: ergo etc. Confirmatur ulterius. Ideo non producitur intellectio a Patre, quia realiter identatur cum Patre: sed etiam identatur cum filio: ergo non constituit Patrem, in ratione principii producentis filium, et consequenter non est activa productio Patris vel filii. Utraque premissa constat. Consequentia vero probatur, nam eadem distinctio requiritur termini producti a principio producente, quam principii producentis a termino producto: sed nihil inclusum in termino, quà formalissime producto potest identari cum principio: ergo nihil inclusum in principio, quà formalissime producente terminum, potest identari cum termino: sed cum termino identatur essentialis intellectio: non ergo ipsa includitur in Patre, quà formalissime producente filium

Denique confirmatur ex cap. damnamus de summa trinitate, et fide catholica, ubi definitur, essentiam non generare, nec generari, non producere, nec produci; nomine autem esse quodlibet absolutum praedicatum intelligitur, ut omnes advertunt. Nam si ea ratione filius, quia formalissime productus a Patre clauderet intellectionem, intellectio generaretur, seu produceretur, contra definitionem Ecclesiae. Propterea ergo defendis, intellectionem non includi in termino, quia formalissime producto: ergo si clauderetur in principio, quia generante, seu producente, iam intellectio generabit, seu producet; contra eandem Ecclesiae definitionem.

2° probatur eadem solutio contra Doctores asserentes, consistere productionem activam in intellectione, seu amore connotante relationem: etenim intellectio connotans paternitatem non distinguitur realiter a filiatione, sed activa productio Patris, seu Filii debet realiter a filiatione distingui: ergo activa productio Patris non est intellectio connotans Paternitatem; et consequenter debet esse sola Paternitas. Maior solum eget probatione, quam sic instituo. Haec propositio Deitas Patris non est filiatio est plusquam falsa, nam eius contradictoria certissima est, Ut Deitas Patris est filiatio: et tamen sub illo conceptu Deitas Patris affertur de connotato Paternitas, quae realiter a filiatione distinguitur, cum perinde sit dicere Deitas Patris, ac Deitas connotans Paternitatem: ergo similiter haec est falsa. Intellectio Patris, seu intellectio connotans Paternitatem distinguitur realiter a filiatione. Proinde ergo verificatur eius opposita, scilicet intellectio Patris, seu intellectio connotans Paternitatem non distinguitur realiter a filiatione.

Urgeo, nam ideo haec propositio Deitas, seu intellectio Patris non est filiatio est falsa, et opposita vera, quia rectum illius, quod affertur ex parte subiecti realiter identificatur cum filiatione, quae subit rationem praedicati, quamvis obliquum realiter a filiatione

filiatione distinguatur: est n. penes Logicos receptissima, quod ad veritatem propositionis attenditur solum identas, l. distinctio subiecti cum praedicato secundum rectum quidquid sit de obliquo: ergo si productio Patris & u filiationis sit intellectio connotans Paternitatem, quae sane secundum rectum idatur cum filiatione. Potest, imo debet affirmari quod productio Patris idatur cum filiatione, at necessum est, ut a filiatione distinguatur: ergo productio Patris non consistit in intellectione connotante Paternitatem. Idem argumentum efformo de productione Patris, et Filii v u Spiritus S. 63

3o

probatur contra eos praecipue, qui productionem activam quasi constituunt ex absoluto, et relativo: dari potest essentialis intellectio, quae sit actualis productio active generandi filium: ergo intellectio essentialis non est ratione sui partialis forma, qua Pater active generat, vel producit filium. Consequentia patet, quia nihil dari potest sine eo, quod essentialiter, et ratione sui habet, ut patet in ipsamet intellectione, quae nullibi dari potest, imo neque ab intellectu concipi sine actualitate. Probatur antecedens, nam in filio, et Spiritu S. datur essentialis intellectio, neque tamen ibi habet rationem formae partialis active generandi filium, quia nec filius, nec Spiritus S. possunt etiam partialiter generare. Rursus: in Patre, qua prior est origine productione filii, datur intellectio, quae etiam partialiter tunc producat filium. Simile argumentum formo de amore essentiali respectu Spiritus Sancti. Sancti Sancti Sancti Sancti.

Confirmatur, filius ut partialiter productus Paternitate, l. intelligitur productus per intrinsecum, l. non? si sum: ergo ut intelligatur produci per intrinsecum, non est opus, quod ipsa productio formaliter dicat intellectionem. Ruit ergo totum adversariorum fundamentum, qui productionem filii partialiter saltem constitui dicunt per intellec-

tionem, eo quod aliter n̄ stabit filium produci per intrum. Si v° dicatur filium ut præcise productum Paternitate, n̄ ad hunc intelli productum per intrum. Contra, nam filius, ut productus a Patre dicit essentialiter s̄m adversarios produci per intrum: ergo nullam rationem potest intelligi productus a Patre, quin intelligatur productus per intrum.

Ultimo probatur: nam virtus productiva præcise consistit in relativo, ut infra dicemus: ergo similiter actualis productio, quæ se tenet ex parte huius virtutis. Probatur consequentia: tum quia sic magis proportionatur actualis productio cum virtute producente. Tum etiam quia sicut virtus productiva, quia debet esse ad aliquid realiter distinctum, in solo relativo consistit, sic opus est, ut in solo relativo consistat actualis productio, nam etiam est ad aliud realiter distinctum. Huc faciunt omnes illæ rationes, quibus postea convincemus, principium productivum divinarum personarum in solo relativo consistere.

Opposita argumenta. Caput 3m.

Obiicies 1°: relatio supponit productionem, et in illa fundatur: ergo productio n̄ consistit in relatione. Consequentia patet, quia consistere nequit in eo quod illam supponit. Antecedens probatur, quia Pater ideo refertur ad filium, quia producit filium: Pater etiam et filius ideo quia produxerunt Spiritum S. referuntur ad illum. Hoc argumentum petit explicemus, quænam sit ista relatio, per quam formalissime constituitur activa productio.

Pro quo sciendum est, in Paternitate v° reperiri triplicem conceptum propriissimum Patris: alter est virtutis productivæ filiationis. Alter est actualis productionis activæ. Tertius v° prædicamentalis relationis, qua Pater ut actualiter filium producens, refertur prædicamentaliter ad illum. Dico prædicamentaliter. Nam alii duo conceptus transcendentaliter relativi

sunt. Praedicti vero conceptus habent eundem ordinem inter se, quo propositi sunt, nam prius est Patrem posse producere filium. Post vero aeternaliter producere; ac denique ad illum ut productum referri. Tam ergo activa productio Patris vero a filii [illegible] in ea relatione intermedia. Unde patet argumentum nullam habere vim, quia relatio per quam constituimus activam productionem non supponit illam.

Circa productionem activam Patris, et filii vero a Spiritus Sancti, proportione servata philosophandum est. Nam in Patre, et filio datur quaedam relatio, quae vocatur spiratoris, in qua triplex etiam conceptus distinguibilis est. Alter qui sit virtus productiva spirationis passivae. Alius, qui sit actualis, et formalis eius productio. Alius vero, qui sit formamentalis relatio, qua Pater, et filius referantur ad Spiritum Sanctum ut terminum suae productionis. Activa ergo productio Patris, et filii vero a Spiritus Sancti consistit in eo 2o conceptu.

Hoc idem suo modo servetur pro productionibus passivis, quae correspondent activis. Nam in filiatione quoque datur triplex conceptus propriissimus filii. Unus, quo potest a solo Patre produci. Alius, quo producitur actualiter. Alius, quo refertur formamentaliter ad Patrem, ut ad unicum sui principium. Etiam in spiratione passiva totidem conceptus reperiuntur. Consistit ergo formalissime passiva productio in eo conceptu intermedio, qui non est aliud, quam actualis dependentia, sive formalis productio se tenens ex parte ipsius termini producti.

Objicies 2o: quaelibet productio divina vitalis est: ergo claudere debet aliquid vitale: sed non est praeter intellectionem, et volitionem; ergo claudit intellectionem, et volitionem; ita ut activa productio Patris componatur ex intellectione, et relatione propria Patris. Activa vero productio filii completur ex amore, et ex relatione spiratoris,

quę eois ē Patri, et filio.

Resp. negō ans: nam aliud ē loqui de processionibus, et aliud de productionibus divinis: processiones vitales sunt, quia creationem praeter eorum vitalium includunt, at productiones non sunt vitales. Et si productiones includantur in processionibus vitalibus, ad hoc non infertur ēē vitales, quia non omne quod includitur in re vitali, debet ēē vitale.

Obiicies 3º: Verbum divinum procedit per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem; ergo processio Verbi ē intellectio, et Spiritus Sancti processio ē volitio, connotans aliquam relationem. Probatur conseq., nam ab intellectu nihil potest formaliter, et immanenter procedere, nisi intellectio, neque a voluntate, nisi volitio.

Respondent aliqui, processionem Verbi non alia ratione ēē per intellectum, et Spiritus Sancti processionem per voluntatem, nisi quatenus illa fit per relationem pertinentem ad intellectum, et hęc per relationem pertinentem ad voluntatem: nam Paternitas ad intellectum, et activa spiratio, seu relatio Spiratoris ad voluntatem spectat. Infra discutiam hanc doctrinam. Interim quod facilius Resp. processiones, ut productiones non ad intellectum vel ad voluntatem pertinere, sed ad relativum duntaxat personę producentis. Unde potius infertur, activam productionem ēē per se se quid relativum, et neque partialiter intellectionem, aut volitionem: etenim, ut supra diximus productiva virtus et et actualis productio praecisse stat in relativis.

Libet autem Dominos instituentes hoc argumentum, praeter dicta sic ulterius arguere. Nam sicut ipsi dicunt, activam productionem Verbi consistere in intellectione connotante paternitatem, ita possent affirmare, quod consisteret in relatione connotante intellectionem. Probatur, nam activa productio Filii petit essaliter duo. Tum

ēē p intrum. Dum ēē notionalem, et propriam Patris. Sicut q notionalis dicitr ab ipsis ex notione, sive paternitate, quam affert in obliquo, cur n̄ erit sufficientr p intrum ex intellectione, quam afferat in obliquo? quod si n̄ esset sufficientr p intrum ex intellectione, quam afferret in obliquo, neq modo sufficientr notionalis erit ex notione, quam dicit in obliquo.

Præterea si tota, et adæquata ratio producendi filium ē intellectio, ubicunq sit intellectio dabitr productio filii. Quare dabitr in Spiritu S. filii productio. Neque valet dicere. Quod ibi n̄ habet Paternitatem, quæ requisitum ē ad producendum filium. Contra n̄ ē; q Et causa possit assignari suspendi ab effectu, de effectu conditionis, attamen vao formalis producendi, sive formalis actualis, et essalis productio nequit ā productione cohiberi defectu conditionis, l requisiti, q sicut suspendi nequit ā sua essentia, sic nec ab effectus productione, cuius ē essalis productio, neq disiungi potest cum defectu requisiti, vi cuius ā productione suspendatur. q cum intellectio sit essalitr adæquata productio Verbi, necessarium ē, ut in qualibet persona sit productio Verbi, sicut in qualibet ē vitalis obi repræsentatio.

Cæteræ obiectiones. Caput 4.

Restant obiectiones aliæ breviter diluendæ. 1a sit: n̄ potest dari Verbum, cuius productio n̄ sit formalitr, et essalitr locutio; sed 2a persona Verbum ē: q eius productio formalitr, et essalitr ē locutio. sed Locutio (loquimur de mentali) nario ostituitr ex intellectione, quoniam ē formalis attentio personæ loquentis: q productio 2æ personæ dicit intellectionem.

Resp. neg. maiorem

q. Et Verbum exigat, ut sibi concetr ex vi fralis sue processionis intellectio, seu mentalis locutio, non tn petit, ut eius productio sit cognitio. Nec video, cur activa productio, et non passiva debeat constitui per intellectionem, sed passiva non constituitr, ut ipsi fatentr: q. neque activa.

Secunda obiectio: ablata precisse intellectione, et volitione, non maneret activa productio Verbi, vel Spiritus S. q. altera productio constituitr per intellectionem, et alia per volitionem. Rnetr, quod ablatis etiam relaonibus non maneret ea productio, q. non maneret personarum distinctio, sine qua stare nequit earum inter se productio. Nam q. si supponatr, ut argutum intendere videtr, quod precisse deficiat intellectio, et volitio, cetera q. perseverent, assero, quod perseveraret activa productio Verbi, et Spiritus S., sit tu fateris, quod persisteret passiva utriusque productio, quandoquidem passivam productionem non constituis ex intellectione, seu volitione. Cum q. relaones persisterent, utraque productio perseveraret, tam activa, quam passiva.

Sed nota, quod in eo casu non traheretr activa productio Patris ad filium, seu Verbum, sed ad illam precisse relaonem, que producitr in Verbo. Ratio e, q. Verbum, ut tale constituitr ex intellectione, que tunc non daretr, ut supponimus: similitr activa productio Patris, et filii non esset ad Spiritum S., sed ad passivam spirationem, que sola producitr ex parte huius persone, q. tunc non daretr Spiritus S., aut Verbum, eo quod ablata prima, per que constituuntr, deficerent, quamvis totum, quod fralitr e productum, perseveraret.

Tertia obiectio desumitr ex S. Augustino 5 de trinitate cap. 10 dicente nihil aliud ee dicere, quam cogitare, et intelligere: sed dicere e formalissime producere Verbum: q. non relatio, sed intellectio, vel cogitatio e productio Verbi. Rnetr ad Augustinum afferi non posse, q. id e ad ee intelligere, vel cogitare sit dicere. Quandoquidem in Spiritu S.

reperitr essale intelligere, et cogitare, neq tn Spiritus S. dicit. Et dicere, l producere Verbum e intelligere notionale Patris, quatus p intellectionem, et notionem, seu relaonem propriam illius producit actualitr Verbum, et ei coicat intellectionem essalem, ut mox dicemus.

Ultima obiectio: ex eo q dixim, intellectionem n ee productionem, q iam in Spiritu S. daretr productio Verbi; sed haec illatio nullum ctinet absurdum: q ttā. Probatr minor; q n inde sequeretr, Spiritum S producere Verbum: etenim optime stat, actionem, quā causa producit effum, in aliquo subto locari, quin tn denominet illud producens, eo quod n sit ratio fralis, quā subtum producat effum, sed quā causa producat.

Rtr in ea ratione duo ctra Adversarios extorqueri absurda: 1um: quod activa productio Verbi sit in Spiritu S. Quae propositio, ut idcet, a nemine cceditr. Illatio patet, nam adaequata productio Xa hos Doctores e essalis intellectio: datr in Spiritu S. essalis intellectio: q datr adaequata productio. 2um absurdum ad hominem infertr, nam ipsi dicunt, prium, quo productivum et actualem productionem Verbi ee intellectionem essalem: at in Spiritu S. saltem materialitr accepto datr hoc prium productivum, et actualis productio: q Spiritus S absolute denoatr producens Verbum. Patet, nam illud suppositum denoatr absolute producens terium, in quo datr virtus productiva, necn et actualis eius productio; sed hanc raonem latius infra persequor.

Qd sit processio, quā coicatio. Cap. 5.

Alia e activa, et alia passiva coicatio. Activa csistit in ipsomet prcto, qd coicatr, quatus e potens coicari tro producto. Vg intellectio, quā coicabilis e filiationi, et amor spirationi passivae.

Ratio e, quia sicut activa productio se tenet ex parte principii formaliter producentis, ita communicatio activa ex parte principii, quo formaliter communicatur. Unde cum absoluta sit ea perfectio, quae communicatur, sequitur, quod activa communicatio praecisse consistat in absoluto, quando quidem perfectionem absolutam posse quantum est in se communicari, non est quid relativum, sed absolutum.

Communicatio passiva, quae nomen communicationis absolutae meretur, est identitas illa, qua, cum absoluta perfectio realiter identificatur, et actualiter per identitatem communicatur perfectioni relativae. Nam sicut in composito physico forma per unionem realiter distincta communicari dicitur subiecto, sic in composito methaphysico, quale est quod in persona divina resultat ex absoluto, et relativo, dicitur absolutum relativo communicari per identitatem. Et sicut unio in composito physico dicitur communicatio, sic identitas in methaphisico vocatur communicatio, nam est ratio formalis, per quam pratum absolutum actualiter communicatur tro producto. Sed advertas, unionem vocari phisicam communicationem, quia constituit compositum phisicum identitatem vero methaphisicam, eo quod methaphisicum compositum ex illa resultet.

Sed rogas quid sit haec identitas perfectionis absolutae cum relativa? num aliquid absolutum, vel aliquid potius relativum? aliqui Iuniores inter quos movetur haec dubitatio respondent, eam identitatem esse duntaxat quid absolutum. Mihi penitus contra solum esse quid relativum. Sed cum non minus identificetur realiter absolutum cum relativo quam relativum cum absoluto, nescio, cur haec identitas potius debeat esse quid absolutum, quam relativum, vel e contra quid relativum potius quam absolutum.

Apertissima haec incognita fortassis impullit non nullos RR, ut inter eas perfectiones adstruerent duplicem adequatam formam identatis, alteram absolutam se tenentem ex parte perfectionis absolutae, alteram vero relativam ex parte perfectionis notionalis, et relativae: nam intellectionem absolutam dicunt esse per se ipsam formam sufficientem identificandi se cum filiatione,

et filiationem cum seipsa. Filiationem etiam dicunt esse ratione sui formam sufficientem identificandi se cum intellectione, et intellectionem se cum ipsa. Quapropter inter filiationem et intellectionem adstruunt duplicem identitatem realem, ita sufficientem ad extrema identificanda, ut si deficeret una, per alterius maneerent adhuc identificata. Et declarant potentes doctrina Patris Hurtado docentis in Philosophia duas uniones in composito substantiali reperiri taliter quod unaquaeque sufficiat ad extrema invicem unienda.

Sed hic discursus mihi non placet. Primo quia sine fundamento ponitur haec duplex identitas, cum una sufficiat. Sicut ob eandem rationem omissis aliis reiici solet a P. Hurtado. Secundo; nam inter absoluta praedicata Dei, quin et inter praedicata creata quae realiter identificantur, esset etiam admittenda duplex identitas realis. quod nullus concedet. Tertio nam hoc extremum identificari cum alio, non consistit in hoc praecisse; sed in hoc et alio, quod non intelligimus hoc identificari cum illo, usque dum intelligamus illud habere hoc, et non alia praedicata realia, quae in hoc reperiuntur, ut in Methaphysica docui.

Neque valet, si dicas. Hoc extremum seipso identificatur cum illo; et illud seipso identificatur cum isto: ergo datur duplex identitas: nam hoc ad summum probat duplicem identitatem partialem, quia hoc extremum, non seipso praecisse identificatur cum illo, sed seipso simul cum illo, taliter quod ex utroque resultet unica sufficiens identitas. Et sane dicere est impossibile, quod eo invariato hoc mutetur essentialiter illud. Nam hoc est illud: ergo hoc ex se praecisse non est sufficienter illud. Praeterquam quod haec ratio probaret duas adaequatas identitates in praedicatis absolutis, et inter formalitates creatas.

Neque dicas ulterius, distinctionem, qua Petrus realiter distinguitur a Paulo, consistere sufficienter in Petro,

et sufficienter in Paulo. Quare ponendum est adaequatam, et sufficientem distinctionem denotari Petrus realiter distinctus a Paulo, alteram ex parte Petri, et aliam ex parte Pauli, quae sibi dicitur in identitate reali.

Petri distinctionem realem non consistere in Petro, nec in Paulo simul, aut divisive, nec in aliqua entitate positiva, sed in physica negatione identitatis, ut in Methaphysica probavi. Quod si consisteret in positivo, non esset solum in Petro, sed ulterius etiam in Paulo; quia Petrum non esse Paulum, non est praecise Petrum esse Petrum, sed Paulum ulterius non esse Petrum. Finge quod in variato Petro, mutetur essentialiter Paulus, ita ut denudetur illa haecceitate, quam modo habet, induat que haecceitatem Petri. Certe Petrus a Paulo non distinguetur; et tamen Petrus manet essentialiter invariatus, quia licet denovo fiat Paulus, non tamen ille Paulus, qui modo est, sed qui tunc esset Petrus. Unde solum in Paulo, non in Petro contingeret variatio: quia Petrus ratione sui praecise non est realiter distinctus a Paulo. Mitto hic plura.

Nam quia ex dictis constat, identitatem realem perfectissimis absolutam cum relativa, partim absoluta, et partim relativam esse, quae consistit in ipsismet extremis realiter identificatis, quorum unum est absolutum, et aliud relativum, seu notionale. Quare passiva communicatio, quam in hac identitate reali consistere diximus, partim est absoluta, partim que notionalis, et relativa. Neque propterea sequitur, ut sicut haec identitas denotat utrumque praedicatum identificatum, denotet etiam communicatum. Quia communicatio non est identitas, ut cumque, sed identitas praedicati, quod supponitur ante existens in persona producente, et ex illa transferri ad productam. Quod non convenit relationibus; sed praedicatis absolutis.

Ex dictis infertur 1.° passivam communicationem ab activa distingui distinctione includentis ab incluso; nam passiva consistit in absoluto, et relativo, activa vero solum in absoluto. Infertur 2.° discrimen, quod

in tractivam coicationem, et productionem activam: etenim activa productio sic ē in prio producente, quod n sit in tro producto; at activa coicatio sic ē in prio coicante, ut etiam sit in tro, cui coicatr, q cum sit prattum ablutum, existit simul in persona, que coicat illud, et in persona, cui coicatr.

An in persona producente detr phica potia v'u productis? Q° 8. Retraffirative. Caput Im.

Egimus hucusq de vaone ffali, p quam una persona producit in divinis aliam. Restat ulterius extrema discutere, cca que versatr hec productio, que sane ss virtus productiva, se tenens ex parte persone producentis, et trus q quem exercetr ea virtus. quod p superstites huius tractus questiones prestabimus.

At I° rogatr, an ex parte persone producentis aliam detr phica potia v'u producti? Negat Aureolus. Qd q d cum aliqui benigne conentr interpretari. In I° dist. 7. questione I° articulo I°, qui indicat potiam generativam Patris, et spirativam Patris, et filii, n ee phicam, sed tantum logicam, que sistit in n repugna trorum. Ad eum modum, q'uo dicere solemus, Deum habere potiam, ut existat, et ut sit Deus. Affirmant v° ceteri DD, quorum sentiam approbo, et probo.

I°. nam. qd q d realitr producit habet phicam potiam ad producendum; Pater realitr producit filium, et Pater, ac filius producunt realiter Spiritum S.: q datr in Patre phica potia v'u filii, et in Patre, ac filio v'u Spiritus S. Cca patet, minor e certa.

Maior ostenditur, nam ab actu realiter producto valet ad physicam potentiam. Unde bene deducimus habere Deum physicam potentiam quoad Creaturas, quia producit actualiter illas, et inter ipsas Creaturas agnoscimus aliquas cum potentia physica in alias, eo quod actualiter illas producant. Quod si semel libet, unam ex divinis personis aliam producere est physica potentia, ignoro sane, unde colligatur habere Deum potentiam physicam ad Creaturas, et unam Creaturam in aliam.

Secundo, nam in persona producente respectu producti datur virtus productiva; sed haec virtus est physica potentia: datur ergo physica potentia. Consequentia patet. Maior negari nequit, quia sine virtute productiva non potest dari principium, sive persona producens. Minor probatur; nam ideo talis virtus non esset physica potentia, quia non distingueretur a persona producente; sed distinguitur, quantum satis est, ut habeat rationem physicae potentiae: ergo est physica potentia. Maior est adversariorum fundum. Minor probatur quia licet non distinguatur realiter, tamen ratione distinguitur, cum in relatione consistat, quae sine dubio distinguitur a tota persona, vel supposito producente. Quod autem haec rationis distinctio sufficiat, patet in Omnipotentia, quae non realiter, sed ratione distinguitur a Deo, cum tamen habeat vim, et conceptum physicae potentiae respectu Creaturarum.

Dices: eam quae potentiae non distinguuntur realiter ab anima, sicut et potentiae, non erunt physicae, sed methaphysicae potentiae: quia ad physicam potentiam requiritur distinctio realis a supposito, cuius est potentia. Respondetur eiusmodi potentias esse physicas, et methaphysicas: physicas in ordine ad actus, a quibus realiter distinguuntur, et quos realiter causant; methaphysicas autem in ordine ad animam, a qua solum ratione distinguuntur. Et hoc idem in Omnipotentia contingit. Unde similiter in nostro casu dicendum erit, virtutem productivam, qua persona divina generat, vel spirat, esse physicam potentiam in ordine ad terminum realiter productum, et realiter distinctum, methaphysicam autem in ordine ad personam, cui inest.

Demum advertas, hanc litem ee de puro nomine, quid velit intelligendum sit nomine phicę potię, nam de re nullus Catholicus negare potest. Patrem ee princum filii, quin, et totius trinitatis, ut loquuntur Sancti Patres. Item in Patre reperiri virtutem productricem, et actu producentem realiter, et phicé trum realiter distum. An autem hoc praecisé, vel aliquid ultra significetur p voces illas phica potia, quaestio de voce. Nos ex acceptione communi censemus tantum significari virtutem positivam realiter productivam tri distincti.

Obiectionibus Retr. Cap. 2m.

Obiicies 1o: quod filius nequeat generare, n e impotia realis, et phisica, sed impossibilitas, et repugnantiarum. q quod Pater generare queat, n e potia realis, et phisica, sed tantum Logica, consistens in possibilitate, seu n repugnantiarum.

Retr

duplicitr stare, quod filius generare nequeat. 1o formaliter, et sic afferunt exclusionem potię realis, et phisicę, quia 2a dictoriae opponatur tali potię. Quare potius infertur, quod si hec impotentia n e aliqd phicum, et reale, potias ee id aliqd phicum, et reale. Nam ex duobus 2a dictoriis quando unum e negativum, debet alterum ee positivum. 2o radicaliter, et sic stat pro entitate positiva, s qua fundatur ea negatio, vel exclusio. Hinc, ut filius p aliqd positivum dicatur n posse radicaliter generare, p aliqd vo negativum dicatur n posse formaliter.

Obiicies 2o: quamvis filius realiter producatur á Patre, n habet phicam, et realem potiam passivam, ut producatur: q licet Pater filium realiter producat, n habebit ex parte sua phicam potiam

activam, ut producat: non n. est maior ratio, cur ex parte principii requiratur ad producendum activa potentia physica, quam ex parte termini, ut producatur, physica potentia passiva. Idem argumentum conficitur in Patre, et filio respectu Spiritus S.

Respondetur potentiam passivam physicam, et realem dupliciter stare. Primo pro illa, quae receptiva est formarum. 2o pro illa, quae solum est terminativa productionis actualis, et virtutis productivae. Prima contra a Deo relegatur ob imperfectionem, quam affert, neque requiritur, ut terminus producatur, nam si daremus entitatem creatam, quae forte possibilis est, impotentem aliquid recipere, posset adhuc, imo deberet a Deo produci. 2a vero potentia requiritur, ut terminus producatur, eamque libenter damus in personis divinis productis, nam quaelibet per suam entitatem positivam est potens terminare, de facto que terminat activam productionem.

Obiicies 3o: eadem est potentia, qua Pater potest esse Pater, et qua potest filium generare, sed potentia, qua potest esse Pater non est realis, et physica; sed tantum logica: ergo potentia qua potest generare filium non est realis, et physica, sed tantum logica. Consequentia patet, maior videtur certa, minor probatur quia Pater nequit esse Pater vi alicuius physicae potentiae, cum impossibilis sit quaevis physica potentia, quae terminetur ad illum. Pater n. est improducibilis.

Respondetur hoc argumentum esse fallax, ut in simili patet. Eadem est potentia, qua Deus potest esse Deus, et qua potest Creaturas producere; sed potentia, qua potest esse Deus, non est realis, et physica, sed tantum logica: ergo potentia, qua potest Creaturas producere, non est realis, et physica, sed tantum logica. Quod certe nullus admittet. Minor probatur, quia Deus nequit esse Deus vi alicuius physicae potentiae, cum impossibilis sit, quaevis physica potentia, quae terminetur ad Deum: est n. Deus realiter improducibilis sicut Pater.

Nunc in forma Retr, omissa mai, distᵒ minorem: potia, qua Pater potest ee Pater n̄ e realis, et phisica v u Patris; Ccedo morem. Et hoc tantum Evincit eius probatio, n̄ e realis, et phisica v u filii, neq morem, et similiter eam, sicut potia, qua Deus potest Creaturas producere, n̄ e realis, et phisica v u Dei, q n̄ tendit ad producendum realitr Deum; at e realis, et phisica v u Creaturarum, q tendit ad illas realitr producendas.

Eadem Ǝ ipsissima potia, quae dat Patri ee Patrem, dat filio ee filium; diversimode tn, q Patri fralitr, essalitr, et absq distone reali dat ee Patrem, at filio dat quasi effective, q producit realitr illum, et ab eo realitr distinguitr. Unde fit, talem potiam ee phisicam v u filii, n̄ v u Patris. Hoc idem cernitr in potia divina creaturarum productiva, quae fralitr Deo Ɔfert ee Deum potentem producere Creaturas, effective tn dat Creaturis, q ut producantr a Deo, propterea q talis potia vocatr phisica v u Creaturarum, n̄ v u Dei.

Sed adverte, quod ex parte Patris n̄ solum datr potia phisica; sed etiam Logica v u filii. Patet, q potia Logica consistit in eo q nullum datr impedimentum ad producendum; sed ex parte Patris nullum datr impedimentum ad producendum filium: q ex parte Patris datr Logica potia v u filii, producitr. Idem observes in Patre, et filio v u Spiritus S. quem producunt. Sicut n ibi urget idem argumtum, ita etiam applicari debet eadem solutio. Negabat Aureolus phisicam potiam, et Logicam solum admittebat, nos Logicam quidem admittimus; sed phisicam ulterius damus.

Praeterea notis, Patrem in ratione Patris actualitr generantis, et producentis filium, dicitur Ɔ generaonem, seu productionem activam realitr secum identicam.

de qua in quaestione 6. huius tractatus diximus. Nam quod a nobis dicitur Patrem posse esse Patrem vi alicuius physicae potentiae, non intelligendum est, quod ea physica potentia sit in ordine ad generationem, seu productionem activam, sed in ordine solum ad terminum, et ad passivam eius processionem, nam ut infra dicetur, in Patre non est potentia, quae realiter, et physice producat generationem activam.

Aliorum argumenta. Quaest. 8m.

Nonnulli recentiores parum, aut nihil fidentes rationibus dictis, et solutionibus quae contra in favorem Aureoli solent afferri, cogitarunt alium modum, quo sententiam illius defensarent. Ad eum autem clarius proveniendum supponamus id, quod ab eis supponitur, et mihi verissimum est, videlicet potentiam generativam Patris consistere in sola eius relatione, nec non identificare secum realiter activam generationem seu productionem et eam, quae similiter consistit in solo relativo. Idem de potentia spirativa. Consistit enim in illa sola relatione spiratoris, quae communis est Patri et Filio, secumque realiter identificat spirationem activam, quae sita est etiam in ea relatione. Loquor autem hic de potentia generativa, et spirativa, quatenus praecisse productiva, non autem quatenus communicativa, quia respectus iste non est ad rem, quam controvertimus in praesenti.

Nam quod ex eo quod activa productio Patris quamvis realiter identificetur cum virtute productiva, conantur hi convertere, quod ea virtus non sit physica potentia; non solum respectu productionis activae, ut infra dicetur, et modo supponitur, sed etiam respectu termini producti. In hunc quod finem sic obiiciunt. Intelligi nequit, aliquam virtutem esse physicam potentiam respectu termini producti, quin talis sit respectu productionis; at virtus, qua Pater Filium producit, non est physica potentia respectu productionis: ergo neque respectu filiationis, quae terminus productus est. Minor probatur,

nam ea

nam ea virtus realitr idatr cum productione: q̃ nequit ẽẽ phica potia v'u productionis; ad hoc n̄ opus erat, ut realitr distingueretr à productione, s̄t à filiatione distinguitr. 91

Hec tn doctrina falso nititr fundamento, quod que gratis assumitr, nam s̄t optimé stat, trum illius virtutis ẽẽ realitr distum, et realitr productum, q n̄ activa productio sit realitr dista, l. realitr producta, sic optime stat, q ea virtus sit potia phica v'u tri, n̄ v'u productionis. Maxime cum potia phica nequeat ẽẽ realis, nisi p ordinem ad trum realitr distum, et quem realitr producere posit. Et eo ipso talis sit, quod respiciat trum realitr distum, et realitr productum, aut producibilem. Et quidem si dareti entitas creata, quam volem indico, p se ipsam producens, esset phica potia v'u effus, licet n̄ v'u productionis: q̃ n̄ implicat potia phica v'u tri producti, quis n̄ sit v'u productionis. Ad de, q licet potia generativa, l. spirativa n̄ sit phica v'u processionis activis, talis ẽ v'u passive. sicut infra dicetr.

Sed instant 1°: actio creata, licet realitr distinguatr à tro, et sit illo natura prior, trus q̃ realitr, et phisicé pendeat ab illa à priori, n̄ ẽ adhuc phica potia tri, n̄ alia de causa, nisi q ẽ actus 2us producendi trum: q cum Paternitas sit actus 2us producendi filiationem, n̄ erit potia phica v'u illius, quis realitr distinguatr, et origine sit prior filiatione, pendeat q̃ realitr, et phisica filiatio à Paternitate à priori.

Retr neg ans; nam ratio legitima ẽ, q talis actio n̄ ẽ virtus productiva tri; sed solum ratio formalis p quam virtus realitr dista, prorumpit in actum; at Paternitas istam q̃ habet, sit haberet ea causa creata, quam volem indico, producens se ipsam, quis sane

simul esset actus ... producendi, physica quam potentia ... producti. Patet hoc etiam in materia ..., quae licet de facto per unionem realiter distinctam copuletur formae corporeae, tamen alia per possibile, quae per se ipsam uniretur, simul quae sit potentia physica recipiendi formam, et actus ..., vel actualis receptio. Similiter quae stare poterit quod aliquid sit actus ... efficiendi, simul quae potentia physica ... effecti. Denique probat hoc argumentum rem absurdissimam, scilicet Patrem non esse principium Filii, vel non habere virtutem ad illum producendum. Illatio patet, nam in creatis etiam actio non est principium, seu virtus effectiva, sed ratio formalis, qua principium et virtus operantur.

Instant 2o: quamvis unio tendatur ad extrema realiter distincta, non est potentia physica ad uniendum, eo quod sit actualis ratio uniendi: ergo licet Paternitas tendatur ad filiationem distinctam producendam, non erit potentia physica productiva illius, eo quod sit actualis ratio producendi. Respondetur ideo unionem non esse physicam potentiam ad uniendum, quia unire non distinguitur realiter ab unione, cum unio per se ipsam uniat: at filiatio realiter distinguitur a Paternitate. Potest ergo Paternitas esse potentia physica filiationis.

Instant 3o: Paternitas, ut est productio filiationis aequiparatur in omnibus cum actione creata, praeterquam in eo quod actio creata habet sui principium, non autem habet activa productio; sed si actio creata non haberet sui principium, non esset potentia physica, sed praecisse ratio formalis producendi: ergo Paternitas non est potentia physica, sed praecisse ratio formalis producendi Filium.

Ante solutionem adverto, ... potest obiectio fieri de actione creata realiter distincta, vel identificata realiter cum principio, nam utraque possibilis, hoc autem est inter utramque discrimen, quod realiter distincta ... nequit sine principio sui, quoniam essentialiter est ratio formalis, per quam ipsa, necnon

et illius trus producitr ab eodem prio realitr disto. Quare quod realiter idabr cum prio, non habet, nec habere potest idem prium cum tro, quia non distinguitur a prio, sicut trus. Unde prium illud non erit tale rnu actionis, sed tri.

Nunc ad argutum Retr, omissa mari, negando morem, quia bene stat, actionem creatam non habere idem prium, ac habet trus, et ad hunc ee potiam phicam rnu tri. Quod event nivet in eo casu, quo prium operaretr per se ipsum; esset non actio sui prio sui, cum tn esset ratio fralis, et potia phisica rnu tri producti. Quod si loquatr Arriciens de actione creata, realiter a prio dista, supponat quod perreverare sui principio, quod e prorsus impole. Fateor, quod illa tunc esset praecisse ratio fratis producendi, non virtus productiva, quia per se ipsam non habet ee virtutem, sed ronem fralem; at Paternitas utrunque habet, quia simul e productiva virtus, et ratio fralis producendi.

Caeteris instantiis fit satis. Cap. 4.

Duplex adhuc restat instantia. Pa sit: nam S. Thomas, et cum eo caeteri theologi, purum actum in omni linea praeferunt potentialitati: quae omnia indicant, potentialitatem in quavis linea dicere imperfectionem, et consequenter a Deo relegandam: ergo etiam in linea producendi concedendus a Deo purus actus productionis, et excludenda quaelibet phica potia in ordine ad producendum.

Retr, divinas perfectiones ee in duplici differentia; nam aliquae realiter producuntur, aliquae vero sunt realiter, et phisice improducibiles. Circa realiter productas, qualis e filiatio, et spiratio passiva, necessum e adstruere phicam potiam, quia nequit intelligi, rem phisice produci sine potia phicam realiter producente. Circa realiter improductas, et improducibiles admitti nequit phica potia, quia haec semper

e ad trum productum, aut producibilem. In divinis autem eo ipso, quod aliqua perfectio sit improducta, e improducibilis. Nam qd S. Thomas, et cum eo theologi, quando negant in Deo potentia[m] litatem, sive potiam, loquuntur de illa, quae erit in ordine ad perfectionem improductam, et improducibilem, n autem ad producibilem, et quae de facto producitr. Imo theologi coitr, eiusmodi potentiam admittunt.

2a instantia: si detr in Deo physica potia productiva, necessum e, ut illa distinguatr saltem virtualiter intrum ab actu 2o producendi, sive a productione activa; hoc implicat; ergo n e admittenda talis potia. Maior videtr certa, nam potia ex genere suo excludit formalitr actum. Unde necessum e, ut saltem virtualiter intrum cum fundamento distinguatr ab actu. Minor probatr, quia iam trus productus penderet ab ea productione, productioque penderet ab illa potia: cum n alia de causa trus productus pendeat a potia, nisi qr pendet immate a productione, et productio a potia; sed activa productio, ut pote quae n distinguitr realitr, neque realitr producitr a potia, n pendet ab illa realitr, et physice: ergo etc. Confirmatr: si actio producens calorem, n esset ab igne, calor ex vi talis actionis n penderet ab igne; sed activa productio n e a potia, qr n producitr realitr ab illa: ergo trus productus n e a potia, nec ab illa physice pendet ex vi talis productionis. Rnt aliqui Rhs neg duas formalitates in Paternitate, et in Spiratione activa, quarum una sit potia physice productiva, et alia sit actualis productio activa; nam conceptus generices potis, inquiunt, n dicit ex se claudere, vel excludere formalitr actum 2um. In creatis quidem excludit, n autem in divinis. Ratio discriminis e, nam potia productiva dicere debet in Deo qd qd ad eius lineam pertinet, ut sic evadat infinite perfecta in sua linea.

Cum ergo ad eam lineam maxime pertineat actualis productio, sit, quod potentia formalissime claudere debeat productionem. Hec autem ratio non militat in creatis, ut patet. 93

Hanc tamen doctrinam mihi non placet: Primo nam falso dicitur, deceptum potentiam generiacum non excludit formaliter actum. Cum ex ipsis terminis, evidens appareat, minus explicari per vocem istam potentia, quam per has potentia actualiter producens. Secundo, nam diversa linea est posse producere et actualiter producere. Sicut posse amare, et actualiter amare. Nam posse amare constituitur per cognitionem, et actualiter amare per amorem; at in Deo cognitio, non dicit amorem: ergo neque potentia productiva actualem productionem. Tertio, nam si potentia productiva non dicit ex genere suo productionem actualem, ut fateris, neque dicet, qua divina. Probo, nam qua divina solum addere debet aliquid, quod discriminet a non divina; sed ex eo, quod requirat identificationem cum essentia divina, sufficienter discriminatur a qualibet potentia non divina: ergo non opus est, ut qua divina claudat formaliter actum.

Melius ergo Reter, eas formalitates admittendo, quae negari, me iudice, nequeunt. Ulterius etiam admitto, quod activa productio non pendeat effective a potentia, quae realiter, et explicite non producitur ab illa; neque tamen, quod terminus non pendeat, cum re ipsa producatur: etenim, quando productio realiter identificatur cum potentia, terminus immediate pendet a potentia, non mediante productione, quae tunc non dependet. Ut patet in creatis, quo entitas creata per se ipsam produceret effectum, qui sane tunc non penderet a sua causa per actionem dentem.

Ad confirmationem similiter dico, quod si caloris actio non esset ab igne, quae cum isto realiter identaretur, tunc non penderet calor ab igne vi productionis dentis absolute tamen penderet

eo, quod producerentur: hoc [illegible] discrimen inter actionem idealem cum principio, et eam, quae realiter mediat inter principium et terminum, quod illa non pendeat, haec autem sit dependens.

An in persona producente detur physica potentia respectu productionis? et quomodo difficultas deciditur. Caput Im.

Constat ex quaestione superiori, quod in persona producente detur physica virtus, et potentia respectu termini producti, qualis est filiatio et Spiratio passiva. Nunc ulterius indagandum, an in eadem persona producente, detur etiam physica potentia respectu processionis, quatenus [illegible] a suo principio. Notanda hic est in memoriam communis divisio processionis in activam, et passivam, de qua [illegible], nam de qualibet diversimode sentiendum est.

Dico quod 1o. datur in persona producente physica potentia respectu processionis passivae. Sic [illegible] contra Doctorem Aureolum supra citatum, qui sicut in persona producente negavit physicam potentiam ad terminum productum, et solam potentiam logicam admisit, ita modo negat, et sane contra physicam potentiam respectu processionis passivae, solamque potentiam logicam, seu non repugnantiam admittit.

Probatur ratione nostra: processio passiva non est aliud, quam relatio personae productae, quatenus est ratio [illegible], qua producitur: in persona producente datur physica potentia respectu relationis productae: datur ergo similiter physica potentia respectu processionis passivae. Consequentia patet, minor ex praecedenti quaestione constat. Maior autem ex quaestione 6 huius tractatus. Confirmatur, quod quod est in

relatione producta, est tunc physica potentia processio passiva in relatione producta: ergo tunc est physica potentia. Confirmatur praeterea, si calor per se ipsum procederet ab igne, non solum calor, sed etiam actio relata calori, tunc esset physica potentia residentis in igne. Similiter ergo in nostro casu.

Ex hac solutione deducitur, non solum dari physicam potentiam in persona producente ad processionis passivae, quae est productio, sed etiam quae partialiter est communicatio. Ratio, nam quod quidem est circa relationem productam, est tunc potentia physica residentis in persona producente; sed circa relationem productam est processio, quae productio, et quae communicatio partialiter. Ergo etc. Minor constat ex q. 7 huius tractatus, ubi diximus, processionem quae productio passiva est adaequate consistere in ipsa relatione producta, quae vero est communicatio passiva, consistere partialiter in identitate relationis productae cum absoluto praedicato, quod communicatur. Ubi hanc identitatem diximus esse relativam.

Dico 2º: non datur in persona producente ad processionis, seu productionis activae physica potentia. Defenditur a multis theologis et Tannero d. 4 de Trinitate q. 2ª dubio 5 num. 7, et aliis penes illum citatos. Probatur, quia physica potentia non est aliud quam virtus productiva tamen realiter distincta; sed in Patre v.g. nullum est assignabile praedicatum distinctum, quod sit virtus productiva generationis activae: ergo non est assignabilis in Patre physica potentia ad productionis activae. Maior, et consequentia constant. Minor dupliciter probatur. 1º quia nullum est praedicatum in Patre, quod realiter distinguatur a Paternitate, in qua diximus loco citato consistere generationem, seu productionem activam. 2º quia nihil est in Patre, quod actu producatur, seu producibile erit: ergo ratione generationis activae residentis in Patre nulla datur virtus productiva.

Contra; si daretur causa

creata per se ipsam efficiens calorem, illa non esset physica potentia actionis, sed rationis caloris, quia calorem efficeret, et a calore distingueretur, at actionem non efficeret, nec ab ea realiter distingueretur. Quia cum Paternitas per se ipsam producat active filiationem, non erit physica potentia rationis productionis activae, licet sit rationis filiationis, eo quod filiationem producat, et non activam generationem, a filiatione distinguatur, et non ab activa generatione.

Haec dicta sint de processione activa, et passiva seorsim acceptis. Quod si loquamur de processione complete, et adaequate sumpta, quatenus ut includit activam, et passivam, non renuerem affirmare, quod ratione illius detur in persona producente physica potentia. Ratio est, nam ad eam denominationem sufficit, ut ratione unius partis detur. Sic namque absolute, vereque dicimus, in persona producente dari physicam potentiam rationis producti, quamvis ea potentia non sit in ordine ad utramque partem personae producti, sed tantum ad relativam.

Contra doctrinam autem in praesenti capite statutam nihil momenti afferri video, quod in praecedenti quaestione sufficienter non maneat solutum.

Dubium expeditur. Caput 2m.

Illud est, an in persona producente detur virtualis potentia, seu principium virtualiter producens activam processionem? Movetur hoc dubium propter aliquorum recentiorum opinandi, essentiam divinam esse principium virtualiter producens relationes Paternitatis, filiationis, et utriusque Spirationis. Unde cum activa productio secundum eorum, et quam stabilitam sententiam, consistat in relatione personae producentis, consequenter dicunt, essentiam esse principium virtualiter producens activam processionem, quae proinde, licet non habeat sui physicam potentiam, ubi principium, ut praecedenti capite monstrabimus, habet tamen principium virtuale, tantaeque processionem, seu productionem

virtualem: et nos sub generalibus etiam tris decidemus, an relationes virtualiter ab essentia procedant? nam inde consequentiam legitimam deducetur, an procedant active productiones? cum eadem ratio sit.

Praefati igitur RR.s dividunt productionem, ut sic in formalem, et virtualem: formalis est habitudo producentis, et producti, quae versatur inter extrema realiter distincta. Virtualis est eadem habitudo, sed inter extrema realiter identificata. Primam dicunt esse propriissimam, 2.am impropriam, methaphoricam, et quae nomen productionis absolute non meretur. Eodem modo loquuntur de productivo principio quod in realiter, et virtualiter productivum dividunt, illud, quod est ad terminum realiter distinctum, hoc ad terminum realiter identificatum, illud propriissimum vocant, hoc improprium, et per methaphoram.

Accedentes autem ad exacte definiendam processionem virtualem, dicunt esse talem extremorum habitudinem, cui si solum addatur distinctio realis eorundem extremorum, erit hoc ipso processio, sive productio realis absolute, et simpliciter et sic addita. Constituunt vero productionem istam virtualem frequentissime non solum in essentia respectu relationum, sed etiam attributorum, quia censent attributa virtualiter ab essentia produci. Constituunt etiam in intellectivo, et volitivo radicali, respectu intellectionis, et volitionis actualis, et alibi saepe tunc in divinis, tum in creatis.

Mihi tamen semper displicuit haec productio virtualis inter extrema realiter identificata, quam ita reiicio 1.o, quia sequeretur, quod eodem fundamento dici posset, relationes esse virtualiter creatas, virtualiter finitas, et imperfectas positive. Probo, quia sicut relationes virtualiter ab essentia procedunt, quia interveniente distinctione reali, realiter procederent, ita dicendum est,

qd virtualitr sint creatæ, sint limitatæ, et imperfectæ, q superveniente distone reali, fralitr essent creatæ, fralitr imperfectæ, et limitatæ, nam magis certum e, quod ea distone superveniente, relaones essent creatæ, et imperfectæ, quam quod ab essa procederent.

Ergo sicut productum virtualitr dicitr illud, quod ita e ab alio, ut veniente distone reali intr utrunq, fralitr procederet, ita finitum, et limitatum dicetr illud, quod ita e ab alio, ut superveniente intr utrunq distone reali, fralitr esset finitum, et limitatum; at relaones ita se haberent; q de facto st virtualitr finitæ, et limitatæ.

Reiicis 2o: quando dicis processionem virtualem ee habitudinem extremorum, vel loqueris de habitudine reali, vel de virtuali? n de reali, q si habitudo realis esset, etiam productio, seu processio realis, et n virtualis esset, cum ea habitudo n sit aliud, quam productio, seu dependentia tri producti a prio producenti. Quod si loqueris de habitudine virtuali. Contra, q sic nil explicas, cum a te petam huius virtualis habitudinis, seu productionis definitionem.

Neque valet dicere, sermonem ibi ee de habitudine præscindente a virtuali, et reali. Sicut in hac defione hois e aial rationale, p tm animal n explicatr ulla diffra, sed ratio cois, et generica animalis. Contra, q sicut intr hoem pictum, et verum, n datr una ratio hois præscindens a diffris, eo quod homo pictus n sit absolute homo, sed hois umbra, sic intr productionem virtualem et realem assignari nequit unica ratio generica productionis, eo quod productio virtualis n sit absolute productio, sed productionis umbra. Unde constat apertum discrimen intr defionem hois, ubi ponitr animal, et defionem productionis virtualis, ubi ponitr habitudo, seu quod idem e productio; nam ibi aial stat pro ratione univoca,

et generica praescindente ab aia lirazionali, et bruto. Hic autem stare nequit habitudo pro ratione univoca praescindente ab habitatione reali, et virtuali; nam haec per metaphoram solum, et secundum quid est productio.

Novae impugnationes. cap. 3.

Iubet adhuc efficacissimis rationibus reiicere praedictum opinandi modum, qui valde evaluit inter iuniores. 1a sit: casu, quo superveniret distinctio realis inter essentiam, et relationes, producerentur realiter relationes ab essentia: ergo de facto producuntur realiter. Antecedens est eorum doctrina, consequentiam probo, quia superveniente distinctione reali nihil pertinens ad conceptum realis productionis veniret: etenim licet plures opinentur stare posse realem productionem sine reali distinctione, ita apud omnes convenit, hanc distinctionem non esse de conceptu realis productionis. Quidquid sit, an ad illam requiratur; ergo si superveniente praecise reali distinctione, daretur productio realis, manifeste sequitur eam productionem antea praestitisse.

Confirmatur, et explicatur haec ratio: implicat rem denuo poni, quin aliquod saltem eius praedicatum essentiale denuo generetur. Quod si nullo essentiali denuo posito res existit, evidens est, rem non denuo poni, sed antea extitisse: at posita denuo per impossibile distinctione reali inter essentiam, et relationes, datur productio realis relationum ab essentia, quin denuo ponatur aliquid essentiale pertinens ad realem productionem: ergo antea praeexistebat eiusmodi productio. Minorem probo, quia distinctio realis non est de conceptu productionis realis, ut iam notabam, et iterum ostendo, nam distinctio realis, vel consistit in explicita negatione realis identitatis, ut opinor, et sic esse negative constituti tum productionis realis, neque adaequate consistit in negatione positivo. Vel consistit in extremis ipsis, aut in aliquo illorum

et sic etiam non est de conceptu productionis, nam hæc est aliqd realiter medians inter extrema.

Confirmo præterea, nam ante operationem intellectus, et ante omnem distinctionem realem, quæ supervenire fingatur inter essentiam, et relationes, essentia producit relationes: ergo producit realiter. Probo consequentiam, ea productio realis est, quæ datur independenter à quavis operatione et fictione intellectus. Neque obstat, eam productionem versari circa extrema realiter identificata. Etiam inde non convincitur, quod productio non sit realis, sed quod realis productio non exigat extrema realiter distincta. Sicut non exigeret, si vera esset opinio docens, Christum in Eucharistia producere se ipsum, et quidem ego pluribus in Philosophia probari posse rem producere se ipsam absque ulla prorsus distinctione sui à se.

3a ratio: virtualis processio vel est realis, vel methaphorica. Si primum non dices: ergo 2um. ergo sic apprehendendus est Deus producere relationes, sicut apprehenditur, quod sit petra, quod sit Lupus, et Leo. Unde sicut absolute falsum est Deum esse petram, aut Lupum, ita falsum est, Deum producere relationes. Urgeo. Quando id, quod methaphorice explicatur aliquo nomine habet esse verum, et reale, potest per aliam vocem absque methaphora explicari. Ut patet in agri viriditate, quæ licet methaphorice significetur hoc nomine risus attamen explicatur propriissime per vocem istam viriditas; sed nullam vocem assignas, per quam explicetur sine methaphora hæc virtualis productio: ergo nullum omnino habet esse. Probo minorem, quia voces istæ habitudo, seu productio sumuntur per te methaphorice et impropriè.

Confirmo: quando dicis, virtualem productionem esse habitudinem illam, quæ realis esset, adveniente distinctione reali, non explicas, quid modo sit, sed quid esset sub ea hypotesi impossibili. Tamquam à te peto, quod explices mihi, quid de facto sit non quid esset, quia non curo quid esset, sed quid de facto sit. Confirmo

praeterea, nam inepte explicaretur animal, si diceretur illud esse, quod si iungatur cum rationali constituet hominem, cum irrationali, brutum, nam ante ad coniunctionem cum rationali, vel irrationali, habet aliquod esse sibi proprium, et essentiale, cuius explicatio petitur. Coniunctio vero cum aliqua ex differentiis est logice accidentalis: ergo inepte definitur, et explicatur virtualis productio per id quod haberet, si iungeretur cum distinctione reali extremorum.

3.a ratio: processio realis

non est illa, quae virtualis esset casu, quo veniret identitas inter extrema esse quae versatur; ergo neque processio virtualis explicatur sufficienter per hoc quod realis esset, casu, quo veniret distinctio inter extrema esse quae exercetur. Patet ergo, quia sicut eam habitudinem, quae versatur inter identificata, concipis versari esse distincta, poteris etiam e contra concipere, quod illa, quae de facto datur quia distincta, verseretur esse identificata. Et sicut exponis, quid modo sit ea habitudo esse identificata per id, quod esset cum versaretur quia distincta, sic e contra poteris explicare, quid modo sit ea quae versatur quia distincta, per id, quod esset, quando versaretur esse identificata. Quod satis ridiculum est.

Argumenta Contrarium. Cap. 4

Sed iam expendamus robur argumentorum, quae probari solet haec virtualis productio relationum ab essentia: Primum est: ablata praeterea virtualis sunt in Deo priora notionalibus, ut communiter docent theologi: ergo essentia divina prior relationibus: ergo producit illas: non quidem realiter ob defectum realis distinctionis: ergo virtualiter.

Respondetur, dari duplicem prioritatem, ut alias omittam: Prima principii productivi propria, quae vocari solet prioritas naturae, vel physica prioritas. Secunda per logicam, quae dici solet in subsistendi consequentia. Illa non datur

intr absoluta, et relativa prioritas, datur vero hec 2a, non datur illa, quod nullum absolutum prefuit prius relationum, ut ostendimus: datur vero 2a, quod non valet a priori absoluto ad relativum, cum e contra valeat a relativo ad absolutum. Non enim legitime argues: est Deus: ergo Pater: bene tamen e contra: est Pater: ergo Deus. Sicut animal est in subsistendi coa prius homine, quia non valet, est animal: ergo homo, sed e contra est homo: ergo animal. Unde sicut hec logica prioritas inter animal, et hominem non arguit, animal producere virtualiter hominem, ita nec illa, que datur inter essentiam, et relationes inferet essentiam producere virtualiter relationes, et quidem argumentum insto, simul quod iactam solutionem confirmo. Nam cognitio divina prior est amore, neque tamen sentis producere virtualiter amorem: ergo quod unum sit prius alio non arguit esse virtuale prium illius. Quod si petam, cur cognitio, cum precedat amorem, non producat virtualiter illum? Rebis, et optime, quia non phisice; sed logice precedit, eo quod valeat ab amore ad cognitionem, sed non a cognitione ad amorem. Idem cernitur in conceptu Spiratoris, qui prior est Patre, neque tamen producit virtualiter Patrem, quia non est phisice; sed logice prior, quatenus valet. est Pater: ergo Spirator: non e contra: Spiratore: ergo Pater. Non ergo quelibet prioritas infert productionem.

2um argumentum. Essentia divina est actus primus relationum: ergo producit aliquo modo relationes. Probatur consequentia, nam actus primus, qua talis est in ordine ad productionem. Urgetur hoc ex nostra sententia, quam in materia de scientia defenderimus, scilicet in Deo reperiri actum primum intelligendi ratione nostra cum fundamento presuppositum ad actualem intellectionem. Hic ergo primus actus erit virtuale prium intellectionis.

Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam. Ad eius probationem negatur antecedens, quia proprissime actus primus non est in ordine ad productionem; sed ad receptionem, ut patet in subiecto, quod proprie disponitur ad formam.

Item divina cognitio est actus primus ad amorem, quia supponitur ad illum, neque tamen producit etiam virtualiter amorem. Ut in solutione praecedentis obiectionis dictum manet, ex prioritate non inferri productionem realem, aut virtualem.

Quod in Deo indico perfectiones aliquas, v.g. intellectivum habere rationem actus primi respectu intellectionis, quia formaliter denominatur per intellectionem. Ut essentia divina habet rationem actus primi respectu relationum, quia per illas denominatur formaliter subsistens. Cum ergo negari nequeat, perfectiones alias perfectiones divinas ex aliis denominari, negari nequit, aliquas esse actus primos comparatione aliarum. At sicut ex eo, quod aliquae perfectiones denominentur ex aliis, non infertur productio virtualis inter illas, sic non infertur ex eo, quod aliquae habeant rationem actus primi respectu aliarum. Videantur quae in materia de scientia docui esse intellectivum, quod est actus primus ad intellectionem.

Solum adverto, quod in Deo non datur formaliter actus primus, et secundus ante operationem intellectus, sed fundamentaliter solum. Ratio est, quia sine distinctione formali non est intelligibilis uterque praedictus actus: at inter perfectiones divinas realiter identificatas non datur formalis distinctio, nisi post operationem intellectus: quia non datur actus primus, et secundus, nisi post operationem intellectus. Dantur quidem illae perfectiones, quae per intellectum distinguuntur, at non dantur, ut distinctae. Posita autem intellectus praecisione, iam distinguuntur. Et cum ex illis una recipiat denominationem ab alia, se habebit, ut metaphysicum subiectum respectu denominantis, et inde concipitur prior denominante. In hoc ergo sensu, et non alio dicimus, quod in Deo datur per intellectum actus primus, et secundus inter perfectiones realiter identificatas.

Aliae rationes solvuntur. Cap. 5.

pluribus

aliis rationibus muniri solent virtualis productionis defensores, quarum praecipuas adducam, et solvam, ut inde caeteris facile solutio pateat. 1a sit: haec causalis est vera, quod Deitas existit relationes existant, quia et tota trinitas existit: ergo Deitas virtualiter producit relationes. Probatur conseq., nam per illam causalem exprimitur et explicatur aliqua productio Deitatis in relationes.

Futilia quidem argumentum, quia saepe causales propositiones affirmamus, quin per illas productionem aliquam denotemus. V.g. quod Petrus est homo, est animal rationale. Ubi non intendimus, rationem hominis exercere productionem aliquam in animal rationale. Secus ea propositio falsissima esset, cum tamen verissima censeatur. Item: haec causalis est vera, quod Deitas est infinita, est à se, cum tamen esset falsa, si denotaret infinitudinem Deitatis producere virtualiter conceptum essendi à se, quia iam unum praedicatum Deitatis produceret virtualiter aliud eiusdem Deitatis. Quod nullus dixit. Ergo ea causalis, de qua loquitur argumentum, adsumptionem denotat, Deitatem esse conceptum relationum, aut dici esse logicè, non physicè priorem, quatenus ex Deitate caetera praedicata deducuntur, non producuntur.

Sed advertas, hoc argumento non solum probari, Deitatem producere virtualiter relationes, à quibus distinguitur ea virtuali distinctione nuper à Recentioribus excogitata, sed etiam reliquas etiam perfectiones absolutas, à quibus hoc distinctionis genere non esse cernitur: sed id est falsum, nam ipsimet contra quos disputamus, supponunt hanc productionem virtualem exigere necessario distinctionem virtualem extremorum inter quae exercetur: ergo nullum est argumentum factum. Illatio patet, nam ista causalis est vera, quod Deitas existit, caetera absoluta praedicata, quae se habent, ut secundariae perfectiones existunt. Et forte magis propria est, quam altera, quod Deitas existit, relationes existunt. Cum absoluta praedicata Deitati

Deitati debeantur in qualibet persona non sic relaones. 2a

ratio sit: ideo creaturae producuntur a Deo, quia sic existunt in se formaliter, ut exigant in Deo praecedere quandam sui possibilitatem, in qua contineantur; sed relaones divinae sic existunt in se formaliter, ut petant in Deitate praecedere quandam sui possibilitatem, in qua contineantur: ergo saltem virtualiter producuntur a Deitate. Probatur minor, quia relationes non includuntur, sed excluduntur a conceptu Deitatis. Rursus exiguntur a Deitate. Nihil autem exigi potest, quod in statu talis exigentiae non sit possibile: ergo ab ipsa Deitate habent relaones quandam possibilitatem, quae cum per accidens non sit, debet esse per se a relaonibus petita.

Haec tertia ratio parum distat, ut relaones efficiat Creaturas. Quandoquidem et Creaturas supponit esse possibiles, et productas a Deo, sic intendit, relaones esse possibiles, et productas a Deitate. Quod Creaturas esse possibiles formaliter ab Omnipotentia mihi certissimum est, quia et per Omnipotentiam Deus est potens illas producere, sic illae sunt extrinsece, et quantum est ex parte Dei potentes produci. Quare possibilitas haec est activa, seu effectiva. Relaones autem non ita, sed ad summum radicaliter, et logice denominantur possibiles a Deitate, quatenus Deitas est summum principium, ex quo legitime valet ad possibilitatem, et existentiam relaonum, propter connexionem strictam, quam cum illis habet. Neque connexio haec productionem arguit, cum plura connectantur cum aliis, quae non producunt.

Ultima ratio, nam relaones oriuntur per intrinsecum a Deitate: ergo virtualiter oriuntur. Ans plures admittunt, et eo probatur, quia non est maior difficultas in processione virtuali, quam per intrinsecum. Forte quis responderat, admisso antecedente, negando consequentiam. Quia virtualis processio, si daretur, existeret intra Deum; at processio per intrinsecum

ē Labor solius intus, licet cum fundo ex parte Dei. Quare plus difficultatis ē in admittenda processione virtuali, q̄ in p̄ intrum.

Sed melius Rētr, distinguens: relaōnes oriuntur ā Deitate p̄ nostrum intrum fingentem, concedo ans.; p̄ nostrum intrum præscindentem, nego ans, et simul csam. Itaq̄ cum intus considerat relaōnes, ut procedentes ā Deitate, fingit, q̄ cognoscit relaōnes cum prædo illis repugnante. Quare n̄ præscindit, nam ut præscindat unum ab alio, necessium ē, q̄ inter utrunq̄ detur identas: at inter relationes, et processionem ipsarum ab Essa, n̄ datur identas, q̄ talis processio chymerica ē; q̄ Ita.

Fateor ex parte Dei subministrari fundum aliquod intui, ut relaōnes consideret, tanq̄ procedentes ab Essa. Nam, ut s̄ diximus, Essa ē actus Lus relaōnum, qua tus ē methaphisicum subtum, quod p̄ illas denoatr, vel ratio ā priori, ex qua logicē deducuntr. Cumq̄ actus Lus frequentr sit in ordine ad productionem, inde sumit ansam intus, ut productionem intr Essam, et relaōnes apprehendat. Et forte hoc, et n̄ aliud intendunt AA, quando frequentr dicunt, relaōnes ab Essa procedere p̄ intrum cum fundo in re.

In quo consistat pōtia p̄ quam una persona ē prium alterius? Ō 10 Consistit in abluto, et relativo. Cass. Lm.

Sermo ē, de pōtia frali, sive prio q̄ po. Nam ē dubio prium quod Dn̄ filii ē totum suppositum Patris ex abluto, et relativo coalescens. Et prium quod spiratas ē totum suppositum Patris, et filii, quod seorsim, et simul cponitr ex abluto, et relativo.

Praesens q. difficultas est principium quo, ratione cuius totum suppositum
denominatur producens. Et inquirimus, an tale principium sit aliquid absolu-
tum, et commune, vel potius aliquid relativum, et notionale?

Datur duplex
sententia. 1a defendit, solam perfectionem absolutam esse potentiam, sive
principium formale quo divinarum personarum, et concurrere relationem, vel
se habere per accidens, ut existimaverunt Ocamus in 1o dictione 7 q. 1a
fine, et Gabriel ibidem q. 1a, et 3a: vel solum esse conditionem, ut
absolutum se exerceat, sicut censet P. Arguerites tomo 1o q. 21, articulo
3, dubio 2o ex subtili Scoto, et quidam eius discipulis. Vel demum esse
constitutivum, per quod potentia constituitur in ratione proxime poten-
tia operandi, sicut aliqui recentiores opinantur. 2a sententia propugnat,
eiusmodi potentiam ex absoluto simul, et relativo formaliter, seu quasi partialiter,
et inrecto constitui. Sic P. Suniga q. 41 de trinitate d. 16 dubio
6. membro 3o. P. Arrubal d. 149 cap. 3o, Magister Albis tractatu
d. 1a sect. nostra numero 12 cum aliis.

Haec 2a sententia placet: eo tamen
modo, quo a nobis exponetur. Quia tamen duas continet partes, utramque
seorsim ostendemus. Et in primis, quod potentia componatur essentialiter
ex absoluto, facile demonstratur his omnibus sacrae scripturae tes-
timoniis, in quibus dicitur, personam productam esse de substantia
producentis: psalmo 109 ex utero ante luciferum genui te,
id est ex mea substantia, sicut exponunt communiter PP., et interpre-
tes, et illud Ecclesiastici 24 ego ex ore altissimi pro-
divi, id est ex intellectivo principio, quod signatur per os.

Probatur dein-
de pluribus SS. PP. testimoniis, quae refert P. Montoya d. 100
de trinitate. Ex quibus hoc unicum audiamus, de principio generatio-
nis filii, loquitur Ioannes theologus in concilio florentino
sesse 18 columna 9, dixit: filium ex patre, et ex patris

substa generari; ita tn, ut Pater sit generans, prium autem quo ipsa persona generat, ē quid, quod coīcabile ē.

Probatr demum raonibus: 1a q̄ nihil magis in theologia coe, q̄m Verbum procedere p intellectum, et Spiritum S. p voluntatem, qui modus loquendi denotat, intellectum, et voluntatem, quę st ablutę perfectiones habere raonem principii fralis, l. potię. Sic n. denotat Ly per. 2a, nam processio divina vitalis ē; q̄ prium saltem inadęquatum illius ē vitale. Cum processio nequeat ēē vitalis, nisi proveniat à prio vitali, saltem partialitr; sed nihil relativum ē vitale. 3a coem theologorum ↄsensum: q̄ aliqd ablutum debet ēē prium quo saltem partiale. 4a q̄ prium, quo personę productę duplicitr stat, l. n. ē productivum, l. coīcativum, at licet nihil ablutum sit productivum, ē tn coīcativum, ut infra dicetr. q̄ aliqd ablutum ē prium quo. Patet coa, q̄ n̄ solum prium productivum; sed etiam coīcativum ablute meretr nomen et naturam prii, l. potię. Quandoquidem n̄ minus dicimus, fram, l. materiam ēē prium ↄpositi, q̄m eius causam efficientem.

Iam q̄ ↄ m̄ partem nostrę sentę defensantis, aliquid relativum personę producentis ingredi constitutionem, et ↄceptum potię, l. prii quo demonstremus. In primis autem, efficacitr eam demonstrat cois, et frequens locutio theologorum, et SS. PP. dicentium, potiam generativam ēē propriam Patris, id ē, n̄ coem alteri personę; sed nihil ablutum ē proprium Patris; q̄ potīa generativa claudit saltem partialitr relaonem Patris. Item potiam spirativam n̄ ēē coem Spiritui Sancto, sed in Patre, filio q̄ tantum invenire, docent omnes PP. Latini sub Concilio Florentino ↄgregati. dicunt n. Patrem, et filium habere unam potestatem producendi Spiritum S. eam q̄ n̄ huic, sed illis duntaxat personis ↄvenire. Unde

sequitur apperte, quod aliqd relativum n̄ existens in Spiritu Sancto constituat potiam spirativam.

Deinde ratione convincitur; nam prium quo personę producentis, ē productivum personę productę: ergo debet aliqd includere distinctum realiter à persona producta; sed nihil absolutum ē distinctum realiter à persona producta: debet ergo aliqd relativum includere. Nihil in hoc discursu potest ēē dubium, nisi qd prium productivum claudere debeat aliqd realiter distinctum à termino producto. Quod ita probo, nam productivum, ut tale distinguendum realiter à producto, teste coī theologorum sensu cum S. thoma 1a parte q 41 articulo 4 ad 3 argumentum, ubi sic ait: ad 3m dicendum, quod potia signat prium: prium autem distinctionem importat ab eo, cuius ē prium. Neque enim aliam causam in Deo damus perfectiones realiter distinctas, ut certum ē.

Hęc dicta sint pro probanda predicta sententia, quę prium quo divinarum personarum constituit in absoluto simul, et relativo. Quando tamen dixi predictam sententiam eo modo placere, quo à nobis exponetur, adverto, perfectionem absolutam, et relativam diversimode concurrere ad integrandum hoc prium, nam absoluta perfectio concurrit, ut prium coicativum, relativa vero, tanquam productivum, quod utrumque seorsim per subsequentia huius quęstionis capita probabitur. Ac tum de prio productivo, post de coicativo dicemus.

Sola relatio personę producentis ē prium quo productivum, cap. 2.

Conclusio hęc probanda ē contra nullos opinantes, solam

perfectionem absolutam, exclusa omnino relativa, sive in recto, sive in obliquo esse principium, quo productivum. 2°. contra plures existimantes, utramque perfectionem quae simul principium sit in recto illud ponere. 3° contra communissimam sententiam defensantem eiusmodi principium in absoluta perfectione sistere connotando relativam.

Et in primis, quod absoluta perfectio se sola non sit principium quo productivum, ostendo 1°. quia sequeretur potentiam adaequate generativam esse communem et consequenter omnes personas absolutam posse generare. Quod nullus audebit affirmare. Patet illatio, nam omne praedicatum absolutum est commune singulis personis: ergo si virtus adaequate generativa sit praedicatum absolutum, quod nullo modo relativum afferat, communis erit singulis personis: ergo omnes adaequate poterunt generare. Quare non erit praedicatum notionale Patris posse generare. Sic de argumentum efficaciter est potentiam spirativam, quae si adaequate sistat in solo absoluto, denominabit omnes tres personas potentes spirare.

Confirmatur: quia Deitas est communis omnibus personis quamlibet constituit Deum: quia voluntas, quae communis est, denominat singulas personas aeque amantes: ergo si potentia generativa dicatur communis omnibus personis, omnes aeque denominabit potentes generare. Patet consequentia quia sicut persona denominatur Deus a Deitate, et volens a voluntate, sic denominari debet potens a potentia. Neque valet hic ea communis doctrina de subiecto incapaci. Nam ut suppositum absolute denominetur potens producere non requiritur aliud, quam habere virtutem adaequate productivam, ut indubitatum est apud omnes. Praeterquam, quod praescindamus a denominatione. Saltem infertur, omnes personas ex parte obiecti aeque posse generare, et spirare. Quod satis absurdum est.

Confirmatur praeterea, si Deitas haberet unionem cum humanitate Christi, quaelibet persona divina denominaretur homo: ergo si sola Deitas fructissima

sit generativa potia, l. illam habeat se cum realiter idatam in aliquo abluto, quaelibet persona diceretur potens generare. Csq. probatr, nam ans certissimum est, ut in Materia de incarnatione dixi. Nam strictius erit in Deitate potia generativa filii, qm unio cum humanitate.

Ostendo 2o, q n solum inferretr, omnes tres personas divas posse generare l. spirare, sed actualitr etiam generare, et spirare. q d e ereticum. Illatio probatr, nam omne illud suppositum producit trum, q d habet in se virtutem adequatam, ex qua producitr actualitr; at si virtus generativa, l. spirativa, dsistat in abluto praecisse, qdlibet suppositum divinum habebit in se virtutem adequatam, ex qua generatr actualitr filius, et spiratr 3a persona: q si virtus generativa, l. spirativa dsistat in abluto praecisse, qdlibet suppositum divinum erit actualitr generans, et spirans. Totus discursus e mihi certus.

Ostendo 3o, spetialitr ᴐpencentes, hoc ablutum, in quo virtus adequate productiva dsistat, ee duntaxat essam l. Deitatem: etenim hec propositio certissima e in Theologia, Deitas n generat, sicut, et haec Deitas n generatr. Unde sic arguo n potest Deitas ee prium quo generativum, ex quo duntaxat oriatr actualitr generatio, qn verificetr Deitatem generare; sed Deitatem generare plusquam falsum e. q sola Deitas exclusa quovis relativo, n e adequatum prium quo generandi. Maiore mihi certa, nam prium quo generans actualitr, vere generat. Imo strictiori titulo dicitr generare, qm prium quod, nam istud solum denoative generat, illud autem fralitr, et rraone sui.

Confro praeocupando hanc solutionem, q n solum homo, sed multo magis intrus, et anima producere dicuntr intellectionem, et intelligere, nam intrus e prium quo intellectionis,

Licet homo sit prium quod, q. n̄ solum Pater, sed etiam Deitas generabit, si prium adæquatum quo generaonis in Deitate distat. Confirmatr ulterius, q. n̄ solum Deus in concreto, et quâ significatus p modum suppositi, dicitr Angelum creare, sed etiam Omnipotia, et Deitas in abstracto, quoniam hæc ē adæquatum prium Angeli creativum; q. si dicatr ēē prium adæquate generativum ad intra, dicatr etiam generare. Neq. unquam percipere potui, quod prium quo totum conatum, et laborem inpendens p productionem, fraudari debeat producentis denoatione, quæ tn̄ liberalitr donetr prio quod fere nihil agenti.

Hoc 3m argutum cum suis confraonibq urget etiam, quamvis dicatr, prium quo productivum ēē prdatum aliud abslutum â Deitate distum. Nam in ea propositione Deitas n̄ generat nomine Deitatis n̄ solum intelligitr â theologis rigorosa Deitas, sed quodvis etiam prdatum abslutum. Demum hæc senta reiicietr magis ex dicendis.

Vlterius probatr iacta solutio. cap. 3.

Occurrunt 2o loco Nulli, qui prium quo personarum integrant æquê prdalitr et in recto ex abluto, et relativo. Contra quos arguo 1o. Sicut prium prium adæquate productivum, ut quo distingui debet â tro producto, sic prium inadæqê productivum; at nihil ablutum realitr distinguitr â persona producta: q. nihil ablutum ēē potest inadæquatum prium, ut quo personæ productæ. Minor, et coa patent. Maior probatr, ideo prium adæqê productivum distingui debet â tro, q. productivum ē, abstrahendo ab eo, q. adæqê, vl inadæquatê sit productivum. hoc n̄ ipso, q. producere potit, ē respectus realis ad trum, et consequentr distingui debet realitr ab illo; sed hæc ratio cois, et univoca prii productivi convenit etiam prio inadæquatê productivo: q. sicut prium adæquatum distingui debet

ut fatentur, sic inadequatum.

Arguo 2°: nam sequeretur Spiritum Sanctum producere partialiter Filium, quo quid absurdius? Sequelam ostendo, nam Filius partialiter procedit ex relatione Patris, et ex absoluta perfectione, quae reperitur in Spiritu Sancto: ergo partialiter procedit a Spiritu Sancto: probo consequentiam dupliciter, tum quia non alia de causa procedit a Patre, nisi quia producitur a perfectione residente in Patre. Tum etiam quia tunc denominatur procedens ab aliquo supposito, quando producitur a virtute clausa intra illud suppositum, ut patet in actu vitali qui dicitur ab homine fieri, quia virtus, quia producitur, intra hominem continetur. Quod si virtus intra suppositum contenta, sit partialis, dicitur suppositum partialiter, et inadequate producere. totaliter vero, si fuerit virtus adequata. Nam suppositum dicitur producere, ut quod omne illud, quod provenit a virtute, quae continetur in visceribus illius.

Arguo 3°: nihil potest producere se ipsum etiam partialiter, ut fatentur hi DD, nam inde colligunt, Filium, nec praedicatum in consortio Patris ad sui productionem concurrere. ergo nec praedicatum absolutum Patris potest in Deo ad relationem Filii partialiter concurrere. Probo consequentiam. Nam ideo res nequit ad sui productionem partialiter concurrere, quia se cum ipsa realiter identificatur; sed etiam absolutum praedicatum Patris realiter identificatur cum relativo Filii: nequit ergo absolutum praedicatum Patris concurrere partialiter ad relativum Filii.

Dices: hoc praedicatum potentia productiva enuntiari non posse de perfectione absoluta, et relativa seorsim, et divisive sumptis, quamvis modificetur per has partes inadequate, seu partialiter, quia sic urgent argumenta facta. Sed illud praedicatum applicandum utrique perfectioni simul, et indivisibiliter, taliter quod verum sit dicere, utramque perfectionem copulatim esse

virtutem productivam, nullam tn seorsim, et divisive.

Sed si ego fallor, si aperte reiicitr hec evasio, nam relatio Patris, ut a quolibet abluto præcisa, distinguitr realitr â filiatione: ergo ut â quolibet abluto præcisa, habet oppositionem in ratione producentis et producti cum filiatione. Nam certissimum est in divinis omnia esse idem, ubi non datr hec oppositio. Cum ergo non habeat oppositionem cum filiatione, quia producatr ab illa, necessum est, ut inde habeat quod tanquam vera, et physica sua virtus producat illam, at non produit adequatè, ut fatebis: ergo inadequate. Potest ergo cum veritate affirmari de relatione Patris, quiâ præscindit â quolibet abluto, quod sit partialis, et inadequata virtus filiationis. Et cum unum inadequatum prium sit in ordine ad aliud, sequitr ulterius, ablutam perfectionem, ut â relativa præcisam esse partialem etiam, et inadequatam virtutem eiusdem filiationis.

Præterea, quando prium adequatum tri conflatr ex pluribus simul concurrentibus, quodlibet potest, imo debet vocari prium, inadequatum, et partiale, nam sicut adequata causa vocatr, quæ resultat ex omnibus partialibus collectivè sumptis, ita partialis, et inadequata dicitr quæcunque clauditr in adequata, et tota. Quod facile cernitr in creatis, ubi causa partialis vocatr quæcunque simul cum alia concurrens. Modo sic, abluta perfectio simul cum relativa conflant unum, et integrum prium potentiæ: ergo quælibet ex his perfectionibus seorsim, est inadequatum prium.

Eadem resolutio & alios madet cap. 4.

Quod sola relatio sit prium productivum ostendam, specialiter

in præsenti d.a V. illos 3o loco relatos, qui prium quo ponebant in solo abluto, connotante relativum. Ut vo clarius procedamus adverto, prædictos AA. ee divisos, nam inprimis aliqui censent, eatenus relaonem in Dñigno connotari, quatenus e conditio naria ut ablutum in quo duntaxat dsistit productiva virtus operetr. Sicut applicatio ignis ad passum, et nec partialitr sit virtus, e tn ditio q. qua n operabitr ignis. Et ideo connotatr a virtute productrice, quæ recidet in igne. Hinc explicant, cur solus Pater generare possit, et actu generet, q.a licet in filio, et Spiritu S. detr tota virtus generativa sm. rectum, q. dsistit in abluto, n tn datr paterna relatio, quæ connotatr, ut naria dditio pro generatione.

Hic tn discursus reiicitr 1o, q. n ostendit, cur illa relatio Patris sit naria dditio, ut generativa potia reducatr ad actum. Fateor potiam eductivam fræ de potia subti præsupponere, ut operetr applicationem sui ad subtum, in quod e inducenda fræ. Præterea supponere dispotionem positivam eiusdem passi, nec n, et ablationem cuiusvis impedimenti, quod anter posset exercitium virtutis impedire, quando tn potia, e infinita, et creativa, nihil ad operandum supponit præterqui existam; q cum potia Dei n sit eductiva, sed potius, quasi creativa, n e unde colligatr, quod pendeat, ut operetr ab aliqua prævia dditione. Quare cum in Spiritu S. reperiatr generativa virtus, ibi generabit.

Reiicitr 2o q.a Paternitas, ut in præcedentibus ostendi, e activa generatio. Quare virtus generativa n exigit antr illam, ut operetr, sed p illam fralissime constituitr acta generans. Unde n se habet, sicut applicatio ignis ad passum; nam applicatio prævie requiritr ad con-

bustionem, et non est ipsamet ratio formalis, quâ constituitur ignis actu comburens. Aptius diceretur, quod Paternitas requiritur in Deo, sicut actio in creatis, per quam denoatur principium actualiter producens.

Reiicitur 2°: nam, quod Spiritus Sanctus non habeat relationem Paternitatis, sive haec consideretur, ut conditio, sive, ut activa generatio, non infert Spiritum Sanctum non generare. Probo, nam optime stat suppositum producere, quamvis in ipso supposito non detur actualis productio, vel conditio ad producendum, ut patet in creatis, ubi producit ignis formam substantialem in ligno, quamvis actualis productio non sit in igne, sed ex communi sententia in passo. Et saltem Deus producit Creaturas, quamvis productio sit in Deo, sed in creaturis. Item dispositio, quae praevie requiritur, ut ignis comburat, non est in igne, sed in ligno: tantum non exigit causa ex parte sui ad operandum connaturalem statum suae existentiae.

Reiicitur A, nam absolute deducitur ex iacta sententia, quod Spiritus Sanctus generet Filium, ut ostendo, nulla alia conditio requiritur, ut suppositum producat terminum, nisi quae requiritur, ut terminus egrediatur ex visceribus suppositi, sed quamvis in Spiritu Sancto non detur Paternitas, adhuc ex eius visceribus egreditur Filii generatio: ergo Licet in Spiritu Sancto non detur Paternitas, adhuc generat Filium; minor probatur, nam ex absoluta perfectione, quae clauditur in Spiritu Sancto tamquam ex adaequata virtute provenit generatio Filii.

Confirmatur, si ex aliquo principio intra ignem incluso, tamquam ex adaequata virtute calor procedat, ignis diceretur producere calorem, sive conditio ad producendum, sit intra ignem, sive extra, sive nullibi: sed generatio Filii procedit ab aliquo principio intra Spiritum Sanctum incluso, tamquam ex adaequata virtute: ergo

procedit à Spiritu S. qd qd sit de ɔditione.

Neq; valet, si dicas, n̄ posse Spiritum S. generare, q̄a n̄ habet in se relaonem Paternitatis, quę ē actualis generatio. Nam n̄ hoc proecuratum ē, q̄a bene stat, aliqd producere, q̄n habeat in se productionem, et ēɔ, quod habeat in se productionem, q̄n producat; Deus n̄ producit Creaturam, q̄n productio Creaturę sit in Deo sed in Creatura, quę n̄ producit. Ratio ē, nam id producit trum, de cuius subsīa procedit trus, ubicunq; ponatr actio; sed de substantia, seu prato incluso intra Spiritum S., procedit generatio filii: ḡo Spiritus S. generat filium, esto n̄ habeat in se generaonem actualem.

Ex his facile venit impugnandus alter dicendi modus, quo defenditr ab aliquibus hęc sentā. Nam l't expresse n̄ asserant, relaonem connotari, tanqm ɔditionem, dicunt tn̄ ēē connotatum, ꝑ quod in obliquo constituitr potia, nam illam essalitr connotant in abluto connotante relativum.

Contra hos ꝗ ē 1°; nam l' Paternitas ē aliqua raone virtus phisicé generativa; l' n̄ ē? si 1um: ex precedenti cap. reiiciendum ē. si 2um; ḡo nulla raone ꝑtinet, nec in recto, nec in obliquo ad ɔceptam potię phisicę generativę. 2°, nam ablutum connotans relaones ob identatem cum illis, ē coē toti trinitati: sed virtus generativa ē ablutum connotans relaonem: ḡo virtus generativa cois ē toti trinitati. Potest ḡo Spiritus S. generare, q̄n et actu generat ɔx° dicta.

Dices, eam potiam generativam, quę reperitr in Spiritu S., n̄ illum constituere potentem generare, nec ad hoc ordinari, ut ipse Spiritus S., sed ut solus Pater generet. Contra; nam hoc ex iam dictis apperte reiicitr: q̄a q̄nis n̄ potia

que clauditur in supposito, denotat illud potens operari. Quod si dimanet operatio ex tali potentia, denotabitur suppositum actualiter operans, ut patet.

Concluditur probatio nostrę solutionis. cap. 5.

Ex dictis aperte deducitur veritas solutionis in capite 2° iactę, quod scilicet sola relatio personę producentis sit principium quo; seu formalis potentia actiuę passiuę processionis, et termini producti. Nam hęc potentia solum consistere potest vel in solo absoluto, vel in absoluto simul cum relativo, vel in absoluto connotante relativum, vel in solo relativo: sed non consistit in solo absoluto, ut in capite 2° vidimus, nec in absoluto simul, et relativo, ut ostendimus cap. 3°, nec in absoluto connotante relativum, ut probavimus cap. 4. Restat ergo quod in solo relativo consistat. Ubi notes, hoc relativum ex parte Patris esse Paternitatem in ordine ad generandum, ex parte vero Patris, et filii esse spirationem activam in ordine ad spirandum.

Sed inolenter ab opinionibus impugnatis lubet ostendere, firmiusque roborare solutionem iactam. 1° nam Pater vg, quatenus distinctus a filio potest producere filium; sed quatenus distinctus a filio dicit solam relationem Paternitatis, ergo quatenus potest producere filium, dicit solam relationem Paternitatis. Consequentia patet, minor est certa. Maior probatur, quia Pater, quatenus distinctus a filio dicit oppositionem cum filio, nam in divinis distinctio provenit formaliter ex oppositione. sed hęc oppositio non est, quia possit a filio produci: ergo quia possit producere filium. Patet, quia non est excogitabilis alia oppositio.

Secundo; Pater, quatenus productivus filii, distinguitur realiter a filio, sed quatenus productivus constituitur formalissime per formale principium producendi, ergo per

...ituitur distinctus: at n solam relao-
...ctus: ergo per solam relaonem est producti-
...maiorem, quae probatur ita. Pater ut
...onem realem ad filium: ergo ut produc-
...itur a filio. Patet, quia relatio realis
...ali. Confirmo: Pater, quia productivus
...tivus: ergo quia productivus est ad aliud
...eptus productivi dicit in Patre distio-
...lis conceptus debet esse sola Paternitas,
...lio.

3º nam terminus productus, scilicet produ-
...ulum, sed sola relatio: ergo similiter principium
...ere potens nequit esse quid absolutum,
...tus est certum, quod nihil absolutum est
...m, quamvis producatur relatio, quin et
identitas relaonis cum absoluto. Conseqentiam probo, nam ex duplici
capite negatur quod absolutum producatur in filio. Primum, quia
Deitas, scilicet Essentia non generatur, ut inter omnes theologos convenit.
Ubi nomine Deitatis, scilicet Essentiae venit quidquid est absolutum in
Deo; sed eadem certitudine constat, Essentiam, scilicet Deitatem non gene-
rare: ergo sicut absolutum excluditur a ratione termini, solum quod relati-
vum admittitur, ita solum relativum est admittendum, et quodli-
bet absolutum excludendum a ratione principii. 2um caput
est, ne si producatur, distinguatur a principio producente; sed eadem
ratio probat non esse principium producens, ne distinguatur a termino pro-
ducto, cum non minus requiratur distinctio principii producentis
a termino producto, quam termini producti a principio producente: ergo etc.

Duplex obiectio. Caput. Sextum.

Contra

quae clauditur in supposito, denotat illud potens operari. Quod si dimanet operatio ex tali potentia, denotabitur suppositum actualiter operans, ut patet.

Concluditur probatio nostrae solutionis. cap. 5.

Ex dictis aperte deducitur veritas solutionis in capite 1° iactae, quod scilicet sola relatio personae producentis sit principium quo formale potentiae virtutis passivae processionis, et termini producti. Nam haec potentia solum consistere potest vel in solo absoluto, vel in absoluto simul cum relativo, vel in absoluto connotante relativum, vel in solo relativo: sed non consistit in solo absoluto, ut in capite 2° vidimus, nec in absoluto simul, et relativo, ut ostendimus cap. 3°, nec in absoluto connotante relativum, ut probavimus cap. 4. Restat ergo quod in solo relativo consistat. Ubi notes, hoc relativum ex parte Patris esse Paternitatem in ordine ad generandum, ex parte vero Patris, et filii esse spirationem activam in ordine ad spirandum.

Sed in olenar ab opinionibus impugnatis lubet ostendere, firmiusque roborare solutionem iactam. 1° nam Pater ut sic, quatenus distinctus a filio potest producere filium; sed quatenus distinctus a filio dicit solam relationem Paternitatis: ergo quatenus potest producere filium, dicit solam relationem Paternitatis. Consequentia patet, minor est certa. Maior probatur, quia Pater, quatenus distinctus a filio dicit oppositionem cum filio, nam in divinis distinctio provenit formaliter ex oppositione: sed haec oppositio non est, quia possit a filio produci: ergo quia possit producere filium. Patet, quia non est excogitabilis alia oppositio.

Secundo, Pater, quatenus productivus filii, distinguitur realiter a filio: sed quatenus productivus constituitur formalissime per formale principium producendi: ergo per

idem formalr primum constituitur distinctus: at is solam relationem Paternitatis est distinctus: ergo per solam relationem est productivus. Cetera constant praeter maiorem, quae probatur ita. Pater ut productivus filii dicit relationem realem ad filium: ergo ut productivus filii distinguitur realiter a filio. Patet, quia relatio realis esse nequit absque distinctione reali. Confirmo: Pater, quia productivus non est ad se, quia non est sui productivus: ergo quia productivus est ad aliud realiter distinctum: ergo conceptus productivi dicit in Patre distinctionem a filio, proinde quod talis conceptus debet esse sola Paternitas, quia sola haec distinguitur a filio.

Secundo nam terminus productus, vel producibilis nequit esse quid absolutum, sed sola relatio: ergo similiter principium quo producens, aut producere potens nequit esse quid absolutum, sed debet esse sola relatio. Antecedens est certum, quia nihil absolutum est producibile, vel productum, quamvis producatur relatio, quin et identitas relationis cum absoluto. Consequentiam probo, nam ex duplici capite negatur quod absolutum producatur in filio.

Primum, quia Deitas, vel Essentia non generatur, ut inter omnes theologos convenit. Ubi nomine Deitatis, vel Essentiae venit quidquid est absolutum in Deo; sed eadem certitudine constat, Essentiam, vel Deitatem non generare: ergo sicut absolutum excluditur a ratione termini, solumque relativum admittitur, ita solum relativum est admittendum, et quodvis absolutum excludendum a ratione principii. Secundum caput est, quia si produceretur, distinguatur a principio producente; sed eadem ratio probat non esse principium producens, ne distinguatur a termino producto, cum non minus requiratur distinctio principii producentis a termino producto, quam termini producti a principio producente: ergo etc.

Duplex obiectio. Caput sextum.

Contra

Contra statutam solutionem innumera opponuntur, et urgentia argumenta, quorum praecipua diluemus. Tum: absoluta perfectio residens in Patre distinguitur virtualiter à relatione filii: ergo potest esse principium productivum illius; ans modò supponitur, et ideò probatur; nam distinctio realis virtualis aequivalet in omnibus distinctioni reali formali, et actuali praeterquam in excludenda identitate reali, quare proinde se habent extrema virtualiter distincta, ac si formaliter, et actualiter distinguerentur: sed si hoc modo distinguerentur absoluta perfectio Patris, et relativa filii, posset absoluta esse principium relativae: ergo defacto potest.

Resp. concesso ante, nego cons. Ad probationem dices, quod cum productio unius personae ab alia, non sit virtualis, sed realis, non sufficit virtualis distinctio: sed realis est necessaria. Neque verum est distincta virtualiter se habere in ordine ad omnia omnino proinde ac si realiter distinguerentur: tantum non ita se habent in ordine ad subeunda praedicata contradictoria, praesertim quae cognoscimus ex fide, sicut supra notabam, et infra dicemus ex professo.

Et quidem si virtualis distinctio sufficeret in ratione distinctionis ad productionem realem, Essentia produceret realiter Paternitatem, quae virtualiter distinguitur, et aliquomodo supponitur ad illam. Cur ergo non producit? dices quia constat oppositum ex authoritate omnium theologorum. Fateor: sed rationem inquiro, cui theologi nituntur in eiusmodi productione deneganda. Certe non est alia quam identitas realis inter Essam, et Paternitatem, et admissa virtuali distinctione. Similiter Paternitas produceret Essam, et caetera praedicata absoluta prout existunt in filio, nam ab his praedicatis virtualiter distinguitur, et adea prout existunt in filio, praesupponitur aliquomodo.

Denique si semel admittatur

n͠ eẽ nariam distionem realem actualem intr priūm, et trūm; sed sufficere distionem virtualem, n͠ erit ratio cur Pater distinguatr realitr actualitr à filio, q̃ n͠ ẽ assignabilis alia prætr oppotionem producentis, et producti. Dicere v̊ generaonem activam Patris nario distinguendam, et inde Patrem à filio debere distingui n͠ valet, q̃ n͠ ẽ cur activa generatio distingui debeat, si semel dicatr generativam potiam identificari posse. Quod dr̃ primario distionem fundat n͠ ẽ productio; sed virtus productiva.

2um argutum: n͠ requiritr, ut priūm quo realitr distinguatr à trō: g̃ nullum ẽ fundum ex quo dicatr solam relationem eẽ priūm quo. Patet csq̃, probatr ans, q̃ satis ẽ, vt distinguatr priūm quod, illud vlt cui tribuitr operatio, et quod utitr priō quo tanqm instrumento, nam sic ablute verificabitr dari distionem realem intr priūm producens, et trūm productum.

Retineo ans; ad probationem neg̃ ans, nam utrunq̃ priūm distingui debet, imo quod fralitr distionem fundat, ẽ priūm quo. Principium v̊ quod solum denoative participat distionem à priō quo, nam sicut totum suppositum ẽ potens producere raone potiæ, quam includit, ita distinguitr raone distionis, quam habet ipsa potia. Quare sicut potia fralissime dicit virtutem, à qua suppositum denoatr potens producere, sic fralissime dicit distionem vi cuius suppositum in raone producentis denoatr distum; ẽ n͠ verissima semper hæc ppõtio; q̃ suppositum potest producere trūm realitr distinguitr à trō.

Instas; ideo priūm quo deberet à trō realitr distinguam, q̃ præsupponendum ẽ ante trūm; sed quis realitr n͠ distinguatr, potest præsupponi: nullum g̃

supperest fundum ad eam distionem. Coa patet, Maior videtur certa, quia non alio fundo nititur opinio docens nihil posse producere se ipsum, nisi quod producens debet ad productum supponi, et nihil ad se praesupponi potest. Minor probatur, nam tota entitas Patris, et identitas relationis paternae cum absolutis praedicatis est ante filium. ergo absoluta praedicata prout in Patre, sunt ante filium; sed adhuc identificantur cum filio, non ergo obstat identitas realis absoluti praedicati cum filio, quominus absolutum praedicatum sit ante filium.

Respondetur, neque maiorem, neque distionem principii a termino minime probavimus ex eo quod praesupponi debeat ante terminum; sed quia si virtus generativa Patris non sit eius relatio distincta realiter a filio, et Spiritu S. sed aliquid absolutum, et commune omnibus personis, omnes poterunt generare, quin et actualiter generabunt. Idem proportione servata de virtute spirativa. Nec urget maioris probatio, nam in Philosophia docui supra quam in suo circuavi, quod potest entitas, ut existens ab alio per unam actionem adaequatam, rursus producere se ipsam, in quo casu praesupponetur eadem entitas, ut existens per alienam actionem ad se ipsam, ut actione propria producendam. Ex hoc ergo casu non repugnaret, absoluta praedicata, quia existunt in Patre praesupponi ad se quia extitura in filio, producere ergo non iam se ipsa, sed relationem filii virtualiter distinctam, licet realiter identificatam.

Aliis obiectionibus Respondetur. caput septimum.

Venuosie obiicies Lo: quia vis potentia generativa communis esset omnibus personis, non constitueret illas potentes generare: nulla ergo est potissima ratio, qua nitimur. Antecedens probatur, nam voluntas generandi filium est communis omnibus personis, et tamen eas non constituit volentes generare, cum id impossibile sit. ergo Et potentia generativa communis esset,

n̄ ostitueret oı̄es personas generare potentes

Respr, potius argutum eē pro nobis, nam illa coı̄s voluntas amat, filium à Patre generare, n̄ autem ab alia persona: sed prebet suam denoationem omnibus personis, cum omnes æqualiter vellint, filium à Patre generari, n̄ autem ab alia persona. q̄ q̄ voluntas illa coı̄s ē oı̄bus personis, omnes æquē volentes constituit. q̄ si potia generativa coı̄s esset oı̄bus personis, omnes æquē potentes generare constitueret. Unde negatr ans. Ad probaonem distingt ē maior, et minor. Etenim ea voluntas ē, quod solus Pater generet, et oı̄es personas constituit, et denoat æquē volentes, quod solus Pater generet.

Sed poteris urgere. Sicut ea voluntas denoat Spiritum S volentem, q̄ solus Pater generet, ita potia generativa Ut sit in Spiritu S, denoabit illum potentem, quod solus Pater generet. Respr neg assumptum, q̄ stat optime, q̄d in Spiritu S detr voluntas illius actionis quam prestat solus Pater; at oīo repugnat, in Spiritu S reperiri virtutem adæquate generativam, qn ipse Spiritus S generare possit, cum posse subtum generare, vl producere n̄ sit aliud, q̄m habere virtutem generativam, aut productivam.

Insistes adhuc, potia generativa, prout reidens in Patre, habet in productione Filii exercitium sui adæquatum, et infinitum. q̄ Ut transferatr ad Spiritum S requiret iterum exerceri. Respr, me nunq̄m intendisse, q̄d si potia generativa sit coı̄s, Spiritus S iterum generabit, vl poterit alium filium generare, sed quod generare poterit, et actu generabit eundem filium, quem generat Pater; nam sicut Omnipotia q̄ coı̄s ē oı̄bus personis, Ut prius sit in Patre,

mox in filio, post modum in Spiritu S. denoat 3 quo potentes creare, quam et actu creantes eundem Angelum, et per eandem eius actionem, ita si potentia generativa cois est omnibus personis, licet prius sit in Patre, quam in filio, et Spiritu S. denoabit omnes 3 quae potentes generare, quam et actu generantes, non diversum, sed eundem filium, quem generat Pater.

Obiicies 2o: Deitas est sufficientia, ut existat Paternitas; sed Paternitas est activa generatio filii: ergo Deitas est potentia generativa filii. Probatur minor, nam id quod est sufficientia, ut existat productio tri, est potentia productiva tri. Resp. dist. maiorem, Deitas est sufficientia phisica, ut existat Paternitas, nego maiorem; est sufficientia logica, concedo maiorem, quia Deitas non producit Paternitatem, ut supra diximus, sed ad summum eam infert. Unde concessa minori, nego conseq. Ad probationem dic, sufficientiam phisicam, ut existat productio tri esse potentiam tri, non autem sufficientiam logicam. Et quidem si Deitas esset phisica sufficientia Paternitatis, cum Deitas sit in Spiritu S., iam Spiritus S. esset principium phisicum Paternitatis, et consequenter ipsius Patris, cum ex unius partis productione, denoetur tota persona absolute producta.

Obiicies 3o: Verbum divinum procedit per intellectum et Spiritus S. per voluntatem, ut communiter dicitur: ergo Verbum non procedit per relationem Paternitatis, nec Spiritus S. per spirationem activam Patris, filioque communem. Resp. Verbum procedere per intellectum, tanquam per principium co-activum, et Spiritus S. per voluntatem, ut infra dicetur. Hic autem solum est sermo de principio productivo.

Obiicies 4: sequitur ex nostra sententia principium quod non distingui a principio quo, nam relatio propria Patris

ē prīum quo productivum. Cetera v° prata ꝯ prīum quo cōicativum. ꝙ nihil ē in Patre distum ā prio quo, ratione cuius constituatr in linea prīi quod.

Resr, quod, et absluta perfectio simul cum relativa constituat in Patre prīum quo, et quod, tn hoc diversimode ctingit, ut aliqui notarunt, ꝙ prīum quo dicit utranq perfectionem in recto, prīum v° quod absl.tam affert in obliquo, relativam autem in recto. Ā dic prīum quo productivum afferre relaonem Patris sub ceptu virtutis generativę, prīum v° quod eandem relaonem afferre sub ceptu subsistę, qui distus ē ā ceptu virtutis, ut infra dicetr. Prętr hoc autem ē et aliud discrimen in Patre, et filio ā Sp̄iritu S., nam Paternitas, et filiatio pertinent ad prīum quod illius, nō autem ad prīum quo productivum, seu cōicativum.

Reliquis Argutis fit satis. Cap. 8.

Alia restant arguta diluenda. Pum: omne generans operatr solum media illa forma seu virtute, in qua tr̄us genitus assimilatr illi; sed filius divus nō assimilatr Patri quoad propriam Patris relaonem, cum in ea potius dissimiletr. ꝙ Pater nō operatr media sua relaone, sed medio aliquo absluto prato, in quo filius assilatr illi.

Resr neg. maiorem, ꝙ licet generans operari debeat media virtute, in qua tr̄us assimiletr illi, nō tn requirit, ut excludatr omne aliud prīum, in quo tr̄us nō assilatr. Namq ex parte Patris datr prīum in quo filius assilatr Patri, vlt cōicativum, quod in absluta perfectione csistit. Non ꝙ repugnat, ut prętr hoc prīum cōicativum detr aliud productivum, licet in eo filius non

assimilatr Patri, q n̄ opus e, ut assimilatio attingat in omni prio. Et quidem sicut filius ex vi generaonis assimilatr Patri in natura, l in alio quovis abluto grado, quavis nihil ablutum sit trus formalitr productus, sed ad summum coicatus, ita assimilatr ex vi generaonis prio, quavis nihil ablutum sit prium qua productivum, sed mere coicativum.

2um argutum: prescisso quovis abluto, manente q solo relativo Patris, n̄ maneret virtus adequaê productiva, qua talis: q solum relativum n̄ e virtus adequaê productiva Patris. Coña patet, ans ostenditr, q secus in ea hypotesi Pater filium produceret. Quod nequit admitti.

Retr, neg ans, et eius probationem, q Et maneret tota virtus productiva, tn esset impedita defectu prii coicativi. Quare n̄ e mirum, q d Pater tunc n̄ produceret filium. Pendet n̄ productiva virtus a coicativa, et e D. sicut trus in raone producti pendet a coicatione passiva, et eD.

3um argutum: Verbum e trus ab intellu productus, et amor e trus productus a voluntate, ut patet in creatis; at filius e Verbum, et Spiritus S amor: q filius e trus ab intellu Patris productus, et Spiritus S e amor procedens a voluntate Patris, et filii. Retr 1o, q d Et in creatis Verbum producatr ab intellu, et amor a voluntate, n̄ tn id ee de coissimo ceptu Verbi, et amoris, q satis e, ut Verbum habeat intellum, et amor voluntatem pro coicativo prio. q d q d sit de productivo. Melius tn 2o Retr, filium, et Spiritum S ee Verbum, et amorem, sm id quo trant productionem, q nec relatio filii Verbum e, nec Spiritus S. relatio e amor. Unde n̄ opus e, ut qua prod ucuntr, respiciant intellum, et voluntatem. 4um argutum, aliqd ablum e

trus fralis generaonis: ergo aliqd est absolutum est
principium quo productivum generaonis. ans ostenditur, quia
Deitas est trus fralis generaonis, tunc enim fralis trus generaonis
est perfectior simpliciter omni eo quod per generaonem habetur; at
perfectior in omnibus quæ filius per generaonem habet, est Deitas,
ergo Deitas est fralis trus generaonis.

Resr distinguo ans, aliqd absolutum
est trus fralis productus nego ans, trus fralis coicatus, concedo ans
et nego coam, quia potius infertur nihil absolutum esse principium frale pro-
ductivum, sicut nihil est trus fralis productus. Ad antis probaonem
nego, Deitatem esse trum fralem productum, sed coicatum. Neque ver-
um est, trum fralem actionis esse id perfectius, quod in tro reperitur.
Nam aia roalis est perfectior omnium, quæ reperiuntur in
homine, neque tn est fralis trus actionis, qua generatur homo. Ratio
est, quia trus fralis actionis est ille solus, qui raone sui producitur per
talem actionem. Omitto, quod aliquibus placet, ut Deitatem, eo
quod sit gravium, et nobilius pratum in supposito producto, indu-
eret raonem formæ, et quasi fræ rni illius.

Ultimum argutum:
si per impole Deus produceret alium Deum, esset Deitas, et non re-
latio prium quo productivum: ergo de facto; probatur coa, nam in
eo casu Deitas producens alium Deum, esset imperfecta, siquip-
dem se coicaret tro producto per realem sui coicationem; at modo
cum se coicat tro producto per identitatem realem, et servata
unitate singulari, est summe perfecta: ergo de facto non caret raone
prii quo productivi, quam tunc haberet. Probatur coa, quia maior
perfectio quæ de facto datur in Deitate, nequit ab ea tollere
raonem prii, quam tunc haberet.

Resr omisso anti, nego coam;
quia tunc Deitas esset dista realiter ab alio Deo, proinde quæ

defectu distinctionis a° repugnaret illum producere. de facto v° n̄ distinguitr à 2° , qui producitr in filio, et Spiritus proinde q̄ nequit ēē prin̄m productivum illius. Ad 2° probationem de essamari, et mori, negatr con̄a, cuius probatio debet etiam negari, q̄ sicut maior perfectio, quæ defacto reperitr in Deitate facit, ut n̄ distinguatr à 2° producto, sic etiam facit, ut n̄ sit prin̄m illius.

Sola perfectio absoluta ē prin̄m quo comicativum. cap. 9

Ad explicationem huius solutionis advertas, duplex ēē prin̄m comicativum, aliud efficienter, l activè, aliud formalitr. Prin̄m efficienter comicativum ē illud, quod producit actualem comicationem, sive hæc sit unio, sive identitas, vel quid quam aliud. V.g. ignis dicitr prin̄m activè comicativum caloris in manu, q̄ producit unionem, per quam formalitr, et actualitr calor comicatr manui. Prin̄m formalitr comicativum ē illud, quod reipsa se comicat per exhibitionem sui. V.g. calor per unionem sui comicatr, et exhibetr manui. Sicut ergo duplex ē prin̄m calefactivum, aliud efficienter, et aliud formalitr, nam ignis ē prin̄m efficienter calefactivum, et calor formalitr, ita duplex ē prin̄m comicativum, aliud efficienter, et aliud formalitr.

Hinc ē, ut sicut huic duplici prin̄o calefactivo respondet duplex calefactio, sic illi duplici prin̄o comicativo respondet duplex comicatio, quæ se habet ut ratio formalis, l exercitium illius. Alia quippe ē effectiva calefactio, alia formalis, effectiva ē actio, quæ tendit ad formalem calefactionem, V. t unionem, per quam subto comicatr calor. Calefactio formalis ē ipsa unio, qua calor actualitr, et formalitr exhibetr et comicatr subto. Prima calefactio ē exercitium ignis. 2a

caloris. 1a denotat ignem activè calefacientem. 2a denotat calorem formaliter calefacientem. 1a est realiter actio, quia est exercitium agentis, quâ talis. 2a non est actio, sed unio, quia est exercitium formæ ut informantis. Unde si per impossibile nulla daretur actio, dummodo daretur unio caloris cum subiecto, daretur calefactio formalis, non effectiva.

In hunc quoque modum excogitabilis est duplex communicatio. Alia effectiva, et alia formalis. Effectiva est actio quæ tenditur ad communicationem formalem; at formalis est ipsamet actualis communicatio. Verbi gratia cum ignis calorem inducit in manum, actio, qua producitur calor intra manum, est effectiva communicatio, quæ tendit ad unionem, per quam calor manum informat, et calidam reddit, ipsa tamen unio est communicatio formalis, quia per illam formaliter calor est in manu. 1a communicatio est exercitium ignis, ut communicantis calorem. 2a est exercitium caloris, ut exhibentis se. 1a denotat ignem active communicantem calorem. 2a denotat calorem se formaliter exhibentem, et communicantem. 1a communicatio est actio. 2a est unio.

Hæc licet ad modum loquendi pertineant, valde conducunt, ad præsentem difficultatem explicandam, quæ sane per obscure tractatur ab Authoribus eo quod non clare distinguant hoc duplex communicativum principium. Iamque mihi certum est, eandem rationem personæ producentis, quam diximus esse principium quo productivum, etiam esse principium efficienter, seu active communicativum. Ratio est, nam Paternitas verbi gratia dum producit filiationem producit etiam identitatem filiationis cum intellectione. At hæc identitas est actualis communicatio intellectionis filiationi: sed principium producens actualem communicationem, est efficienter communicativum. Ergo Paternitas est principium efficienter, aut quasi efficienter, seu activè communicativum intellectionis filiationi.

totus discursus patet. Idem dicendum de activa spiratione.

Unde fit, ut sicut Paternitati, quâ virtute productiva filiationis respondet duplex productio, altera activa ex parte Patris, et alia passiva ex parte filii, sic eidem Paternitati, quâ primum est efficienter communicativum, respondere debet duplex communicatio, quasi efficiens, alia activa ex parte Patris communicantis, et alia passiva ex parte illi, cui fit communicatio.

Notes vero quod identitas filiationis cum absolutis prædicatis, non est adæquata communicatio, sed partialis et inchoata: etenim, ut supra quæstione 7 cap. 5 dixi, relatio identificatur cum absoluto, et absolutum cum relativo, per identitatem partim se tenentem ex parte relationis, et partim ex parte absoluti. Ex quo sequitur Paternitatem producendo filiationem, non producere totalem identitatem eius cum absoluto, sed partialem tantum, quasi inchoatam, eo quod illa posita necessario datur alia partialis identitas. Unde Paternitas non est absolute vocanda primum active communicativum, sed tantum partialiter, et inchoative.
Notes præterea, quod in huius activæ communicationis, non minus communicari filiationem intellectioni, quam intellectionem filiationi, nam identitas illa per Paternitatem producta, non minus est partialis identitas filiationis cum intellectione, quam intellectionis cum filiatione.

Rursus est mihi certum, quod absoluta perfectio, et relativa sunt primo formaliter communicativa. Ratio est, quia primum formaliter communicativum est, quod media communicatione formali se exhibet alteri, sed absoluta perfectio per identitatem, quæ habet rationem communicationis formalis, exhibet, et communicat se perfectioni absolutæ, et ergo tam absoluta, quam relativa perfectio sunt primo formaliter communicativa. Confirmatur, nam in communicatione physica utrumque extremum vo-

catr prium fralitr coicativum, eo quod ab invicem rectitr p unionem: ergo a fortiori in methaphysica coicatione, quae fit per identatem. Patet, quia plus extrema coicant sibi p identatem, quam p unionem. Confirmo praeterea. Nam in hoc sensu dicimus animal in Petro se fralitr coicare raonali, et eod., quia scilicet intr haec prata datr identas.

Sed advertas, hanc fralem coicationem reperiri non solum in Filio, et Spiritu S.; sed etiam in Patre. Ratio est, quia consistit in identate reali perfectionis ablutae cum relativa, et relativae cum abluta; sed haec identas non minus reperitr in Patre, quam in Filio, vel Spiritu S.: ergo etc. Unde fit, Paternitatem esse prium fralitr coicativum in hoc sensu. Rursus advertas intr ablutas perfectiones reperiri coicationem istam fralem, eo quod identificentr realitr intr se. Demum advertas, vi huius coicationis fralis non solum intr se coicari perfectionem ablutam et relativam; sed etiam supposito, quod ex utraque resultat: Ratio est, quia non minus, sed magis identr illae perfectiones cum toto supposito, quam intr se.

Haec attenta generalis significaone vocum, et quia praescindit a mysterio Tratis, vel quavis alia materia dicta sint. In alio vero sensu DD usurpant in praesenti coicativum prium, Ut pro eo quod praeexistens in persona producente se coicat p identatem suo, seu personae productae. Sub qua usurpatione.

Dicendum est, solum pratum ablutum (modo non discutio quodnam illud sit, et an fralitr unum, et matitr alterum coicetr de quo postea) esse prium coicativum. Ratio est quia solum pratum ablutum est, quod praeexistens in persona producente se coicat per identatem suo, vel personae productae. Constat autem ex cap.

quęstionis illius septimę citatę, quod identas huius absoluti cum relativo, est passiva comunicatio, vi cuius, absolutum formaliter, et actualiter comunicatur relativo. Ubi quid sit hęc identas explicui. Nec aliud in quęstione pure denuo addendum occurrit. Quia tamen patitur hęc doctrina non nullas difficultates in subsequenti capite diluam.

Nonnullę difficultates. Cap. 10.

Prima sit: Pater in hoc differt à filio, quod comunicet intellectionem filio, nec accipiat eam comunicatam à filio. filius autem accipiat intellectionem à Patre, nec eam accipiat Pater à filio: ergo ratio formalis, quâ Pater comunicat intellectionem filio, non est identas intellectionis cum filio. Patet, nam in hac identate cum filio conveniunt Pater cum filio, neque tamen convenit in ea comunicatione: falso ergo diximus, intellectionem, ut identatam filio, esse primum formaliter comunicativum filii.

Plura hic discursus involvit, quę sunt evolvenda. fateor, Patrem comunicare filio intellectionem, quam à filio non accipit comunicatam. Nihilominus Pater, secundum diversas sui perfectiones diversimode comunicat hanc intellectionem filio. Nam vi Paternitatis comunicat activè, cum per Paternitatem producat realiter filium; at vi suę intellectionis comunicat formaliter, quatenus intellectio pręexistens in Patre, traducitur per identatem ad filium. Unde cum filius non producat realiter Patrem, nihil ei activè comunicat. Cumque nihil absolutum existens in Patre, pręexistat, sed potius subsequatur in filio, nihil formaliter comunicat filius Patri.

Hinc dato antecedenti, distinguendum est consequens: Ergo ratio formalis, quâ Pater activè comunicat intellectionem filio, non est identas intellectionis cum filio; concedo consequentiam. Ratio formalis, quâ formaliter comunicat intellectionem filio, non est identas intellectionis cum

filio suo distinguo; non identitas praecise, concedo consequentiam; non identitas intellectionis, ut prae existentis in Patre; nego consequentiam. Quia formalis communicatio non est identitas utcunque; sed identitas perfectionis praeexistentis in alia persona, sicut iam diximus.

Neque verum est, quod Pater absolute conveniat cum filio in identitate cum intellectione. Nam identitas haec in utroque consistit extremo. Quare sicut Pater in relatione non convenit; sed differt potius á filio, sic in identitate cum intellectione non convenit, quia identitas haec includit partialiter relationem, et ut hoc totum distinguatur, et differat ab illo, satis est includere partem diversam. Unde constat, nihil ex hoc argumento contra nos concludi.

2a difficultas, omnis communicatio est mutua, sicut et omnis identitas: ergo sicut intellectio, quae se communicat per identitatem filio, est proprium communicativum filii, sic erit filiatio, quae se communicat etiam per identitatem filio. Sed facile patet ex dictis, communicationem, ut in praesenti sumitur non esse mutuam, quia licet sit identitas, non tamen est identitas praecise, sed identitas perfectionis iam praeexistentis in alia persona. Quare sicut optime stat, filiationem et intellectionem in filio realiter identificari, quamvis in Patre non praecesserit filiatio, sed intellectio, sic stat optime quod intellectio communicetur filio, non tamen filiatio.

3a difficultas: proprium incommunicabile distingui debet realiter ab eo cuius est proprium: nihil absolutum distinguitur realiter á filio: ergo nihil absolutum est proprium communicativum filii. Respondetur distinguo maiorem: proprium physicum; concedo maiorem: proprium methaphysicum; nego maiorem. Quia hoc potius identificari debet cum eo, cuius est proprium, nam eatenus proprium est, quatenus identificatur. Ut patet in animali, quod est proprium methaphysicum hominis per identitatem, illamque absoluta perfectio est propria.

metha phisica personae, cui coicantur.

4o dices: ideo pratum absolutum est primum coicativum filii, quia prius est filio, cui se coicat per identitatem: etiam filiatio prior est filio, cui se coicat per identitatem: ergo etiam est primum coicativum filii. Minor probatur, quia filiatio est pars methaphisica constituens filium: omnis pars est prior toto constituto: ergo etc. Respondetur distinguo maiorem, quia prius est precisse, nego maiorem: quia prius est in persona producente, concedo maiorem. Omitto quod filiationem, utpote partem, esse priorem filio, nego tamen eam prioritatem esse sufficientem ad rationem primi coicativi, quia requiritur alia, vi cuius pratum, quod coicatur existat formaliter prius in persona producente. Quod tamen absoluto filii convenit, et non relativo.

Huius doctrinae ratio est, nam primum coicativum, de quo loquimur, est unde processio dimanat, et vi cuius eadem persona producens, aliquid coicat termino producto: quod presupponi debet in persona producente formaliter existens. Omnis enim coicativa virtus, sicut et productiva debet reperiri formaliter in persona coicante, et producente, prius, quam in actum secundum coicationis, et productionis erumpat. Unde duplex prioritas requiritur in absoluto prato comparatione filii. Prior, quia est pars filii. In qua convenit cum filiatione. 2a quatenus ante ad filii processionem existit formaliter in Patre. Et per hanc differt a filiatione. Est quod primum coicativum ratione huius 2e prioritatis

de termino formali virtutis per quam una persona producat. Caput 11. statuitur vera doctrina caput 1um

Sicut in divinis totum suppositum producens vocatur principium quod, ita totum suppositum productum vocatur terminus qui. Et sicut ea

perfectio, quae formaliter est virtus productiva, seu communicativa, dicitur principium quo productivum, seu communicativum, ita perfectio illa, quae formalissime producitur, vel communicatur, congrue dicitur terminus quo, seu terminus formalis productus, vel communicatus. Quaerimus ergo iam quisnam sit iste terminus.

Et sane Et in persona quae procedit nullum detur praedicatum realiter distinctum ab alio, necesse tamen est in illa reperiri terminum formalem virtutis residentis in persona producente, sicut et illius activae processionis, qua generat, vel spirat. Ratio est quia nec virtus, nec virtutis exercitium potest intelligi sine termino. Quare valde displicent aliqui DD antiqui negantes omnem terminum quo, seu quod idem est omnem terminum formalem divinae virtutis et processionis ad intra. Quia inquiunt, in persona producta, ubi deberet esse talis terminus, non inveniuntur praedicata distincta realiter inter se. Falluntur tamen, quia stante hac indistinctione, potest, imo debet reperiri terminus formalis, ut ex dicendis amplius constabit.

Rursus advertas eundem esse terminum formalem activae processionis, et virtutis per quam una persona producit aliam. Ratio est, nam in genere loquendo, quidquid est terminus virtutis, est terminus rationis formalis, per quam ea virtus exercetur. Et e contra quidquid est terminus huius exercitii, vel rationis formalis, est etiam terminus illius virtutis. Unde perinde est rogare de termino virtutis, ac de termino rationis formalis per quam ea virtus exercetur. Loquor autem expresse de activa processione, nam passiva proprie non habet terminum, eo quod cum illo realiter identificetur. Unde cum in praecedentibus fuerit sermo de virtute ad intra, et de illius exercitio, merito nunc sequitur promiscua dissertatio de utriusque termino. Maioris tamen claritatis gratia quaestionem instituimus de termino virtutis. Ad eius decisionem prae oculis habeatur communis ea divisio de virtute, seu principio quo, tum communicativo, tum productivo.

Iam q statuo 1o: trûs fralis prii quo secundum quod ē virtus precisse coicativa, sicut et divinę processionis, quâ precisse habet raonem coicationis, ē ablutum pratum, et nullo modo relativum. Probatr, q trûs fralis huius virtutis, et processionis ē illud solum, quod tro producto coicatr ex vi processionis: at solum ablutum, et nihil relativum tro coicatr ex vi processionis: g solum ablutum, et nihil relativum ē trûs fralis prii quo, sm quod ē virtus precisse coicativa, sicut et processionis illius, quâ precisse coicatio ē. Totus discursus patet. Neq modo discutio, an et quid coicetr ex vi frali, l ex vi materiali.

Statuo 2o: trûs fralis prii quo, sm quod ē virtus precise productiva, sicut et divinę processionis, quâ habet raonem actiuę productionis, ē solum relativum, et n ablutum. Probatr, nam trûs fralis huius virtutis, et processionis, ē illud solum, quod raone sui producitr: at relativum, et n ablutum raone sui producitr: g relativum, et n ablutum ē trûs fralis prii quo productivi, sicut et processionis, quâ productio ē. Discursus ē mihi certus, nisi de voce contendatur.

Hinc infertur, adequatum trûm fralem divinę virtutis, et processionis ex abluto simul et relativo componi. q trus adequatus ē, qui resultat ex partialibus. Fateor ablute loquendo fralem trûm apud Att n semel stare pro abluto, n pro relativo: Maxe cum expresse n fit mensio de tro producto, l coicato. q nomine trûs fralis intelligunt, quod precipuê intenditr â persona producente; uo intenditr assimilatio, quę fit p ablûta prâta: g tta.

Arguitis Rebr. cap. 2um.

Contra Iam conclusionem obiicies: trûs fralis alicuius virtutis nequit ēē fralitr

fralitr idem cum ea virtute; sed virtus coicativa consistit in abluto: nequit ergo fralis trus huius virtutis in abluto consistere, secluso relativo. Minor ex superiori quaestione constat, ubi diximus, prium coicativum in divinis esse solam perfectionem ablutam. Maior videtr certa, quia prium, et trus debent aliquomodo distingui. Rursus. Inter virtutem, et trum mediat ratio fralis, quâ virtus quoad trum exercetr. Quae sané ratio virtutem respicit, ut trum à quo, trum autem quoad quem exercetr, ut trum ad quem; at trus à quo debet esse distus à tro ad quem: ergo virtus alicuius tri debet aliquomodo distingui à tro.

Rctr, trum virtutis productivae nario distinguendum à virtute, trum autem coicativae virtutis non distinguendum à virtute, nisi ad summum penes connotata. Ratio est, quia virtus fralitr coicativa seipsam coicat, et exhibet. Unde ipsamet est virtus coicans, et trus coicatus. Hinc distinguo maior. Cuius probatio, si de virtute coicativa loquatur, nihil convincit.

Fateor aliqd diversum esse connotandum á virtute coicativa, quâ prium est, et quâ trus, ut sic aliquale genus distionis detr inter prium, et trum saltem ex connotatis. Id autem facilé designatr; nam ablutum pratum, quâ personam producentem connotat, est prium coicativum, et quâ connotat productam, est trus coicatus. Ratio est, nam prium coicativum esse diximus in divinis, quod praeexistens in persona producente, se coicat per identatem personae productae.

Sed advertas hoc argutum solvendum á pluribus existimantibus, pratum ablutum esse prium quo productivum, et trum fralem illius esse narium divinum aliud ablutum. Ex quo sic argumentor. Plus difficultatis

e in eo, q. d. trus fralis idetr realitr, s. p intrum cum virtute producente, q. m coicante: sed primum admittitr: g. tta.

Obiicies praeterea c. 2am solutionem: si trus fralis virtutis generativae solum esset relatio filii, n. esset univoca filii processio; sed hoc e falsum: g. tta. Probatr maior; nam, ut processio sit univoca requiritr, eius trum assimilari prio: sed relatio filiin assimilatr virtuti generativae: g. n. assimilatr suo prio, e contra q. n. e univoca. Minor probatr quia virtus generativa Patris e paterna relatio, cui n. assimilatr relatio filii.

Rtr, virtutem generativam Patris dicere virtutem productivam, quae consistit in relativo, virtutem q. coicativam, quae consistit in abluto. Iam q. licet relatio producta n. assimiletr producenti, propterea q. processio, q. ua productio n. sit univoca, tn. ablute dicitr univoca propter coicationem, q. i cuius trus evadit silis prio. Sicut in superioribus dictum manet.

An trus fralitr productus sit vitalis

C. 12: eligitr negativa senta caput 1um.

Non e dubium, q. d trus fralitr coicatus sit in se vitalis. Ratio e, q. talis trus e intellectio, quae Verbo coicatr, et volitio, quae coicatr Spiritui S. Quare solum in praesenti advertimus, an trus fralitr productus, ea scilicet relatio se habens ex parte 2ae vel 3ae personae, prout a ceteris pratis ablutis dista, sit fralissime vitalis?

Enrriquus de gandavo quod. libeto 6o q. 2o

censuit, eiusmodi terminum esse formalissime vitalem. Et explicuit hac ratione. Nam in divinis agnovit duplicem cognitionem et volitionem duplicem, aliam, quae sit cognitio simplex, aliam vero quae sit conversiva, seu reflectens supra priorem. Illam speculativam, illam practicam vocavit. Cognitionem speculativam docuit esse communem omnibus personis, practicam vero notionalem, et propriam 2ae personae. Hinc defendere tenetur, terminum formaliter productum in 2a persona vitalem esse, quia imbibit cognitionem illam reflexam. Unde vero movetur ad hunc discursum, quod certissimum sit Verbo specialiter fieri quaecumque facta sunt. Quod intelligi nequit, nisi Verbum sit specialis praxis rei faciendae, vi cuius peculiari titulo dicatur in Creaturas influere.

Similiter agnovit idem author in Deo duplicem amorem, alium simplicem, et alium quem reflexivum, seu impulsivum vocat, primum docuit esse communem omnibus personis; illum vero notionalem, et proprium Spiritus Sancti. Quare tenetur dicere illum amorem inveniri in relatione propria huius personae, et exinde relationem esse vitalem. Ad hoc autem idem movetur, ut commode possit explicari, quod Deus medio Spiritu Sancto cuncta creaverit, quia si Mundus v.g. productus esset ex amore tantum communi, non esset cur diceretur specialiter productus per Spiritum Sanctum. Hanc opinionem Henrici refert et confutat Scotus in 1o distinctione 2a quaestione 7a.

Improbabilitatis notam incurrit apud omnes theologos haec opinio, sed omissa qualis censura, quae ferri solet, eam breviter impugno. 1o ex dicendis. 2o nam opera externa sunt a tota trinitate indivisibiliter operante: quia immediata ratio operandi communis est omnibus personis, scilicet eadem potentia, eadem practica

cognitio, idem impulsus, amor, et ttª. 3º nam essentialis cognitio ē infinité perfecta in linea cognitionis, et coentr habet qdqd perfectionis excogitari potest in ea linea; sed n esset talis, si speculativa solum esset et n practica: g practica ē. 4º: si daretr in Deo potia duplex, alia cois qª creabilem, alia notionalis et generabilia, n essent personę equé potentes: g si detr cognitio duplex, alia cois, quę tantum speculativa sit, et alia notionalis, quę praxim respiciat, n erunt personę ęqué cognoscentes; at sunt ęqué cognoscentes, sicut et potentes: g ttª.

Forté ex iacta, et reiacta opinione Henrrici ansam arripuere aliqui RR, ut defenderent trmum fralitr productum in 2ª, et 3ª persona vitalem ēē; nam aiunt extra cognitionem essalem et coēm omnibg personis, quę speculativa, et practica ē, habet g quidquid perfectionis excogitabile ē in linea cognitionis, aliam notionalem in filio reperiri vi cuius cognoscit filius Patrem, et omnes eius perfectiones, qm et omne illud obtūm, ex cuius cogne pse producere petit: silitr ultra volitionem essalem, et perfectissimam, aliam notionalem in Spiritu S cognoscunt, rōne cuius hęc persona spetialitr amat Patrem, et filium, et omne illud obtum, ex cuius amore pse producere petit ex cuiusq opinione. Ex quo fit apertē, qd utraq relatio sit vitalis, q ea quę datr in filio ē notionalis cognio; quę vº in Spiritu S ē notionalis amor. Et ut obiter notes; in quo cōveniat, et differat hęc RRum opinio cum illa Henrrici, cōvenit quidem in eo quod utraq ponit in Deo cognem duplicem, et duplicem amorem, essalem et notionalem, at in eo maximé differt, q d. Enrriquious alqd perfectionis concedebat notionali cogni, qd essali negabat, et eoā quandoquidem notionalem dicebat ēē practicam, et n speculativam, essalem vº speculativam, et n practicam; silitr de amore.

Praedicti vero DD. utramque cognitionem esse dicunt aequalis omnino perfectionis in ratione cognitionis, et in eo solum discriminari, quod essentialis est improducta, notionalis vero producatur. Idem de amore.

Haec sententia nobis excogitata semper mihi displicuit, eo quod nec authoritatis, nec rationis habeat sufficiens fundamentum, et ulterius inferat absurda non contemnenda. Propterea sentio, verum formaliter productam in divinis personis non esse vitalem, quia nec est intellectio, nec amor productus. Prius vero quam ostendam veritatem huius resolutionis adverto, notionalem sapientiam, et amorem notionalem à DD. communiter admitti, licet in alio sensu longe diverso. Nam dicunt, sapientiam notionalem filii non aliud esse quam essentialem cognitionem, ut affectam relatione filiationis. Similiter amorem notionalem Spiritus Sancti esse amorem essentialem, ut affectum spiratione passiva. Cum his quoque in praesenti non contendo; sed cum iunioribus ultra hanc essentialem cognitionem, et amorem, admittentibus aliam peculiarem cognitionem, et amorem, consistentem in formalissima relatione filii, et Spiritus Sancti, quae virtualiter distinguitur à quovis absoluto.

Probatur negativa sententia. caput 2um.

Probatur 1o: non est necessitas admittendi duplicem intellectionem, alteram communem, et essentialem, alteram notionalem, et propriam filii; sed essentialis est necessario admittenda: ergo notionalis neganda. Probatur maior, quaelibet harum cognitionum haberet omnem perfectionem extensive, et intensive cogitabilem in linea cognitionis: extensive quidem, quia tenderet in omne cognoscibile. Intensive autem, quia ex modo tendendi haberet omnem perfectionem cognitionis propriam; ergo sufficeret una, quare non esset necessitas utramque admittendi. Confirmo, nam propter hanc

rationem non admittitur in Deo duplex intellectio communis, vel duplex notionalis: ergo nec una communis, et alia notionalis est admittenda.

Probatur 2°: quia intellectionem essentialem exhaurit in Deo tota, et adaequata virtus intellectiva, siquidem ea habet quidquid perfectionis requiritur intra lineam intellectionis: ergo praeter intellectionem essentialem non est possibilis alia notionalis. Dices: exhauriri intensive, non extensive. Contra, nam essentialis intellectio est infinita extensive, et intensive: ergo per illam exhauritur utroque modo potentia intellectiva. Contra deinde, quia similiter dici posset, ultra intellectionem essentialem, quam omnes damus, esse possibilem aliam essentialem, eo quod per unam non exhauritur extensive, sed intensive tota vis intellectiva. Quin et affirmari posset esse duplicem filium possibilem, eo quod vis generativa divini Patris non exhauritur, nec satiatur extensive, sed intensive unico filio.

Probatur 3°: nam ex ea sententia deducitur, quod ultra beatitudinem essentialem detur in divinis alia beatitudo notionalis, et propria unius personae. Patet, nam ultra beatitudinem essentialem datur in filio specialis cognitio, quae sine dubio pertinet ad beatitudinem. Datur etiam in Spiritu Sancto quidam amor notionalis, qui vel tanquam essentia, vel tanquam complementum ad beatitudinem spectat: ergo datur in filio quaedam specialis beatitudo, quae non est in Patre. Similiter in Spiritu Sancto reperitur quaedam specialis beatitudo, quae non est in Patre, nec in filio. Hinc vero duae consequentiae satis absurdae colliguntur. 1a quod non omnes personae sint aeque felices et beatae. 2a quod beatitudo filii sit maior, quam beatitudo Patris. Quare et speciale gaudium de tali beatitudine dabitur in filio, quod in Patre non reperitur.

Probatur 4°: quia si non est inconveniens spirare nobis amorem ultra communem in Spiritu Sancto, non erit etiam inco-

nenda noba libertate circa productionem Creaturarum; ita ut Spiritus Liber sit quoad Creaturas, tum libertate essali, et coi, tum notionali, et propria; quod satis absurdum est. Illatio probatur; quia nemo minus invenienS in Spiritu S. reperiri duplicem amorem necessarium quoad Deum, quam duplicem amorem Liberum quoad Creaturas.

Urgetur; nam amor divinus in coissimo sensu participat ex obiecto specificativo, et primario, quod est Deus, quandam extentionem ad obiecta creata Existentia Libere amanda. Cumque notionalis amor Spiritus S, quamvis realiter distinctus ab essali, participet, utpote divinus hoc idem obiectum specificativum, et primarium, oportet, ut quatenus distinctus ab essali feratur, et extendatur ad Creaturas existentes libere amandas: ergo quatenus distinctus ab essali, participat nobam, et spetialem libertatem quoad Creaturas existentes.

Probatur 3: nam posito in Spiritu S notionali quodam amore, non erit, cur virtutes morales notionales non ponantur. Sicut enim Spiritus S habet spetialem amorem charitatis quoad personam Patris, qui non reperitur in filio, ut hi RR. propugnant, ita poterit habere spetialem affectum amoris in obiectum formale iustitiae, vel misericordiae, qui non reperiatur in filio. Quare Spiritus S erit magis iustus, et misericors, quam filius; et consequenter non omnes personae divinae erunt aeque iustae, et misericordes. Quod a nullo vellem concedi.

Confirmo: nam amor notionalis ex horum AA. sententia non solum tendit quoad Deum, sed etiam quoad possibilia creata, per modum complacentiae: Ex complacentia spetialis in obiectum formale iustitiae, vel misericordiae secundum se, separatis ab existentia, vel non existentia, procedit: sed haec spetialis affectus complacentiae est sine dubio spetialis virtus moralis: ergo praeter virtutes morales communes, reperiuntur in Spiritu S

aliq notionales.

Probatur 6: nam sicut in Deo ponitur cognitio duplex alia improducta, et producta alia. Cur non conceditur duplex intus, duplex voluntas, duplex Omnipotentia, quin et duplex Divinitas alia improducta, et producta alia? Cur non omnes perfectiones essentiales multiplicantur, sicut multiplicatur cognitio? nulla certe potest assignari ratio discriminis. Nam sicut improducta cognitio, licet infinita sit, relinquit locum ad aliam productam, ita relinquit intus, voluntas, Omnipotentia, imo divinitas. Dices: in filio ponitur intellectio producta, ut per illam referatur ad Patrem, cui per intellectionem essentialem referri nequit. Contra, quia similiter poterit filius referri per Omnipotentiam productam, quoniam per essentialem, et improductam nequeat.

Probatur 7: nam omnis perfectio simpliciter simplex est communis omnibus personis: omnis intuitiva cognitio vel amor Dei est perfectio simpliciter simplex: ergo omnis cognitio vel amor Dei est communis omnibus personis, et consequenter nulla cognitio, vel amor est notionalis, et peculiaris alicuius personae. Consequentia patet, maior est adversariorum primum, quod ego late probavi tractatu 1o quaestione 7 capite quando discutiebam, an relationes dicerent perfectionem?

Neque valet dicere, cognitionem improductam esse perfectionem simpliciter simplicem, non vero productam. Contra enim est, quia non ostendis, cur improducta cognitio sit perfectio, non vero producta. Praeterquamquod ratio improducti non dicit perfectionem simpliciter simplicem, ut patet, in Paternitate, quae licet improducta sit, non est perfectio simpliciter simplex: ergo ratio cognitionis divinae, prout abstrahit a differentiis improductae, et productae habet conceptum perfectionis simpliciter simplicis.

Probatur ultimo, nam

productio cuiuslibet creaturę provenit indiviliter à tota trinitate, ut oēs theologi clamant: unde colligunt et merito, raonem illam, quā Deus producit ad extra coem ēē toti trinitati. Iam ergo ab opposito coentis arguor ad oppositum antis. Si detur cognitio notionalis, vel notionalis amor, n̄ erit coīs toti trinitati, ratio producendi ad extra: ergo productio n̄ erit à tota trinitate. Probatur ans, quia ratio producendi ad extra n̄ solum ē Omnipotia, sed amor, et cognitio; sed amor, et cognio notionalis ē: ergo rao producendi ad extra notionalis, et n̄ coīs ē. Neque dicere valet, solam cognem et amorem essalem ēē raonem producendi ad extra. Nam sine fundto denegatur iste concursus intellectioni, et amori notionali.

Confirmo: nam qd qd sit de raone producendi Si Spiritus S. produceret aliqd per actionem, quā Pater n̄ produceret, Pater esset imperfectus: ergo siliter imperfectus erit si n̄ amet eius existam, vel pobitatem, pactum, quo Spiritus S. id amat. Omitto plura, ut adversariorum funda diluam.

Argunt, et redarguuntur RR. cap. 3.

Argunt 1o: Filius vocatur frequenter à Sanctis PP. sapientia genita: ergo datur in filio sapientia genita; sed essalis sapientia n̄ ē genita: ergo prętr essalem habet filius aliam sapientiam notionalem. Neq valet respondere, filium ideo vocari sapientiam genitam, quia claudit sapientiam essalem, et relaonem notionalem, quę termus ē generaonis. Nam in hoc sensu, posset etiam vocari Deitas genita, cum etiam Deitatem, et relaonem genitam includat, sed hoc ē plus qm falsum: ergo tta.

Priusquam hoc argutum diluam, ad-
vertas illud, qualiter adversarios ferire, nam à SS. PP. non in-
frequenter vocatur filius Deitas genita, quae et ipsa Deitas di-
citur in filio genita; Sic divus Basilius apud S. Thomam opus-
culo 1o contra errores Graecorum cap. 4 ait: ipse filius, quem dat
nobis Pater est Deus de Deo essentialiter genitus, habens in se totam
essentiam Patris genitam. Et S. Athanasius, ut citato loco tes-
tatur divus Thomas sermone 3o Gestorum Concilii Nicaeni,
Patrem aeternum alloquens nomine filii, sic inquit, tunc
ergo Spiritum cum divina essentia à te genita, ipsis hominibus compenso.
Sanctus Hilarius lib. de Sinodis columna 7 ad canonem 3um
Orientalium fatur ita: filius per naturam in se genitam con-
sistit. Et postea: quae ex Patre generata est essentia. Mitto plures
alios Ecclesiae PP.

Iam ergo sic obiicientes redarguo. Sicut filius
dicitur à PP. sapientia genita, sic etiam dicitur essentia, na-
tura, vel Deitas genita; sed ex hoc loquendi modo, qui frequen-
tissimus est inter Patres non colligitur, quod ipsa simplicissima Deitas
in filio generetur, vel quod in filio detur duplex Deitas, alia
genita et producta, alia vero improducta, et ingenita: ergo neque est
colligendum, quod detur duplex sapientia, alia improducta,
et producta alia.

Hinc ad argutum Respondetur 1o, nullum esse in-
conveniens, quod natura, vel Deitas genita dicatur, ut ex dictis constat.
Respondetur 2o: quod cum Deitas, vel Sapientia, vel quodvis aliud praedicatum absolu-
tum dicitur genitum in filio, non accipitur in abstracto, sed in concre-
to filii; nam perinde est dicere filium esse Deitatem genitam, atque
Deum filium esse genitum: et esse Sapientiam genitam, ac esse
Verbum genitum, et cetera. Respondetur 3o: quod Sapientia genita valet
idem in eis locutionibus SS., ac sapientia spetialiter communicata

tro generationis.

Sed predictos iuniores adhuc redarguere lubet. Sicut filius à PP. dicitur Sapientia genita, sic etiam Pater dicitur Sapientia generans; sed ut Pater sit Sapientia generans, non adstruitur in Patre notionalis Sapientia: ergo neque adstruenda est, ut filius sit Sapientia genita. Patet consequentia, quia sicut bene intelligitur, Patrem esse Sapientiam generantem, quin habeat spetialem aliquam Sapientiam, quae sit ex suo formalissima ratione generans, ideoque propria Patris, ita poterit intelligi, filium esse Sapientiam genitam, quamvis in eo non sit aliqua spetialis, et notionalis Sapientia, quam formaliter appellet esse genitam. Maior probatur ex pluribus PP. apud Montoia d. 58 de trinitate dicentibus, filium esse Sapientiam de Sapientia: ergo filius est Sapientia genita de Sapientia Patris generante.

Sed hinc urgebis: ut explicent PP. proprietatem filii notionalem, eumque discriminent ab Spiritu S., docent, illum esse Sapientem de Sapiente: ergo proprietas notionalis filii est Sapientia. Probatur consequentia, quia si filius non esset Sapiens alia sapientia, quam essentiali, non aliter esset Sapiens de Sapiente, quam Spiritus, qui etiam est Sapiens de Sapiente, quatenus includit eandem Sapientiam Patris, et filii, de quibus procedit.

Hanc tu instantiam in adversarios urgeo: quia non aliter filius dicitur à PP. Sapiens de Sapiente, quam Deus de Deo; sed ut sit Deus de Deo, non opus est ut habeat notionalem Deitatem: ergo ut sit Sapiens de Sapiente, non opus est ut habeat Sapientiam notionalem. Consequentia legitima est, et minor certissima, quia nullus Catholicus admittit in filio duplicem Deitatem, aliam communem, et notionalem aliam. Maior probatur innumeris testimoniis apud Raisium citatum videndis.

Ex nostris quoque PP. hanc recentem opinionem

vericientibus aliqui concedunt filium ex sua speciali notione sapientiam esse, non tamen quae sit formalis intellectio, vel cognitio per quam Pater, aut filius reddatur formaliter sapiens, sed quae sit expressio specialis, in qua repraesentative contineantur omnia illa quae Pater perfectissime novit. Sicut vocale Verbum dicitur sapientia vocalis, et verba scripta dicuntur permanens, et aeterna sapientia, quatenus interioris loco subrogatur.

Sed vel ego fallor, vel qui dixerit ita, manus dedit. Nam aliam sapientiam in Deo non agnosco, nisi quae formaliter intellectio sit, et cognitio. Neque aliud est sapientia reddens formaliter subiectum sapiens, quam intellectualis expressio repraesentative continens obiectum, at expressio repraesentative continens obiectum, quae conceditur notioni filii, non est vocalis, aut scripta: ergo intellectualis: ergo per illam redditur filius formaliter intelligens, et sapiens.

Fateor quod PP. eo loquendi modo contendere notionem filii explicare, qua distinguitur a Spiritu S.: potest tamen hoc fieri seclusa notionali sapientia; nam idem est dicere, quod filius sit sapiens de sapiente, ac quod in filio detur specialis notio petens ex suo formalissimo conceptu, qua distinguitur a notione Spiritus S., quod in filio detur sapientia, quod quod illa sibi communicatur ex vi formalis processionis, quod certe Spiritui S. non convenit, en facilis PP. explanatio sine sapientia notionali.

Alia Argumenta. Cap. 4.

Arguunt 2.o praedictae sententiae fautores; Verbum est intellectio producta; filius est Verbum: ergo filius est intellectio producta; sed essentialis intellectio non est producta: ergo praeter essentialem intellectionem, datur alia notionalis in filio. Thomistae negabunt maiorem. Ratio quia Verbum apud ipsos non est intellectio producta, sed tamen .. intellec

tione realiter productus. Non tamen est huius loci praedictam sententiam apud me falsissimam impugnare. Distinguunt alii duplex Verbum: aliud, quo sibi quisque loquitur, et aliud quo loquitur alteri. Quidquid sit de primo, dicunt, hoc secundum non esse intellectionem productam. Iamque Filius non est in horum sententia Verbum, quo Pater sibi loquitur, et formaliter intelligit, sed quo loquitur alteri quaecumque supponuntur ab ipso formaliter intellecta. Propterea ergo non inde colligitur, Filium quia Verbum esse intellectionem productam. Infra autem discutiemus hanc doctrinam, cum sermo sit de 3a persona, quae Verbum est.

Facilius ergo Respondetur, Verbum quidem esse intellectionem productam, sed non per unicam formalitatem, quae simul, et indivisibiliter sit intellectio, et producta; sed per duas, quarum una sit intellectio non producta, alia vero sit relatio producta. Sed adverte, has duas formalitates non per accidens, sed per se coire ad componendum Verbum, quia licet sint duae virtualiter distinctae, se adinvicem exigunt, et ordinantur.

Hinc plura solves, quae contra certari solent ab his DD. Imprimis nobis instant: Spiritus Sanctus non est realiter Verbum: ergo constitutivum aliquod Verbi deficere necessario debet a Spiritu: sed non admissa intellectione notionali, nullum realiter deficiet: ergo. Probatur hoc 2um antecedens, quia non admissa intellectione notionali, Filius erit Verbum, quia communicatur illi formaliter essentialis intellectio; sed eadem intellectio realiter communicatur Spiritui S.: ergo Spiritus habet realiter omnia constitutiva Verbi. Simile argumentum formatur de Spiritu S. Nam ille sic est amor spiratus, ut nec realiter id conveniat Filio: negato vero amore notionali, solum erit amor spiratus, quia communicatur illi ex vi formali amor essentialis, qui sane realiter Filio communicatur.

Respondetur, quod etiam non admissa intellectione

l. amore notionali, deficit realiter Spiritui S. constitutivum aliquod Verbi, et Verbo constitutivum aliquod amoris spirati, nam Verbum, ut tale constituitur ex illa notionali, seu relativa perfectione Verbi, quae nec realiter est in Spiritu S. Similiter amor spiratus constituitur partialiter ex passiva spiratione, quae nec realiter est in Filio. Sicut ergo Filius, et Spiritus S. ita realiter distinguuntur, ut in uno sit praedicatum, quod nec realiter est in alio, sic Verbum, et amor spiratus.

Instant praeterea: dictio formaliter sumpta, pro ea scilicet perfectione, per quam aliquid dicimus, est enuntiatio producta ab eo qui dicit; sed Filius est dictio formalis, per quam aeternus Pater cum omni proprietate dicit: ergo Filius est enuntiatio producta: sed essentialis enuntiatio non producta: ergo praeter enuntiationem essentialem datur alia notionalis in Filio.

Respondetur dictionem esse enuntiationem productam, vel per unicum, vel per duplicem conceptum. In creatis idem conceptus enuntiationis est, qui producitur, at in divinis alter conceptus est enuntiatio, et alter est, qui producitur, nam Filius est dictio, quatenus componitur ex enuntiatione improducta, et producta relatione, de quo coniuncto simul, et in obliquo accepto verificatur esse enuntiationem productam. Eo modo quo praedicatum coniunctum est enuntiatio producta, verificatur de Filio, quod sit dictio.

Sed adhuc instare possunt: formalis dictio determinate petit terminum, ut proprium sui; sed si constituatur ex duobus conceptibus, quorum alter sit enuntiatio non producta, et alter sit relatio Filii producta non petet terminum determinate, sed indifferenter a quolibet principio fluere poterit; ergo etc. Minor probatur, nam ea Filii relatio, sive consideretur secundum communissimum, sive secundum specialem subsistentiae conceptum, est indifferens, ut a quolibet principio procedat.

Petr distq marem: Latrate petit intellectum, ut prium coicativum sui; Dcedo marem: ut prium productivum, neq marem q nec intrus, nec ulla perfectio absluta ē prium productivum ad intra, ut s. diximus. Et in hoc sensu neganda ē minor. Ad cuius prbaonem Reo falsissimum ee, relaonem filii, sm quod ē talis subsista spetialis, habere indifram, ut ex hoc, l illo prio procedat; tn n habet, nisi detrationem, ut ab hoc pecu liari procedat, a quo defacto provenit quod xa meam sentam ē Paterna relatio. Dictio q latrate petit intrum Patris, ut prium coicativum, et eius relaonem ut productivum.

Cętere obiectiones. cap. 5.

Argunt ulterius 3o: illa perfectio propria filii n habet ex sua raone frali, et individuali ee q[u]id precise productum. Nam hoc etiam Dvenit proprię relationi Spiritusl: debet q aliqd ultra habere. Sed tn ē aliud pretra gnem, et notitiam obti: debet q ex se dicere notitiam obti. Probatr hoc Lum ans: nam si posset aliqd ultra dicere maxe Dceptum subsistę l oppotionis cum aliis relationibus; at hic uterq Dceptus ē cois oibus relaonibus: q ut illa relatio propria filii dicat spetialem Dceptum, tn cuius distinguatr a cęteris relaonibq, opus ē, ut ex sua raone frali sit expressio, l cognitio.

Hoc tn argutum evidentr obiicientes urget. Nam illa perfectio propria filii, pretr ee producta, aliqd ulterius dicere debet, quo distinguatur, n solum a reliquis perfectionibq relativis, et notionalibus, sed etiam absolutis: hoc autem ee nequit sola notitia, l expressio, q hoc pratum Dvenit potius cum essali

cognitione: non quod assignant constitutivum, et distinctivum sufficiens illius relaonis, etiam admissa notionali sapientia, vel cognitione.

Quare dicendum est indenter ab ista notia, vel expressione habere propriam illam relaonem filii perfectum sufficiens, quo constituatur, et distinguatur à ceteris relaonibus, nam licet hec perfecta ult esse producta, esse subsistam, esse oppositam coia sint utrique relationi, tn esse subsistam terantem generationem, et constituentem primum quod spiritus, non convenit alteri relationi, proinde per ea ratione illius differt relatio filii à quavis altera relatione; sed in isto conceptu non afferetur obtinotia, vel expressio: quo indenter ab illa potest explicari differentia relaonis filii à ceteris relaonibus.

Arguunt 4. nullum ens constituitur precisse per oppositionem cum alio, sed per talia perfecta, que formaliter imbibant eam oppositionem: quo perfectio propria filii non constituitur precisse per oppositionem cum Patre, sed per aliquod aliud imbibens eam oppositionem; hoc autem est intuitiva notia Patris: quo perfectio propria filii dicit in suo formalissimo conceptu notiam intuitivam Patris.

Retr argumentum esse nullum: 1º quia non ostendit, cur sola notia intuitiva Patris imbibere possit in filio oppositionem cum Patre. 2º quia falsam est, intuitivam notiam Patris imbibere in suo conceptu oppositionem cum Patre. Ut patet in absoluta cogne, que non habet oppositionem cum Patre, sed illi potius realiter idatur, et adhuc est intuitiva notia illius. Neque valet dicere, notiam intuitivam Patris à Patre productam includere oppositionem cum Patre, quia iam perfectio propria filii, non quia est notia Patris, sed quia producitur ab illo, habebit oppositionem. Praeterquam quod etiam dicere posses, Omnipotiam à Patre productam habere oppositionem cum Patre, et consequenter illam

illa

illa constitui perfectionem propriam filii. Nam q asserere, perfectionem filii propriam ee trum actualitr procedentem a Patre, et ea inde sufficientr illi opponi.

Argunt

deniq: perfectio propria filii e relatio realis actualis a Patre: q e notia Patris. Ca probatr, q seclusa hoc prato, solum erit trus producibilis, l productus a Patre: sed ee trum producibilem, l productum a Patre, n dicit relationem realem actualem ad Patrem: q seclusa notia Patris, n erit relatio realis actualis ad Patrem; minor probatr, q ens oro ablatum, et nullo modo respectivum habet ee trum producibilem, l productum ab alio.

Retr

concesso anti, negando cam: ad eius probanem distq marem: solum erit trus utrumq producibilis, l productus a Patre; neq cmarem, producibilis, et productus p se ipsum; Ccedo marem; Et hoc sufficit, ut ille conceptus sit relativus, q requirit intelligi rem p se ipsam ab alia procedere, qm referatr ad illam actuali reali que respectu, q natus requirit eius existam, et realem distionem ab illa.

Notes q; Patrem ex hoc etiam capite dicere relaonem ad filium, q p se ipsum producit filium: ex superius dicta. Notes preterea, notiam intuitivam Patris n ee relaonem realem actualem ad Patrem. Ut patet in essali notia Patris, que n e relatio realis ad Patrem: Unde filius ex hac precisse notia habere n potest relaonem ad Patrem; sed de relationib iam sermonem instituamus.

De relaonib divinarum Personarum tractatus. An intr Personas dentr relaones reales? Q. Statuitr pars affirmativa. Cap. Lam

De relationibus divinarum personarum tractatus 3us.

An inter personas dentur relationes reales. Questio prima.

Statuitr pars affrativa. Cap. 1um.

Non loquimur de relaone Dei ad creaturas, sed de relaone uniuscujusque personę trinitatis ad aliam. Et quęrimus, an in una persona detr ad aliam vera realisq relatio? Ferè certo iam constat pars affrativa, quam ēē de fide putavit S. thomas q 8 de potia arualo 2 his verbis: dicendum, q sentam fidei catholicę sequentes, oportet dicere, in divinis relaones reales ēē. Id quod etiam docuit in 1o ad Anibaldum distione 26 q 2a arualo 1o, ubi sic inquit: Reo dicendum, q sm omnes catholicos necesse ē, in divinis relones ponere: alitr necessē ē incidere in heresim Arrii, l. Sabelii. Ubi loquitr S doctor de relaonibq realibq quas isti negabant, n de relaonibq raonis, quas admittebant.

Probatr hec veritas ex Conciliis: nam tholetanum 11 in confessione fidei sic habet: in relativis vo personarum noibus Pater ad filium, filius ad Patrem, Spiritus S ad utrosq refertr, quę cum relative tres personę dicantr, una tn natura, l. substantia creditr. Et inferius In relatione n personarum numerus cernitr. Et florentinum sess. 16 post medium ait, sola nanq relatio, quam pralem habitudinem

superius nominavimus, apud omnes tam Graecos, quam Latinos DD divina processione personas multiplicat. Et postea. Relationes huiusmodi personas multiplicant, ita ut non ulla alia ratione, quam vi relationis Pater a Filio, ac una persona ab alia differant.

Probatur ulterius ex PP. Nazianzeno, Athanasio, Cyrillo, Boëtio, Anselmo, et aliis, quorum testimonia vide penes eruditum Patrem Montoya de Trinitate D. nona. Solum Bernardum, et Augustinum non omittant. ille namque Epistola 190 ad Innocentium loquens de divinis personis sic ait: non quod est, sed quod ad Filium est, Patris nomine designatur. Augustinus etiam lib. 5 de Trinitate cap. 5, sic inquit: quia Pater non dicitur Pater, nisi ex eo quod est ei Filius, et Filius non dicitur, nisi ex eo quod habet Patrem, non secundum substantiam haec dicuntur: quia non quisque eorum ad seipsum, sed ad invicem, atque ad alterutrum ista dicuntur.

Probatur denique rationibus: 1a: quando cumque duo ita conectuntur, ut unum existere nequeat sine actuali existentia alterius, habet relationem realem ad illud: ita conectuntur Paternitas, et Filiatio, Filiatio, et Paternitas, ut nec Paternitas existere queat sine actuali existentia Filiationis, nec Filiatio sine actuali existentia Paternitatis: ergo Paternitas habet relationem realem ad Filiationem, et Filiatio ad Paternitatem. Rursus, nec Spiratio passiva potest existere sine actuali existentia Paternitatis, et Filiationis, nec Paternitas, et Filiatio sine actuali existentia Spirationis: ergo passiva Spiratio dicit relationem realem ad Paternitatem, et Filiationem, et econtra Paternitas, et Filiatio ad Spirationem. Maior in qua fundatur totus hic discursus patet in omnibus rebus, quae cum aliis conectuntur, ubi titulo solius conectionis admitti solet ab omnibus relatio realis.

2a ratio: prium,

ut actualiter producens terminum, dicit veram relaonem ad illum, et terminus etiam, ut actu productus à principio, refertur ad illud; Pater per se ipsum est primum actu producens filium, et filius est terminus per se ipsum actu procedens à Patre; ergo Pater dicit veram relationem ad filium, et filius ad Patrem. Consequentia patet, minor constat ex supra dictis, ubi statuimus, generationem activam in Patre reperiri, passivam autem in filio. Maior certissima habetur, in qualibet causa ut producente, et effectu, ut producto.

3a ratio: quia in divinis ubi non est relatio non est distinctio; sed inter personas est distinctio: ergo inter personas est relatio. Consequentia patet; minor est de fide. Maior constat ex illo communi, decantato que proloquio, in divinis omnia sunt idem, ubi non obstat relaonis oppositio. Quare Pater esset idem cum filio, si non impediret eam identatem aliqua relatio medians inter utrumque.

4a denique ratio à priori: quia relatio secundum Philosophum et omnes DD non est aliud, quam habitudo unius ad aliud; et vera relatio, vera habitudo. Quare dum entitas habet suum esse penes aliquem terminum dicitur habere relaonem realem ad illum; ut vitalis actus ad obiectum, causa ad effectum, non solum quia producit actualiter, sed quia potest illum producere, praescindendo ab actuali productione; sed Pater Æternus dicit habitudinem ad filium quia potest illum generare, de facto que generat per se ipsum; ergo habet relaonem realem ad filium.

Non nulla obiecta. Cap. 2um.

Quamvis adeo certa sit veritas in praecedenti cap. statuta, Guillermus tamen Parisiensis tractatu de trinitate universaliter censuit, nullam nec in divinis, nec in creatis esse relaonem realem, sed eos tantum habere fictitium et obiectivum esse. Gabriel etiam,

et Ocamus, nobilissimi Nominales in 1o distione 2a q. 4 conclutione 3a pro habile indicarunt, in Deo nullam inveniri relaonem realem. Oportet ergo eorum funta discutere.

Primum sit, ea raone Pater in divinis refertr ad filium, qua Dominus in creatis refertr ad servum; sed non refertr Dominus ad servum per veram, et realem relaonem, sed per relaonem raonis, et tantum dici: ergo nec Pater ad filium. Retr, neg. maiorem, quia Pater in divinis est Pater ex natura rei potens generare, actu q. generans filium, at in creatis nullus est Dominus alterius ex natura rei. Quare denoatio, relatioque dominii solum est moralis, quamvis in aliquo phico fundetr; at denoatio, relatioque Patris est realis, et phisica. Multumque distat utraque relatio.

2um funtum: Deus est prium productivum creaturarum, et adhuc non habet relaonem realem ad Creaturas, sed tantum relaonem raonis, seu tantum dici, quamvis reipsa qualis funtum probet, ut ibi relaonem concipiamus, quamvis reipsa non detr: ergo licet Pater sit prium productivum filii, non sequitr, ut ad illum habeat relaonem veram, et realem. Retr, Deum quia potest producere Creaturas, habere relaonem veram, et realem ad illas, quamvis ea relatio sit immunis ab omni conexione, ut in Materia de Scientia docui. Quare potius hinc argutum novum conficitr pro nostra senta: quia si Deus habet relaonem realem ad Creaturas, quae sunt inferioris ordinis, eo quod posit illas producere, quamvis non conectatur cum illis, a fortiori dicet Pater Eternus ad filium eiusdem ordinis, et cum quo methaphisice conectitr, eo quod posit illum generare.

Retr deinde quod licet Deus non habeat relaonem realem ad Creaturas, adhuc eam habere debet Eternus Pater ad filium. Ratio est aperta.

Nam ideo Deus non haberet relationem ad Creaturas, quia non conecteretur cum illis, eo quod sint inferioris ordinis; at Aeternus Pater conectitur cum Filio, nec Filius est inferioris, sed eiusdem ordinis, id est eiusdem naturae cum Patre: ergo etc.

tandem Relationem

omittendo, quod nec Deus ad Creaturas, nec Aeternus Pater ad Filium realiter referantur. Ad huc tamen negari nequit, Filium ad Patrem referri, tanquam ad principium, a quo procedit. Sicut Creaturae nullo dubitante, referuntur ad Deum, tanquam ad sui causam, quidquid sit, an e contra Deus referatur ad Creaturas.

3um punctum: relatio per quam una persona referretur ad aliam, vel esset realis secundum conceptum in, vel secundum conceptum ad, nullo modo potest esse realis: ergo etc. Relationem, utroque modo realem esse, ut in sequentibus ostendo.

Conceptus in relationis est realis. Cap. 3.

Distinxit Caietanus, et ex eo reliqui theologi duplicem conceptum in divinis relationibus et conceptum in, et conceptum ad. Conceptus in est habitudo relationis ad essentiam divinam, quam aliquo prioritatis genere supponit, et cui realiter identificatur. Iste conceptus est communis, tam absolutis, quam relativis perfectionibus, quia in utroque reperiri potest; stat enim optime, quod perfectio sit absoluta, et quod naturam divinam per identitatem afficiat. Unde relatio, quatenus talis non intelligitur sufficienter, et adeoque constituta per conceptum in. Conceptus ad est habitudo relationis ad terminum respectum. Et hic conceptus est propriissimus, et differentialis relationis. Et quidem utrumque conceptum esse distinguibilem in quavis relatione mihi certissimum est, quia relatio hoc ipso, quod talis sit, est ordo, vel habitudo unius ad aliud. Unde e contra respicere debet unum, et aliud.

Cum ergo statuerimus, divinas relationes esse reales, merito, quaerimus, an secundum conceptum utrumque sint reales? in praesenti casu dicemus de conceptu *in*. In subsequenti vero de conceptu *ad*. Pauci quidem RR nobiliter opinantur, quod licet conceptus *ad* sit realis, tamen conceptus *in* est rationis. Oppositum vero defenditur a ceteris theologis, qui licet quoad conceptum *ad* sint discordes, unanimiter tamen propugnant, conceptum *in* esse realem. Hoc ego verissimum iudico.

Et probo, quia conceptus *in* est habitudo divinae relationis ad naturam; haec habitudo realis est: ergo conceptus *in* realis est. Probatur minor; haec habitudo non est aliud, quam identitas relationis cum natura divina; sed identitas realis est: ergo ea habitudo realis est. Minor, et consequentia patent, maior probatur, nam habitudo relationis ad naturam non est physica, qualem habet accidens vel u subiecti, sed methaphysica, et per identitatem. Unde conceptum *in* abstractissime sumptum, ego claritatis gratia dividerem in physicum, et methaphysicum; physicum vocarem unionem, per quam forma subsistentialis, vel accidentalis informat subiectum; methaphysicum autem identitatem, vi cuius secundaria perfectio realiter identatur cum primaria, quam praesupponit, et denotat.

Dices: hanc identitatem realem non esse formaliter conceptum *in*, sed fictum, ut noster intellectus illum fingat, qui proinde non est realis, sed rationis. Contra, nam identitas est formaliter habitudo relationis ad naturam, seu ratio formalis, per quam relatio naturam afficit: ergo est formaliter conceptus *in*. Contra praeterea, nam seclusa quavis intellectus nostri fictione datur in relatione formaliter conceptus *in*, alioquin non esset ibi distinguibilis duplex ille conceptus *in*, et *ad* contra suppositum, quia praedicatum, quod in re non datur, nequit ab alio eiusdem rei per intellectum distingui: ergo conceptus *in* non est labor intellectus nostri, sed realiter

existit in re, et ratione. Contra denique, nam cum intrus cognoscit illum conceptum in, vel cognoscit aliquid, quod est in re, vel non cognoscit? si primum, habeo intentum. Si 2um, rogo quid cognoscit?

Forte rebis cognoscere quod est in re, sed non eo modo, quo est in re, nam cognoscit identitatem existentem in re, sed tamen eam cognoscit per modum inhesionis, et naturam per modum subiecti, relationem autem quasi formam realiter actuatem, et informantem naturam, non quod intrus afferat identitatem esse inhesionem, sed quod ex parte actus, et ex modo tendendi sic eam apprehendat, quia utitur speciebus inhesionis accidentalis. Unde tunc nulla datur fictio ex parte obiecti, sed ex parte actus.

Non tamen satisfacis 1o, quia conceptus in consistit in eo quod apprehenditur, non in modo apprehendendi; sed quod apprehenditur per te reale est: ergo conceptus in realis est. 2o quia falso dicitur, intrum ad cognoscendam illam identitatem uti speciebus inhesionis. Cur non speciebus identitatis non poterit? Item, cur e contra non dices uti speciebus identitatis ad inhesionem cognoscendam? quod si hoc admittas, numquam poterit intrus absque fictione formali cognoscere inhesionem. Quod nullus dixit. 3o, nam intrus dum identitatem cognoscit, advertit illam non esse accidentalem inhesionem, et saepius id expresse negat: ergo nequit tunc identitatem ad modum inhesionis accidentalis cognoscere. 4, nam saltem Deus absque ulla prorsus fictione cognoscit eam identitatem.

Sed instas; conceptus in divinae relationis est respectus ad naturam. Hic respectus nequit esse realis, quia non est ad terminum realiter distinctum ergo est rationis. Item conceptus in est proprius accidentis, quia est informatio formae accidentalis; at nihil proprium accidentis potest esse realiter in divinis relationibus: nequit ergo conceptus in esse realiter in divinis relationibus,

et coentr solum ē fictitiē. Sed ex iam dictis evanescunt hec omnia. q̃ conceptus in relaonis ē tantum identitas realis cum natura: quare sicut hec identitas n̄ ē proprie respectus, nec informatio, sic ɔceptus in respectus n̄ ē, nec infratio.

Deniq̃ ɔᵃ hos RR. urgeo raones, quibq in cap. subsequenti probabo, ɔceptum ad ēē realem; nam equalitr omnes urgent pro conceptu in. Preter quam quod ad hominem arguo ɔᵃ ipsos admittentes ɔceptum ad ēē realem. ideo ɔceptus ad ē realis p vos, q̃ claudit essalitr in relaone reali; sed etiam claudit conceptus in: q̃ nimis in coentr negatr, quod sit realis. Neq̃ valet dicere, ɔceptum in ēē genericum, et coem enti relativo, et abluto, ɔceptum vᵒ ad ēē diffrālem, et proprium entis relativi. Quia licet genericus sit requirit relaationem realem constituere. Sicut lus, quod p fictionem esset animal, p fictionem esset homo, quaris realitr esset raonale.

Conceptus ad relaonis ē realis. Cap. 4.

Conclusio hec ē cois, licet à plerisq̃ thomistis negetr; probatr 1ᵒ. diviæ relaones st reales: ergᵒ conceptus ad ē realis: probatr cōa, q̃ conceptus ad ē proprissimus, et diffralis relaonis q̃ repugnat, relaonem ēē realem, et ɔceptum ad n̄ ēē realem, sicut repugnat, entitatem ēē realitr hoem, et ɔceptum raonalis in illa n̄ ēē realem; sed raonis. Confro, nam, ut relatio sit realis opus ē, quod seclusa quavis operaone intrus habeat in re qd qd essalitr illam in ēē relaonis ɔstituit, et ab ente abluto discernit; sed relaones diviæ st reales: q̃ seclusa quavis operaone intrus habent in re qdqd essalitr eas constituit

in ēē relaonis, et ab ente abluto discernit; sed Dceptus ad constituit relaonem in ēē talis, et ab ente abluto discernit: ḡ relaones diuḡ habent in re, seclusa quavis intrus operaone Dceptum ad. totus discursus patet.

Confro præterea: qd qd idatr realitr cum ente reali reale ē; Dceptus ad idatr realitr cum ente reali: ḡ Dceptus ad ē realis. Coa patet; maior ē certa, nam id quod ē fictum nequit ēē realitr idem cum n̄ ficto, seu reali. Minor probatr, nam in primis Dceptus ad idatr realitr cum relaone ipsa, quæ ēx dicta realis ē; Item idatr realitr cum Dceptu in, quem hi DD supponunt ēē realem.

Probatr 2°: nam id raone cuius Pater differt à filio reale ē; sed à filio differt p Dceptum ad: ḡ Dceptus ad ē realis. Coa patet, maior ē indubitata, nam diffra Patris à filio realis ē, et fundans realem distionem, minor probatr, nam Pater differt à filio p relaonem Paternitatis, n̄ sm Dceptum in: ḡ sm ad. Probatr hæc minor, q̄ potius in Dceptu in Dvenit Pater cum filio, nam iste Dceptus ē identas realis cum Essâ, quam identatem n̄ minus sabit relatio filii, q̄m Patris.

Confro: qd qd ē in Patre secluso ad ē ablutum et cōe; sed præter omne ablutum et cōe habet Pater aliqd reale sibi proprium, et n̄ cōe: ḡ Dceptus ad proprias Patris ē realis; minor patet, q̄ Pater n̄ dedit filio qd qd reale habet, sed aliqd dedit, et aliqd sibi reserbavit. Maior probatr, q̄ nihil Patris secluso ad ē relativum, cum omne relativum in ēē talis p ad Dstituatr, et ab abluto discriminetr: ḡ qd qd in Patre detr secluso ad erit ablutum, et cōe, n̄ relativum, et proprium.

Probatr 3°: si Dceptus ad n̄ esset realis, sed raonis, Mysterium Tritis n̄ p esset reale; sed raonis, hoc â Viro Catholico nequit asstrare.

q. conceptus ad est realis, et non rationis. Maior probatur, quia Mysterium trinitatis constituitur ex concepta ad, quatenus una persona respicit aliam; hoc enim respectu secluso, trinitas destrueretur: ergo si respectus iste non sit realis, Mysterium trinitatis non erit reale. Patet consequentia, nam ut aliquod ens non sit absolute reale, sufficit, si unicum eius praedicatum non esse reale.

Solvuntur argumenta. cap. 5.

Sed thomistae sic obiiciunt; nihil commune relationi reali, et rationis potest esse reale; conceptus ad est communis relationi reali, et rationis: ergo conceptus ad nequit esse realis. Consequentia patet. Maior certissima videtur, quia nihil reale potest esse commune enti reali, et rationis; maxime si sit praedicatum per identitatem conveniens, quia iam ens rationis esset ens reale. Conceptus vero ad per identitatem convenit suis inferioribus. Minor probatur, quia conceptus ad est respicere terminum, sed respicere terminum est commune relationi reali, et rationis: ergo conceptus ad est communis relationi reali, et rationis. Minor probatur, quia relationi rationis convenit etiam respicere terminum.

Quis vero non videat, hoc eodem argumento probari, conceptum in non esse realem, quia communis etiam est relationi reali, et rationis, cum relationi rationis conveniat esse in subiecto, sicut convenire dicitur respicere terminum. Quare omissa mari, neque morem, ad probationem dico, respicere terminum non convenire proprie relationi rationis, convenire autem relationi reali, propterea quia non est praedicatum utrique commune. Non secus ac ens rationis non est proprie ens, ideo quia non convenit in esse entis cum ente reali, neque ratio entis est praedicatum utrique enti commune. At conceptus in communis non est utrique relationi, quamvis aliquo modo licet improprie conveniat relationi rationis. Ratio a priori, nam ut praedicatum sit pluribus commune, requiritur, quod in eis proprie dicatur.

Obiiciunt præterea: si conceptus ad esset realis, vel esset substa, vel accidens; neutrum potest esse: ergo. Minor probatur; non substa, quia conuenire non posset accidentali relationi creatæ. Non accidens, quia si conceptus ad, ut præcisus ab in esset accidens, esset inhærens: ergo iam, ut præcisus ab in clauderet conceptum in, quod est implicatio. Hoc argumentum, non tam probat, conceptum ad non esse realem, quam non esse præscindibilem a conceptu in. Cuius oppositum in præsenti supponitur.

Respondetur ergo conceptum ad communissime sumptum esse realem, et adhuc nec esse substa, nec accidens, sed ab utroque suspendi. Sicut conceptus entis suspenditur, et præscinditur a substa, et accidenti, licet realis sit. Unde conceptus ad relationis divinæ genericæ sumptus, nec est substa, nec accidens, et per illum conuenit relatio divina cum relatione creata, sive substantiali sive accidentali. Conceptus autem ad substantialis repertus in divina relatione, non est communis omni relationi, neque per illum conuenit relatio divina cum accidentali relatione creata.

De numero divinarum relationum Quæstio 2a

Dantur in Deo quatuor relationes per modum actus primi. caput unum.

Non loquimur in præsenti de quibuslibet relationibus divinis, sed de iis tantum, quæ productiones vel origines concernunt, et vocari solent relationes originis. Unde non agimus de relatione similitudinis, æqualitatis, et aliarum, quæ non pertinent ad productionem. Hac iacta cautione statuunt in Deo reperiri quatuor relationes per modum actus primi, quod sic intelligas. Nam in Patre, quatenus potest generare Filium, datur

relatio ad filium, et in filio, quâ potest à Patre generare, datr relatio ad Patrem, in Patre rursus, et in filio, quâ possunt spirare 3am personam, datr relatio ad illam. Tandem e. in 3a persona, quâ spirari potest, et produci à Patre, et filio, datr relatio ad utrumq; sed istę relaões st quatuor: ergo dantr intr personas divas quatuor relationes p modum actus primi. Neque modò curo distinctionis genus, quod intr has relaones reperitr, nam de hoc infrà.

Probatr hęc resolutio, q. virtus, quâ Pater potest generare filium, consistit in solo relativo Patris, et potia quasi passiva, quâ filius potest à Patre generari consistit etiam in solo relativo filii. Rursus qd 3a persona sit producibilis, et spirabilis à Patre, et filio, consistit in sola relaone Spiritus S. Quod autem Pater, et filius, tanqm unicum princm queat producere Spiritum S, consistit in relaone spiratoris, quę cois ē Patri, et filio, ñ autem Spiritui S. Constant hęc omnia ex tractatu proxe precedenti.

Sed contratram plius iacta resolutio, q. relatio ñ ē aliud, qm ordo, l habitudo ad trum realitr distum, Pater, quâ potest generare filium, et filius, quâ potest genitum ē, in te generari à Patre. Rursus ergo Pater, et filius, quâ possunt spirare 3am personam, et 3a persona, quâ spirari potest à 1a et 2a dicunt ordinem, et habitudinem ad trum realitr distum, ut evidens ē: q dicunt relaonem dantr ergo intr personas divas quatuor relaones p modum actus primi.

Confirmatr deinde: qd nd ñ ē in tribus personis, ē relativum, posse generare, l generari, posse spirare, l spirari,

non est ex tribus personis: quod relativum est. Totus discursus patet, et ultimo ostenditur, nam id ratione cuius una persona distinguitur ab alia relativum est, Pater, quia productivus Filii distinguitur a Filio, Filius quia producibilis a Patre distinguitur ab illo. Rursus quae Pater et Filius, quia producere possunt Spiritum Sanctum ab eo distinguuntur, et Spiritus Sanctus ab eis distinguitur quia potest ab eisdem produci. quod posse producere, et produci, quod relativum est in his personis.

Dices: Licet in Deo reperiantur tres relationes personales, qualis est Paternitas, filiatio, et passiva Spiratio, non tamen datur activa Spiratio, dista a Paternitate, et filiatione. Fateor ita sentire non nullos authores antiquos. Secundum quem sentiendi modum erunt in Deo tres duntaxat relationes per modum actus primi, quia Spiratio activa numerum non augebit, si semel idem formalissime dicatur esse cum Paternitate, et filiatione. Sed admittendam esse 4am relationem Patri, et Filio, non autem Spiritui Sancto, quam vocamus activam spirationem his argumentis breviter ostendo.

Primo, quia si Paternitas esset virtus partialiter spirativa, esset imperfecta in linea virtutis spirativae, quia non diceret omnem perfectionem excogitabilem in hac linea, sicut si daretur in Deo cognitio, quae realiter non esset omnium obiectorum expressio, sine dubio esset imperfecta in linea cognitionis, quod Paternitas nequit esse virtus partialiter spirativa cum filiatione. Hoc idem argumentum formo de filiatione, quae censebitur imperfecta, si dicatur esse virtutem non adaequatam, sed partialiter spirativam cum Paternitate, non quod potest admitti, discerni spirationem activam in duas relationes realiter distinctas Patris, et Filii.

Secundo nam in divinis ubi non datur oppositio, non datur divisio, seu distinctio; sed Pater, et Filius, quia possunt producere Spiritum Sanctum non opponuntur: ergo in ea formalissima ratione scilicet quia possunt producere Spiritum Sanctum,

non dividuntur, vel distinguuntur. Consequentia patet, maior est certa. Nam in divinis omnia sunt idem ubi non datur oppositio. Minor probatur, nam oppositio, quae causat in divinis distinctionem, vel divisionem, est producentis, et producti; sed Pater, et Filius, quatenus possunt producere Spiritum Sanctum non habent rationem producentis, et producti; ergo non habent oppositionem, minor probatur, quia neque Pater producit, neque producitur a Filio, sub eo formalissimo conceptu, quo possunt producere Spiritum Sanctum.

Tertio; nam Pater, et Filius sunt unicum realiter principium Spiritus Sancti; sicut definitur in Concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo cap. unico de summa trinitate. Et Florentino sessione 24. ergo principium quo Spiritus Sancti, de quo ibi sermo habetur, unicum est, ergo non duplex, et divisum in Paternitatem, et Filiationem realiter distinctas. Videatur P. Montoya d. 26 de trinitate

Obiectiones adversae. Cap. 2um.

Obiicitur 1o: nequeunt esse plures relationes reales sine reali distinctione; non dantur in Deo quatuor relationes realiter distinctae: non ergo dantur quatuor relationes reales per modum actus primi. Probatur minor, quia spiratio activa non distinguitur realiter a Paternitate, et filiatione, sicut infra dicetur. Confirmatur, quia si darentur in Deo quatuor relationes reales, daretur quaternitas quod est damnatum Concilium Lateranense sub Innocentio, cap. damnamus de summa trinitate, et fide catholica; in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas. Probatur sequella, nam quaelibet relatio est res: ergo si sunt quatuor relationes, sunt quatuor res patet consequentia, nam inferiori multiplicato, necessarium est, ut superius multiplicetur, res autem, ut sic est superius ad relationes.

Respondetur,

nego maiorem, quia sicut in Deo sunt plures perfectiones reales, v.g. intellectus, et voluntas sine distinctione reali, sed tantum virtuali, seu per intrinsecum, ita possunt esse plures relationes reales sine reali distinctione. Quod si placet, maioris claritatis gratia distingue propositionem illam; nequeunt esse plures relationes entative reales sine reali distinctione, nego maiorem; nequeunt esse plures relationes reales, quae realiter sint plures sine distinctione reali. Concedo maiorem. At quatuor istae relationes, non sunt realiter plures, quamvis reales entative sint, et quoad ordinem, seu habitudinem ad terminum. Hinc ad confirmationem respondetur, in Deo non dari quaternitatem rerum realiter distinctarum, quod solum a Concilio damnatur, quamvis detur quaternitas rerum praescindentium a distinctione reali, vel rationis.

Duo quoque mihi certissima sunt. Primum, in Deo dari tres relationes reales tam in se, quam in ternario numero, quem constituunt; nam Paternitas, filiatio, et Spiratio passiva sunt relationes tendentes realiter in proprios terminos, et inter se realiter distinctae: ergo realiter conflant numerum ternarium; patet consequentia, quia numerus ex distinctione partium conflatur, et eo modo, quo est distinctio partium, est numerus. Secundum mihi certum est, dari quatuor relationes in se reales, sed non quae conflent realiter numerum quaternarium; patet, quia cum activa Spiratio non distinguatur realiter a Paternitate, et filiatione, non componit cum eis numerum realem, quandoquidem numerus sequitur naturam distinctionis: ergo ex tribus relationibus realiter inter se distinctis, et alia secum ipsis identificata, nequit resultare numerus quaternarius realis.

Obiicitur 2o: non dantur in Deo quatuor subsistentiae relativae: ergo nec quatuor relationes reales. Antecedens videtur certum, quia iam darentur quatuor personae, quatuor quia supposita. Consequentia probatur, quia relatio realis est subsistentia, ut patet in tribus relationibus personalibus

personalibus, quae simul sunt relationes, et subsistentiae. Neque ratio est cur admissa quarta relatione reali, non admittatur etiam quarta subsistentia.

Respondetur: Concesso antecedenti, nego consequentiam, ad probationem dico stando principiis communissime receptis circa subsistentiam, facile discrimen assignari, cur relationes personales sint subsistentiae, non autem sit activa spiratio, quia scilicet relationes personales terminant ultimo naturam; nam haec ut terminata per Paternitatem non est ulterius identificabilis, vel terminabilis per aliam subsistentiam, cum a qualibet alia distinguatur Paternitas; at activa spiratio licet afficiat, non terminat ultimo naturam, cum haec adhuc affecta spiratione, sit ulterius terminabilis, et actu terminetur per Paternitatem, et filiationem, quibus identificatur realiter spiratio, sufficientissima disparitas ad hominem.

Dicitur 3o: authoritas plurium Patrum, quos refert P. Montoya citatus, existimantium relationem Spiritus Sancti ad Patrem, et filium non esse mutuam: quia censent, quod ex parte Patris, et filii non datur 4 relatio, per quam uterque referatur ad Spiritum Sanctum.

Respondetur, eos Patres intendere solum, Patrem, ut talem ad Spiritum Sanctum non referri, quia non est Pater illius, neque filium, ut talem eo quod non sit Spiritus Sancti filius. Cum hoc vero stat, Patrem, et filium ad Spiritum Sanctum referri sub ratione principii productivi, quod sane provenit formaliter ab activa spiratione.

Dantur in Deo quatuor relationes per modum actus secundi. Caput 3um.

Conclusio haec, suppositis nostris principiis iam iactis, est fere certa. Diximus enim, Paternitatem esse generationem activam filii,

filiaonem autem passivam generaonem filii à Patre. Rursus activam spirationem ēē processionem activam, quia Pater, et filius 3am personam spirant, et passivam spirationem ex parte spiritus S. se tenentem, ēē passivam productionem 3e personę à duabus primis. Hoc q statuto dicimus predictos quatuor dceptus ēē quatuor relationes reales p modum actus secundi.

Iisdem rationibus probatr resolutio presens, ac precedens. Nam ea, que probant quatuor relaones per modum actus primi, probant etiam totidem p modum actus secundi. 1o, nam istę processiones in solo relativo consistunt, ut s dixim. 2o, nam processio, sive sit activa, sive passiva ē ad aliud realitr distinctum. 3o, nam processiones n̄ s coes omnibq personis: g relativę sunt. 4, nam una persona multo melius distinguitr p processionem ab alia, q p virtutem productivam. Et certè nullus dubitare potest, actualem productionem ēē dceptum ex se magis relativum, qm virtutem productricem, l terum producibilem: g si virtus, quà productrix, et terus quà producibilis ē dceptus relativus à fortiori talis erit actualis productio.

Rogas, an ultra quatuor istas relaones, quę dsistunt in ipsamet actuali productione, dentr in Deo totidem alię, quę proximè fundentr in processionibq? Affirmativè Rco cum Patre Praeposito tomo 1o q 2, arculo 4o, quod sic explico. Postquam Pater activè genuit filium, resultat in illo quędam relatio p quam refertr ad filium, eo quod genuerit illum. In filio silitr postquam passivè genitus ē à Patre, resultat quędam relatio, quà refertr ad Patrem, eo quod ab illo genitus fuerit. Eodem modo centiendum de Patre, et filio q. u. Spiritus S., et eo de Spiritu S. in ordine ad Patrem, et filium.

Ubi notandum, quod sicut productiones, et origines in solo relativo dsistunt, ita consistant

in eodem relativo prędictę relaones ex originibus resultantes. Ulterius notandum p istas relaones referri personas non in fieri, sed in facto esse, et in statu quieto, ac permanenti. Sic authores loquuntur.

Huius doctrinę ratio petenda est, omissis aliorum fundis, ex dictis à nobis in logica, ubi statuimus, hoc ipso, quod prium aliquod producat in actu 2.do trum, resultaret duplicem relaonem in productione fundatam, unam ex parte principii, alteram ex parte termini. Per 1.am referri prium ad trum eo quod produxerat filium; p 2.am referri trus ad prium, eo quod pręsupponatur ab illo productus: ergo danda est hęc utraque relatio in divinis personis, quarum una producit, et altera producitur. Diximus autem ibi prędictam relationem in actione, seu productione fundata esse prdalem, non transendalem, et licet urgens fundum nobis non suppetat, ut in creatis de facto ponamus hanc relationem, adhuc in divinis est nario ponenda, quia pertinet ad perfectionem, et complementum prii producentis, et tri producti.

Confirmo: prius est Patrem esse Patrem, quam ut Patrem ad filium referri, prius etiam est filium esse filium, quam ut filium ad Patrem referri: cum Pater non ideo sit Pater, quia refertur, sed potius, quia Pater est refertur ad filium: et filius non ideo sit filius, quia refertur ad Patrem, sed quia filius est refertur; at Pater est Pater, et filius est filius ex activa, et passiva productione: ergo prior est activa, et passiva productio Patris, et filii, quam relatio Patris ad filium, et filii ad Patrem. Unde constat has relaones in productionibus radicantur. Idem argumentum fit de Patre, et filio a[illegible] Spiritus S.

Dices: si darentur istę relationes subsequentes actualem productionem, non opponerentur inter se, constat quia, nec

distinguerentur; hoc est falsum: ergo et quod eius modi relationes dentur. Sequella probatur, quia nulla produceret aliam, nec producere posset, siquidem omnes ex natura sua supponerent virtutem productivam iam exercitam per actualem productionem.

Respondetur, negando maiorem, quia licet nulla harum relationum formaliter producat, vel producatur ab alia, tamen utraque fundatur in productione, consequenter participat oppositionem, et distinctionem ab illa, nam quae se tenet ex parte personae producentis est proprietas solius activae productionis, et quae datur ex parte personae productae, proprietas est solius productionis passivae; quare sicut istae productiones opponuntur, et distinguuntur, ita relationes.

Quomodo realiter distinguantur istae relationes? Cap. 4.

Aliqua mihi certa sunt. Primo relationes personales constituentes personas realiter distinctas, qualis est Paternitas, filiatio, et spiratio passiva distingui realiter inter se, quia nisi realiter distinguerentur, constituere non possent personas realiter distinctas. Secundo conceptus relativos, et proprios unius personae realiter identificari inter se, realiterque distingui a conceptibus relativis, et propriis alterius personae. Quare virtus generativa Patris, activa generatio, et relatio fundata in ea generatione activa realiter identificantur inter se, quia nullam habent oppositionem: at realiter distinguuntur a totidem aliis conceptibus sibi respondentibus in filio, quales sunt posse generari, passive generari, referrique tanquam genitum ad Patrem: quia sicut Paternitas, et filiatio realiter inter se distinguuntur, ita hi conceptus relativi, qui formaliter imbibuntur in Paternitate, et filiatione, realiter inter se distinguuntur, et opponuntur. Idem dicere de conceptibus relativis formaliter inclusis in spiratione activa, et passiva.

Tota quaestio difficultas reducitur ad spirationem activam, circa quam licet certo constet identificari realiter cum filiatione, realiterque distingui ab spiratione passiva, tamen dubitatur, an etiam distinguatur realiter

à Paternitate, et filiatione? Affirat Durandus in 1º distione 13 q. 2 à numero 14. Pro eandem refert Gabriel distione 26, q. 1ª, articulo 3, Basolis, Enriquez, et alii penes Patrem Montoya de trinitate D. 17. Negat tn̄ coīs DD senta, quam ēē de fide docet Pater Prepositus tomo 1º q. 2ª 6, articulo 3. Pr vº Molina 1ª pte q. 32, articulo 2, D. 3, censet Durandi sentam ēē parum tutam in fide, posse q. vocari erroneam. Et Pr Montoya citatus ait, simpliciter dicendam periculosam.

Qd qd sit de censura partis oppositæ, mihi saltem ē indubitata hæc coīs opinio, quam probo 1º ex Concilio Lateranensi sub Innocentio 3 q. 2ª. Et refertr cap. damnamus de summa trinitate, ubi definitr, quod in Deo solummodò trinitas ē n̄ quaternitas; sed quaternitas daretr admissâ distione reali inter Spiraonem activam, et Paternitatem, ac filiaonem: q. n̄ datr ea distio. Probatr minor, q. præter tres relaones personales realitr inter se distas, daretr alia 4 relatio realitr etiam ab his tribus dista: q. datur quaternitas.

Respondet Durandus in eo Concilio damnari solum Joachim Abatem quaternitatem rerum, quæ coalescat ex tribus personis, et Essā, n̄ ex quatuor personis. Sed contra 1º, nam ideo Concilium prædictam sentam damnavit, quoniam adstruebat in Deo quaternitatem, sive coalescat ex tribus personis, et Essa, sive ex quatuor personis, nam quocunq. modo ponatr ē contra fidem admittentem in Deo solam trinitatem, et excludentem quemlibet alium numerum.

Secundò, nam admissâ distione reali Spiraonis à tribus relatioibus personalibus, opus ē admittere quatuor personas, q. sicut tres relaones personales constituunt tres personas cum Essā, sic Spiratio ab illis tribus distincta realitr, componeret cum eadem Essā quartam

personam realitr distam. Non n. relatio Patris 1ª constituit ex alio capite cum Ssa personam, nisi, qa trus ẽ naturæ, quam afficit, ulterius n terminabilis, ut contr adversarii dicunt; hoc autem conveniret Spiraoni realitr distinctæ: g ttª.

Probo 2º prædictam sentam; qª Spiratio realitr identificatr filio: g et Patri; patet, nam eodem modo se habet ad u Patris, et filii, sicut ipse Durandus concedit. Ans probo, nam Spiratio coicatr filio, sed n per unionem, l. psur productionem: g per identatem, eo modo, quo coicantur absluta prata. Sea patet, qª n ẽ alius modus, quo coicetr. Minor probatr, et in primis coicari nequit p unionem, nam unio dicit imperfectionem compositionis, et ideo relegatr à divinis pratis intr se comparatis. Deinde, quod n coicetr psur productionem ostendo, g nihil, quod ẽ in Patre potest trare productionem activa Spiratio datr in Patre: n g potest trare productionem. Quod si dicas in filio trare n in Patre. Contra, qª saltem admittere teneris triplicem processionem realitr distam ad intra, pro triplici relaone realitr distã, quæ producitr, quod non concedes.

Probo 3º; nam absluta prata n distinguuntr à Paternitate, et filiatione; g nec activa Spiratio distinguitr. Ans ẽ certum, et coam probo, nam ideo n distinguuntr absluta prata qª n opponuntr Paternitati, et filiationi, sed etiam n opponitr activa Spiratio: g ttª. Probo minorem, activa Spiratio, nec prium ẽ, nec trus Paternitatis, aut filiationis, nec actualis productio, nec relatio in actuali productione fundata, nec ẽ aliud habet raone cuius opponatr: g se habet sicut absluta prata. Maxé cum certissimum, et generalissimum sit illud prium, in divinis omnia ss idem, ubi n obviat oppositio relaonis producentis, et producti.

Caput 5um.

Arguit Durandus, et Resp.

Sed pro singulari sua sententia Durandus arguit 1°. Sicut se habet perfectum absolutum ad alia absoluta, sic relativum ad relativa. Sed nequit unum absolutum identificari cum pluribus absolutis realiter distinctis etiam in divinis: ergo nequit etiam unum relativum identificari cum pluribus relativis realiter distinctis etiam in divinis.

Resp. negando maiorem, quia in Deo nequeunt duo perfecta absoluta realiter inter se distingui defectu oppositionis. Unde cum duobus absolutis realiter distinctis nequit unum identificari. Potest autem unum relativum cum duobus realiter distinctis identificari, quia possunt duo relativa propter oppositionem realiter inter se distingui, quin tamen cum ipsis opponatur aliud relativum; quod proinde necessarium est, ut illis identificetur.

Arguit 2°: nam ea perfecta realiter distinguuntur, quorum unum sine alio potest intelligi: sed in Patre potest intelligi generare, sine spirare: ergo relatio, qua Pater constituitur generans est distincta realiter ab ea, qua constituitur spirans. Minorem probo, nam in eo priori, quo Pater intelligitur generans, non intelligitur adhuc spirans, sed in aliquo signo posteriori.

Resp. quidquid sit, an generare sit prius, quam spirare, maiorem evidenter falsam esse; nam animal potest intelligi sine rationali, neque tamen distinguuntur realiter a rationali. Quin et in divinis contingit, ut perfecta non distinguantur realiter, quorum unum sine alio possit non solum mente concipi, sed realiter existere in aliqua persona. Sic essentia divina realiter existit identificata

cum Spiritu S. quin existat ibi Paternitas, et adhuc Paternitas, et essentia non distinguentur, sed potius identantur realiter.

Arguit 3: quamvis contingere possit, ut eadem persona sit producens, et producta respectu diversorum, tamen repugnat eandem relationem esse producentis, et producti: ergo eadem relatio filii nequit esse realiter generari respectu Patris, et spirare respectu Spiritus S. Patet quia iam eadem realiter relatio simul esset producentis, et producti. Respondetur neg. ans. quia cum relatio filii pluribus relationibus equivaleat, imo pluribus virtualiter distinctis componatur, optime potest secundum unum conceptum esse generari a Patre, secundum alium vero spirare Spiritum Sanctum.

Arguit 4: ab unica, et eadem actione nequeunt immediate provenire duae passiones: sed provenirent, si spiratio activa realiter identificaretur cum Paternitate: ergo non identificatur. Minor probatur, nam ab unica entitate Patris proveniret generare filium, et spirare Spiritum S. Respondetur, neg. majorem, quia cum talis actio duabus equivaleat, non est mirum, quod ab illa proveniant duae passiones.

Arguit 5: duabus relationibus disparatis realiter, et quasi spetie differentibus correspondere naturo debent aliae duae relationes disparatae realiter, et quasi specie distinctae; sed generari, et spirari sunt duae relationes disparatae realiter, et quasi specie distinctae: ergo generare, et spirare, quae sunt relationes illis respondentes, debent esse disparatae realiter, et quasi specie distinctae. Respondetur, neg. majorem, nam in creatis etiam unica realiter relatio corre-

correspondere solet pluribus relationibus disparatis realiter, et specie distinctis. Ut patet in anima rationali, vel in eius intellectu realiter superaddito (si fortè potentias admittas realiter superadditas) nam intellectus est unica realiter relatio, quae tamen respondet pluribus actionibus realiter, et specie distinctis, imo disparatè se habentibus.

Arguit sextò: Totum esse relationis est ad aliud: ergo quando termini relationum realiter distinguuntur, debent etiam relationes realiter distingui: sed terminus activae spirationis realiter distinguitur à termino Paternitatis, et filiationis: ergo relatio spirationis activae realiter distinguitur, à relationibus Paternitatis, et filiationis.

Respondetur, hoc argumentum cum praesedenti coincidere. Concesso igitur antesedenti, nego consequentiam, nam in creatis etiam stat, terminos esse plures realiter distinctos; neque tamen relationes esse realiter, sed ad summum virtualiter, aut per intellectum distas. Ut patet in intellectu respiciente per unicam relationem realem plures actus realiter distinctos.

Arguit 7, quando substantia realiter distinguuntur, relationes realiter distinguuntur: ergo quando termini realiter distinguuntur, etiam relationes realiter distinguuntur; sed termini spirationis, et Paternitatis realiter distinguuntur, siquidem terminus spirationis est perfectio propria Spiritus Sancti, terminus vero Paternitatis est perfectio propria filii: ergo Paternitas, et spiratio realiter distinguuntur. Respondetur, negando antecedens, quia Pater,

et filius realiter distinguuntur, et adhuc est subtracti, vel quasi subtracti eiusdem spirationis activae, quam indivisibiliter esse in utraque persona fatetur ipse Durandus: quod nec ex distinctione subiectorum, nec terminorum colligitur distinctio relationum.

Arguit denique Durandus, iis omnibus argumentis, quae probant repugnantiam eiusdem indivisibilis rei cum pluribus realiter distinctis identificatae. Unde bene deducit, eandem relationem spirationis non posse realiter identificari cum duabus Paternitatis, et filiationis. Verum haec argumenta praetereo, tum quia soluta manent in tractatu 1°, cum esset sermo de possibilitate Mysterii trinitatis; tum quia pugnant in omnes Catholicos, apud quos certo habetur, eandem indivisibilem Deitatem identificari cum tribus personis realiter distinctis.

An divinae relationes sint praedicamentales, vel transcendentales. Quaestio 3a. Decidit quod. cap. Lum

Praecedenti quaestione diximus, in Deo reperiri triplex genus relationum; nam alia est relatio virtutis productivae termini quod producibilis, alia quae productionis activae, et passivae. 3a demum, quae fundatur in activa, et passiva productione. Nunc tamen quaerimus in praesenti, num istae relationes sint praedicamentales, vel transcendentales?

Dico 1°: relatio virtutis productivae, termini quod producibilis est transcendentalis. Probatur, nam omne principium, ut potens producere terminum, et omnis terminus, ut producibilis a principio referuntur ad invicem transcendentaliter, ut est communis DD sententia. Maxime cum ad invicem exiguntur, et necessario connectuntur, ut evenit inter divinas personas. Deinde praedicamentalis relatio respicit terminum pure ut terminum, sed principium, ut potens producere terminum, non respicit illum, ut pure terminum, sed quia potest aliquid per ipsam exercere: non quod respicit terminum praedicamentaliter, sed transcendentaliter. Idem dico de termino, qua producibili a principio; tamen non respicit principium, ut pure

trum, et coentr n̄ pralitr, sed transendalitr.

Dico 2º: relatio productionis activæ, et passivæ n̄ ē pralis, sed transendalis. Probatr eadem raone; q̄a productio trī n̄ ē relatio pralis, sed transendalis ad prium, et trum, ut ex actione creata constat. Deinde; productio tn̄ respicit prium, aut trum, ut puré trum, q̄ respicit tanqm exercitium virtutis in principio residentis, et tanqm ratio fralis vī cuius accipit trus suum ēē à prio: n̄ g̊ pralitr, sed transendalitr respicit prium, et trum.

Dico 3: relatio, quæ fundatr in activa, seu passiva productione, n̄ ē transendalis, sed pralis. Hæc conclusio defensari nequit ab eis qui negant oēm relaonem pralem, eo quod opinentr, nullam dari scdm ēē, sed tantum scdm dicī. Neque rursus potest ab iis commode defendi, qui censent, relaonem pralem in utroq̄ extremo ɔsistere. Ratio ē, nam hæ relationes, quæ fundum habent in productionibꝫ, sunt quæ noē Paternitatis, filiationis, spirationis, et processionis veniunt intelligendæ. Quare si Paternitas v.g. quæ relatio pralis ē consisteret in utroque extremo, vlt Paternitate, et filiatione, sequeretr, Paternitatem ablute n̄ ēē p identatem in Patre, sed potius à Patre realitr distingui. Sequeretr item, quod sicut Paternitas ē in Patre, sic in filio. Rursus Pater ex sua propria subtīa n̄ esset Pater, q̄ ɔomnīa sicut et alia, quæ facile possunt deducī, n̄ bené intr catholicos audiunt.

Nos v̊ facilé ex q̄a priā quæ statuimus in Logica, raonem damus huius ɔclusionis; ibi nanq̄ diximus relaonem pralem in accidenti superaddito ɔsistere. Fundum autem huius relationis intr alias dedimus actionem, et passionem. Hinc q̊ deducitr aperté, relaones, de quibꝫ loquimr ēē prales, q̄ fundantr in productionibꝫ activis, et passivis. Et licet tn̄ sint accia

physica, sunt tn Logicé superaddita personis, ut producenti bus et productis: ḡ habent qdqd exigitr ad relaonem pralem. Pbt conseq. nam quelibet ex his relaonibus respicit trum, ut pure trum, nihil efficiendo cā illum, sed precise respiciendo. Vnde quidem actualem productionem, et totam quasi effectionem supponunt: ḡ quelibet ē pralis relatio.

Sed obiicies: si dentr in divinis personis relaones prales, que fundentr in processionibus, necessum erit admittere plures alias relaones, que fundentr in aliis pratis, tam absolutis qm relativis: hoc ē falsum: ḡ ttª. Maior probatr quia sicut actio, l productio fundat relaonem pralem, ita fundat similitudo, et dissimilitudo: sed intr personas divas quoad absoluta prata datr similitudo, quoad relativa vº dissimilitudo: necessum ḡ erit in divinis personis admittere prales relationes, que proxe fundentr in pratis absolutis, et relativis. Solutio huius argumti ex subsequenti capite petenda.

Hec obiectio diluitr. Caput 2um.

Vt precedens argumtum diluatr, opus ē discutiamus, an sicut in personis divis adstruimus relaones prales proxe fundatas in processionibus, adstruende sint alie relaones prales, que proxe fundentr in aliis pratis absolutis, aut relativis?

Nonnulli RR. quavis admittant, personas divas ee proprie siles in pratis absolutis, attamen eis denegant relaonem pralem proxe fundatam in hac similitudine. Verum ignoro prorsus, quo funto, l quā cā statuatr hec doctrina; nam sicut actio fundat relaonem pralem, ita silitudo: ḡ sicut admittunt in Deo relaones prales proxe fundatas in productionibus, ita necessum ē admittant alias, que proxe fundentr in silitudine, quam habere dicunt personas divas quoad absoluta

p̄rato. Confir̄o, nam in creatis oīs sĩlitudo ē relatio p̄ralis, aut saltem illam proxe fundat: ḡ simlitr in divinis.

Ego In silitudinem personarum quoad absluta p̄ratum admitto, proinde ḡ facilius, et magis cõmuniter nego qnlibet relaõnem p̄ralem personarum, quę fundetr in eiusmodi silitudine. Ratio ē, nam silitudo in aliquo p̄rato, si proprie loquamur, divisionem importat in eo p̄rato, quare si poneretr eadem albedo in Petro, et Paulo, n̄ diceretr Petrus silis Paulo, sed idem in albedine cum Paulo: ḡ divię personę n̄ dicuntr proprie siles, sed idem in essentia, et quovis absluto p̄ratõ: ḡ ratione silitudinis in absluto p̄rato n̄ fundant p̄ralem relaõnem; Et confirmaõ ḡ Petrus n̄ sit cum eo dicitr silis Paulo, sed silis in albedine: ḡ albedo Petri silis ē albedini Pauli; ḡ ē realitr distincta. Quandoquidem res nequit ee silis sibi: n̄ ḡ datr silitudo duarum in aliquo p̄rato, nisi p̄ratum unius realitr distinguatr ab alterius p̄rato.

Eō relaões autem p̄rales, quę proxe fundentr in dissilitudine relaõnum, si forte datr hęc dissilitudo, quam plerique Iuniores imponunt, et infra nos discutiemus, censeo illas admittendas. Ratio ē, nam propria dissilitudo fundat relaõnem p̄ralem dissilitudinis: at si semel admittatr dissilitudo intr relationes, ea proprissima erit: ḡ fundare debet p̄ralem relaõnem. Cõpatet, Maior ē certa, q̄ sicut propria silitudo fundat, ita et propria dissilitudo. Minor probatr, q̄ tale p̄ratum huius dissilitudinis habebit in se divisionem, et n̄ erit sicut p̄ratum absolutum, quod idem singularissime reperitr in omnibus personis, sed erunt duo p̄rata realiter distcta, quorum unum existat in relaõne Patris, alterum in relatione filii, diffra quidem, et intr se dissimilia.

q̃ dabitr ibi propria dissimilitudo. Sed nota, prædictam relaonem ēē prđatum notionale, ñ absolutum. Ratio ē, q̃ fundatr in aliquo notionali; nam ex eo quod relatio Patris sit similis relaoni filii, refertr Pater, ut dissimilis ad filium, et econtra; q̃ relatio Patris, ut dissimilis ad filium, et filii, ut dissimilis ad Patrem, fundatr in relatiua utriusq̃ disconvenientia; debet q̃ ēē prđatum relatiuum, q̃ sequitr naturam sui fundamti. Confirmo: ñ alia de causa relatio quę fundatr in productione, notionalis esset, ñ absoluta, nisi q̃ fundatr in productione notionali; q̃ similitr et ita. Confirmo prætereà: si daretr relatio prđiæ fundata in aliquo absoluto, ñ esset notionalis, sed absoluta: q̃ quę fundatr in notionali, ñ ē absoluta, sed notionalis.

Ad extremum in eam notes aliquorum Iuniorum, qui cum in Logica docuerint, relaonem dissimilitudinis in utroque extremo consistere ñ posse, sed prætr utrumq̃ admittendum ñ alio quoddam superadditum accidens, modò propugnant, relaonem dissimilitudinis, quę datr intr relaones, sortam ēē præcisè in ipsismet relationibus, q̃ ñ ulterius addere sit aliquam fralitatem superadditam extremis. Hoc inquam nimis incoentr dicitr, q̃ si semel stet relaonem prđalem in diuinis consistere in utroq̃ extremo præcisè, ñ ē cur, idem ñ contingat in creatis, et econtra.

quæraone. disquantr intrse prđata cuiusq̃ relaonis? Ēº 4.

Resolvitr diffas. Ass. Lum.

Nomine relaonis intelligo propriam illam, et spetialem perfectionem, quam addit unaquęq̃ persona § eoi a prđata,

ri cuius realiter distinguitur ab alia persona, quae quae vocari solet in Patre Paternitas, in Filio Filiatio, et in Spiritu S. Spiratio passiva. De his quo perfectionibus inquiro, tum praedicata quibus unaquaeque constat intra se distinguantur, et quo genere distinctionis?

Supponit autem praesens difficultas, quod debeat ex praedictis relationibus includere plura praedicata, quod, et apud omnes certissimum est, et ex dictis evidenter constat, nam Paternitas v.g. formalissime claudit ens, substantiam, spiritum, aeternitatem, immensitatem, subsistentiam infinitae naturae, conceptum relationis ad personam divinam, quae Filius est, tum per modum virtutis generativae, tum etiam per modum actualitatis generationis activae, tum denique per modum relationis, quasi praedicatis in actuali generatione fundatae. Similiter in filiatione, et spiratione passiva reperientur aliqua horum praedicatorum, et alia diversa, quae non inveniuntur in Paternitate. Et licet inter authores dissensio sit quae non nulla istorum praedicatorum, tamen apud omnes convenit plura ex his reperiri in qualibet relatione. De his ergo quaerimus, an, et quatenus intra se distinguantur?

Dico intra se, quia modo non disputo genus distinctionis, quo relationes, et praedicata in eis inclusa, distinguuntur a perfectionibus absolutis. De hoc infra. Neque rursus investigo distinctionem, quae reperitur inter unam relationem, et praedicata quae formalissime componitur, et aliam relationem cum suis praedicatis, quia suppono hanc distinctionem esse realem, siquidem ratione illius verum est dicere personas inter se realiter distingui. Solum ergo comparo praedicata cuiusque relationis inter se, et de illis rogo, an, et quo genere distinctionis invicem distinguantur?

Et in primis statuo, ea praedicata non distingui realiter inter se. Quod apud omnes

est indubitatum. Nam inter illa non datur oppositio producentis, et producti. Deinde neque datur distinctio media, quam ex Praeceptore subtili Scotistae propugnant, et in eiusmodi praedicata conantur intrudere. Ratio est, quia talis distinctio repugnat, ut in Logica docui, et mox iterum in cit. cap. Praeterea nec datur illa mirabilis distinctio, quae vocari solet virtualis, nam ea solum adstruitur ad ea praedicata contradictoria salvanda, quae sunt inter essentiam, et relationes; at nulla contradictoria reperiuntur in praedicatis componentibus eandem relationem: ergo etc. Denique non datur distinctio rationis praecisiva ex parte obiecti: nam haec ex dictis in Logica repugnat, ubi non datur distinctio virtualis: sed inter eiusmodi praedicata non datur distinctio virtualis, ut iam notabam: ergo etc.

Restat ergo, ut haec praedicata distinguantur per intellectum non quidem obiective praescindentem, sed vero comparantem ad diversos terminos, quibus refferri potest. Dicat ens, et substantia, caetera quae praedicata, quae reperiuntur in homine, vel Angelo, conservantur inter se per hoc distinctionis genus, ut in Logica, et alibi saepius docui. Probatur, nam imprimis, non est dubium, quod inter haec praedicata, de quibus loquimur sit aliqua distinctio; sed ea non est ante operationem intellectus, quia non est realis, virtualis, aut media, ut suppositum manet: ergo solum est distinctio rationis; sed non distinctio rationis rationantis; cum haec nomina ens, substantia, virtus generandi, et actualis generatio, non sint tam synonima, quam ista, gladius, et ensis: ergo est distinctio rationis ratiocinatae; sed non praescindentis ex parte obiecti: ergo ex parte actus, vel in ordine ad connotata diversa; cum aliud genus distinctionis non restet.

Explicatur hoc amplius designando varios terminos, ad quos refferibilis est perfectio propria Patris, et sub quibus varia nomina sortitur. Idem proportione servata dicendum de illa perfectione, quae propria est Filii, vel Spiritus Sancti

vel Spiritus, nam illa, quatus est precise subsista subsista connotat naturam substantialem abstrahendo ab eo, quod rationalis, vel irrationalis sit. Quâ personalitas est determinate connotat rationalem naturam. Quâ relatio est per modum virtutis in actu 1°, connotat terminum producibilem. Quâ est origo, vel generatio activa, dicit esse viam ad terminum actu productum. Quâ relatio prædicamentalis supponit generationem, et terminum generatum. Mitto alia prædicata magis universalia, quæ continentur in ea perfectione, qualis est substantia, Spiritus etc., nam pro eis facilius est terminos designare. Possunt ergo in ea relatione distingui plures formalitates in ordine ad connotata diversa.

Oppositis argutiis Respondetur. Caput 2um.

Dupliciter ex capite iacta doctrina potest impugnari, vel quia non sufficiat ea distinctio penes connotata, sed maior alia requiratur inter prædicata, quæ componunt eandem relationem; vel quia nulla distinctio sit in eis admittenda.

Ex primo ergo capite sic arguitur: relatio Patris quia æquivalet entitatibus realiter distinctis: ergo constat prædicatis virtualiter inter se distinctis, aut alio maiori genere distinctionis quam penes connotata. Consequentia probatur, quia maior distinctio, quam penes connotata reperiri debet inter prædicata, quæ rebus æquivalent distinctis realiter, ut patet in naturâ et relatione, quæ non aliunde habent distinctionem virtualem, nisi quia rebus æquivalent realiter distinctis. Antecedens videtur certum, nam in rebus creatis hæc omnia realiter distinguuntur, et separantur subsistentia, personalitas, virtus productiva, actualis productio, relatio realis in actuali productione fundata; sed his omnibus æquivalet relatio Patris: ergo etc. Idem argumentum fieri potest

in relaone filii, et Spiritus S.

Resp. concesso ant. neg. coam:

nam optimè stat entatem pluribus equivalere, qn eius prata majori distione, qm penes connotata secernantr, ut exemplis tam divinis, qm humanis potest comprobari. Nam intellectio divina pluribus actibus creatis realiter distis, et separatis equivalet, qn eius prata majori distione, qm penes connotata secernantr. Idem in Omnipotia contingit. Angelus etiam, et homo equivalent pluribus Spiritui cognoscitivo tta, qn tn aliter, qm penes connotata distinguantur sua prata. Iam ad cos probaonem. Resp. naram divam, et relaones ideo virtualiter distingui, nn qd praecise rebus distis equivalent, sed distis, qua distis, ita ut prata sm se da dictoria de ipsis verificentr, ut infra demonstro.

Instas: etiam conveniunt prata sm se da dictoria his perfectionibus componentibus eandem relaonem. qd sicut nara diva, et relaones virtualiter distinguntr, ita perfectiones illis. Coa patet, ans ostenditr, nam de personalitate diva Patris verum e dicere, quod raonalem naram subsistentem reddat, nn autem qd sit relao transendalis per modum virtutis generativae, vel actualis generaonis activae. Rursus verificatr de relatione, quod sit virtus, aut generatio, nn qd quod sit subsistentia complens naram. qd de perfectionibus componentibus eandem relaonem verificantr prata sm se da dictoria.

Resp. neg.

ans, ad probaonem dicimus, eandem perfectionem Paternitatis indivisibiliter quoad intrinsecum acceptam, ee subsistam, ee virtutem generativam, et ee generaonem actualem, quamvis connotata penes quae subire eas denominationes, sint valde diversa. Sicut eadem indivisibilis perfectio hois quoad intrinsecum inceptibilis

ē virtus ad sensationem, et virtus ad ratiosinium, quavis di-
versa sint connotata, penes quę refertr, et explicatr homo, quia
potest ratiosinari, et quia sentire potest; Unde sicut falsum
ē dicere, q̄ virtus ad ratiosinium n̄ sit intrinsece virtus ad
sensationem, et e contra, sic ē falsum dicere, q̄ subsistentia Pa-
tris n̄ sit intrinsece virtus generativa, l actualis generatio, et e contra.
Semper n. in hac materia falsę sunt negativę propositiones. Quare de his
perfectionibus n̄ verificantur prędicata opposita contradictoria, sicut de na-
tura, et relationibus, ut infra latius dicam. Iam

Nam ex 2o capite
sic dividitur, ut probes, ea prędicata, de quibus loquimur, n̄ distingui
per intrum, media distinctione rationis ratiosinatę, sed ratiosinantis,
quę n̄ tam distinctio vocari debet, quam eiusdem oris conceptus repetitio,
et geminatio, sicut ē inter gladium, et ensem. Etenim idem
connotatum inquires, q̄ respicit relatio Patris per modum virtu-
tis generativę filii, respicit ea relatio, quatenus ē origo, l activa
generatio filii; siquidem tale connotatum ē solus filius: ergo in
ea relatione n̄ distinguuntr penes diversa connotata virtus produc-
tiva, et actualis productio. Proinde ergo solum distinguuntr penes
diversa nomina, quibus explicantur. Quod si perfectiones is-
tę n̄ distinguuntr, consequens erit, ut nec alię distinguantr.

Resr
quod licet filius sit connotatum utrique perfectioni sive,
tn adhuc utrique assignabile ē connotatum speciale, nam
per virtutem ad generandum convenit Pater divus cum crea-
to silem virtutem habente, n̄ autem cum eius actuali
generatione. Per generationem autem increatam convenit cum
creata, non vero cum virtute potenti generare. Cum ergo in crea-
tis realiter distinguantur vis ad generandum, et actualis
ipsa generatio, fit apertè, quod utrique perfectioni divinę

respondeat spetiale connotatum, et sanè conveniam istam, et differam esse funtum sufficiens ad distionem rationis ratiocinatæ modo ex cor omnium senta suppono. Videatur P. Montoya d. 25 de trinitate, et P. Arriaga d. 31 de trinitate sect. 3 subsect. 2a numero 19, et 20.

Quæ distio sit inter divinas relationes? §. Proponitur vera doctrina. Cap. 1.

Nomine relationum hic etiam intelligo proprias illas, et personales perfectiones, quæ reperiuntur in divinis personis, et inquiro genus distionis, quo tales perfectiones distinguuntur inter se? Cum autem hæ relationes pluribus formalitatibus frausissimè componantur, ut ex præcedenti § constat, fit aperte, quod eadem differentia sit de his formalitatibus in relationibus inclusis, ac de ipsismet relationibus includentibus quâ scilicet ratione distinguantur formalitates inclusa in relatione Patris, ab inclusis in relatione Filii, vel Spiritus Sancti?

Supponendum vero est tanquam certum, eas relationes, et formalitates quibus constant, inter se realiter distingui. Ratio est, quia personæ divinæ realiter distinguuntur: sed non ratione Deitatis, vel alterius absoluti formalitatis, ergo ratione relationum. Quæ proinde necessarium est, ut inter se realiter distinguantur. Quia tamen distio realis potest esse absoluta, vel modalis, hoc est inter rem et rem, vel inter rem, et modum, aut inter duos modos, dubitatur in præsenti, cuius nam generis, et conditionis sit ea realis distio, quâ relationes distinguuntur, an modalis, an absoluta? quod certè non est aliud, quam inquirere, num relationes divinæ sint res, vel modi.

Hinc vero nascitur quoad præsentem difficultatem duplex sententia. 1a defendit, relationes inter se distingui distione reali modali,

n̄ absluta. Sic P. Vasq. D. 121, et P. Montoya D. 12 sect. 8
cum aliis opinantibus relaones ēē modos. 2a senta negat
relaones inter se distingui distione modali, q negat relaones
ēē modos. Ita cum aliis P. Martinez Perez D. 5 de trate sect. 3a
qui proinde censet, relaones ēē res absolutas, et consequenter absoluta distione
intrse distingui.

Mihi placet hęc 2a senta: quam ita
probo: relaones n̄ sunt modi, sed res absolutę: q distio realis, quę datr
intr ipsas, n̄ ē modalis, sed absoluta. Cōa patet, ans probatr, q si
relaones essent modi, maxe q naram divam modificarent, sed n̄
modificant: q n̄ sunt modi. Maior ē indubitata, q si relaones essent
modi, maxe respectu narę divinę, quam proinde nario modi-
ficarent. Minor probatr, q n̄ distinguuntr realitr a nara divina,
ut in sequenti probo: q n̄ modificant naram divam. Patet
coa, nam intelligibile ē, rem modificare aliam, a qua n̄
distinguitr realitr, q iam modificaret seipsam.

Confr; nam ideo
relaones essent modi naturę divinę, q sunt eiusdem narę subsistentię:
sed hęc ratio ē nulla: q n̄ ē cur dicatur, relaones ēē modos,
et consequenter n̄ absolute, sed modaliter distingui. Cōa patet, Ma-
ior ē certa, q n̄ aliam raonem afferunt adversarii. Minor pro-
batr, q de raone subsistę n̄ ē, quod sit modus, ut patet in
subsistā Xpti, quę n̄ ē modus narę humanę, secus absque tali
nara n̄ posset existere, cum modus absque re modificata neque
divinitus dari possit. Deinde mihi probabilissimum ē,
Creatam subsistam ēē rem absolutam, et n̄ modalem. Et
quidem si subsista Verbo, qua vis realiter distinguatr, et per unio-
nem dictam humanitati copuletr, adhuc n̄ ē illius modus,
a fortiori n̄ erit ex n. Divinitatis, cui realitr idatr.

Dices:

his rationibus probari, relationes non esse modos reales, minime.
Vero non esse modos per intellectum cum fundamento in re. Contra, nam in-
tellectus non potest facere modum id, quod a parte rei non est modus:
ergo si relationes a parte rei non sunt modi, nequeunt esse modi per intellectum;
Consequentia patet, antecedens probatur, nam intellectus praecisse dat obiecto, quod sit cogni-
tum; sed esse quemdam non est esse cognitum: ergo nequit intellectus facere
modum id quod in re, et a parte rei non est modus. Contra: cum in-
tellectus concipit relationem divinam, ut modum, vel concipit eandem
relationem, quae datur a parte rei, vel aliam diversam? si diversam?
ergo fingit eam relationem. Si concipit eandem, quae datur a parte rei?
ergo illa a parte rei est modus. Quod si non est modus a parte rei, fallitur
intellectus, dum eam concipit, ut modum.

Obiecta solvuntur. Cap. 2um.

Obiicies 1o: natura divina concipitur a nobis, ut subiectum relativae per-
sonalitatis, et personalitas, ut forma naturae: ergo relativa personalitas
est modus, et consequenter modaliter distinguitur ab alia personalitate.
Respondetur, neque antecedens, quia talis concipiendi modus esset fictitius ex parte obiecti,
siquidem cognosceret in natura, et personalitate, quod illis repug-
nat, neque enim potest aliquid habere rationem subiecti, vel formae sine distinc-
tione reali, quae non datur inter naturam, et personalitates, sed adhuc
omisso antecedenti, negatur consequentia, quia bene stat aliquid esse formam subiecti,
quin sit modus illius, ut patet in omnibus formis absolutis, tam
substantialibus, quam accidentalibus: ergo quamvis relativa personalitas esset
forma, non inferretur adhuc esse modum. Denique probat hoc argumentum
non solum relativa, sed absoluta praedicata, quae supponunt essentiam, esse
modos illius, quia dici possunt ea concipi tanquam formas naturae.

Obii-
cies 2o: quod nec divinitus potest ab alio separari, est modus illius;

relaones eo quod realitr identr cum Essa, neq divinitas possunt ab illa separari. Sunt ergo Essentiæ modi, eo quod distinguuntr inter se non tanquam res, sed ut modi.

Hoc argutum probat, Essam, et quodlibet perfectionem divam esse modum cuiuslibet alterius, nam quælibet nec divinitas potest ab alia separari, tamen inrepugnat, ut Essa separetr a relaonibus, quam relaones ab Essa: ergo si relaones, eo quod ab Essa negraunt separari, sunt Essæ modi, etiam Essa erit modus relaonum. Neq dicas esse disparem raonem, quia relaones idantr per se ipsas cum Essa, Essa vero cum relaonibus per interpositam identatem. Contrarium est quia hoc discrimen pro libito fingis.

Deinde, si proveniat inseparabilitas ex identate non infertr rem inseparabilem esse modum, quin potius infertr non esse modum, at si proveniat inde quod res per se ipsam realitr unatr, et aliqualitr alteri, tunc infertr oppositum, quod res inseparabilis sit modus. Cum autem inseparabilitas relaonum proveniat ex identate cum Essa, fit aperte, relaones non esse modos Essæ. Unde 2a hanc doctram disting. maior argui.

Obiicies 3o: productio activa, vel passiva est modus: relatio Patris est activa productio, quâ Pater generat filium, et relatio filii est passiva productio, quâ filius generatr a Patre: ergo utraq relatio modus est. Idem dicas de relaone Spiritus S. nam est passiva productio, quâ spiratr a Patre, et filio. Sequitr ergo tres divas relaones esse modos, et consequentr non absolute, sed modalitr distingui.

Respr. disting. maiorem; productio activa vel passiva est modus quando realitr distinguitr a principio, vel termino, concedo maiorem, quando non distinguitr, sed idatr realitr, nego maiorem. At activa

productio, qua Pater generat, non distinguitur a relatione Patris, neque passiva productio qua Filius generatur, distinguitur a relatione Filii. Quod est. Neque solum in divinis, sed in creatis etiam habet locum haec doctrina, quia si detur primum seipso producens actualiter tunc, ea productio non erit modus, quia non unietur seipsa cum prio termino, quia cum prio, quae realiter cum illo identificatur. Non cum tunc, quia extra illum est. Idem contingeret, si trus perse ipsum a prio procedat, ut in Angelo creatur, qui secundum probabilem sententiam a Deo creatur perse ipsum, tanquam per rationem formalem.

Tria denique plures licet iis PP tres videndos apud eruditum Montoya loco citato dicentes, relationes divinas esse modos afficientes, et modificantes naturam. Respondeo Patres non intendere relationes esse modos, in eo sensu, sub quo modus accipitur apud Philosophos, sed quatenus naturam divinam ad esse personale determinant, nam relatio Patris v.g. naturam, quae de se potest hanc, aut illam personam constituere, determinat, ut potius constituat Patrem, quam Filium, vel Spiritum S.

Ex dictis infertur, personas divinas inter se distingui realiter absolute, non realiter modaliter. Ratio est, nam eo modo personae distinguuntur inter se, quo distinguuntur earum relationes, cum non aliunde, quam a relationibus proveniat illis distinctio, sed relationes inter se distinguuntur realiter absolute, non realiter modaliter; ergo etiam personae. Infertur etiam relationes, et naturam inter se non distingui intentionaliter modaliter, sed intentionaliter absolute. Ratio est, quia distinguuntur tanquam duae formalitates, quarum neutra est modus alterius, etiam formaliter, cum fiendo.

An relationes distinguantur realiter ab essentia? Quod b. statuitur, et probatur

Negativa senta. Caput Lum.

Cca hanc difficultatem est duplex senta. 1a defendit, relaones ablute, et simpliciter distingui realiter ab essa. Ita Gilbertus Porretanus, de cuius mente late disserit P. Montoya d. 11 de trate sect 1a. Duritiem huius opinionis emollire conatus est Durandus in 1o distione 5 q 1a nro 8, et sequentibus. Et distione 33 q 1a. Et distione 34 q 2a. et lib. 3o sententiarum distione 1a q 2a nuero 18. dum eam distionem appellat, non ablute realem, sed modalem, quia licet oiem identatem realem excludat, non tn versalr intr extrema, quorum utrumque sit ablute res, sed unum saltem ut relatio, sit modus. Hue etiam vocari possunt aliqui PP, quos tacito nomine refert Magister Albis tractu 4 de trate d. 3 sect 8 iure dicantes, relaones eatenus idari cum essa, quatus ab illa sunt inseparabiles, et indivisae. Quare non eis concedebant identatem, sed indivisionem, quae cum distione reali stare potest, nam ipse personae sunt inseparabiles, et indivisae, quamvis realitr distinctae.

2a senta quae iam intr PP certissima habetr, negat oiem realem distionem intr essam, et relationes. Et merito quidem, nam aspertissime conpincitr ex authoritatibus, et theologicis raonibus, quas iam subiiciam. PP vero hanc sentam propugnantes in particulari non adduco, quia pene innumeri sunt, et ex passim P. Montoya citatum sect 3a facile videri possunt. His me indubitanter adiungo, et prefatam sentam.

Probo 1o: Ex Concilio Florentino sess. 18, et 19. in quibus coi consensu Graeci, et Latini frequenter docent identatem

realem cum sola distinctione rationis inter Essentiam, et relationes. Maxime vero Ioannes Latinorum nomine sesse 18 post medium sic ait: Divina substantia et persona re quidem sunt idem, secundum autem modum intellectionis nostre differre videntur. Si ergo substantia et persona est idem, fit aperte, substantiam, sive naturam divinam non distingui realiter à personalitate, seu quod idem est à relatione, nam si distingueretur, iam persona non esset idem cum substantia, quia cum persona componatur essentialiter ex natura, et relatione, distingueretur realiter à natura; hoc ipso, quod natura distingueretur realiter à relatione. Nam omne totum includens duas partes realiter distinctas, distinguitur realiter à qualibet.

Probo 2º: quia si tres divine relationes distinguerentur realiter ab Essentia, daretur in Deo non solum trinitas, sed etiam quaternitas: hoc est falsum: ergo etiam. Minor certissime constat ex Concilio Lateranensi cap. Damnamus de summa trinitate, ubi definitur, quod in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas. Sequella vero probatur, nam ultra tres relationes daretur alia 4 entitas realiter distincta videlicet Essentia: ergo daretur quaternitas.

Probo 3º: quia Divinitas, Essentia, vel natura divina praedicatur in abstracto de divinis personis: ergo realiter identatur cum divinis personis: ergo persone nihil realiter distinctum habent praeter Deitatem, vel naturam. Et qui relationes habent: ergo relationes non distinguntur realiter à Deitate, vel natura. Omnia hec evidenter constituit prater primum antecedens quod probatur ex Concilio Viaene lib. 2º columna 18 sic per dictum loquentem: Divinitas non est una persona, sed tres persone vere subsistentes. Item ex Lateranensi cap. damnamus aiente; quelibet trium personarum est illa res videlicet substantia, Essentia, seu natura divina.

Probo 4º: quia si relationes distinguerentur ab Essentia, Pater

esset realiter compositus ex essentia divina, et relatione, idem dicendum de Filio, et Spiritu S.; sed hoc est falsum: ergo etc. Maior est certa, quia partes illae non essent in unitate. Minor probatur, tum ex Lateranensi cap. damnamus de summa trinitate, ubi sic dicitur; cum substantia Patris indivisibilis sit, ut pote simplex omnino et etc. tum etiam, quia perfectior erit Pater, et quaevis alia persona divina, si realiter indivisibilis sit, tum denique, quia unio, et compositio inter praedicata divina dicit imperfectionem indignam Deo.

Probo denique: nam in divinis omnia sunt idem, ubi non obviat oppositio relationis producentis, et producti; sed inter essentiam, et relationes non datur haec oppositio: ergo datur unitas, et identitas. Maior est sanctissimum, et communissimum theologorum principium. Minor probatur, quia nec essentia producit, vel producere potest relationes, nec a relationibus produci. Confirmo, nam in Deo solum multiplicantur entitates ex processionibus in actu 1°. vel 2°.; sed inter essentiam, et relationes non est processio in actu 1°. vel 2°., quia nulla ex his perfectionibus producit, aut producere potest aliam: ergo etc.

Ex his rationibus aperte convincitur, omnem distinctionem realem, quae realem identitatem formaliter excludat, esse denegandam inter essentiam, et relationes, sive talis distinctio vocetur absoluta, sive modalis. Unde non solum convincitur falsitatis Gilbertus, sed etiam Durandus. Imo sententia Durandi periculosior mihi videtur, nam ex una parte concedit, eandem prorsus exclusionem identitatis realis, quam statuit Gilbertus, et ex alia relationes asserit esse modos reales naturae divinae, qui est error peior priore.

Argumenta dissipantur. cap. 2um.

Antequam

Antequam adversariorum obiectiones diluamus supponenda hic est virtualis distinctio, quam inferius efficacissime probabimus inter essentiam, et relationes, nam vi huius distinctionis facillime dissipantur quaecumque possunt opponi contra realem identitatem essentiae cum relationibus, quam praecedenti capite stabilivimus. Est autem huius distinctionis munus aptare extrema, ut de ipsis verificentur praedicata contradictoria, quamvis extrema realiter formaliter ante intellectum non distinguantur, sed identificentur. Hoc posito sic

obiicies

1º: haec extrema contradictoria distingui realiter, non distingui realiter, verificari non possunt de unico subiecto: sed verificantur de essentia, et relatione Patris, ergo verum est dicere, Patris relationem a filiatione distingui, essentiam vero Patris non distingui: ergo relatio Patris, et eius essentia non est unicum subiectum, sed duo valde distincta.

Respondetur

concesso antecedenti, distinguo consequens: ergo verificari nequeunt de unico virtualiter subiecto; concedo consequentiam; de unico realiter, nego consequentiam. Unde licet verificentur de essentia, et relatione Patris, ad summum infertur eam essentiam, et relationem non esse unicum virtualiter subiectum, sed multiplex. Quod fatemur.

Obiicies 2º: Entitas Patris, quam ex essentia, et relatione conflari supponimus, distinguitur realiter a filio, sed non adaequate, quia Pater non distinguitur, secundum omnia quae formaliter constituitur a filio; ergo solum inadaequate distinguitur. Componitur ergo Pater ex duabus partibus inter se realiter distinctis, ut ratione unius distinguatur realiter a filio, ratione alterius non distinguatur, sed potius identificetur illi, sicut in duobus compositis contingeret, quibus una pars esset communis, et alia peculiaris.

Respondetur ex distinctione et identitate, quam Pater inadaequate habet cum filio, solum inferri Patrem essentialiter constitui duabus partibus, non quidem realiter, sed

virtualiter distis, nam eo ipso perinde se habent, ac si rea-
liter formaliter distinguerentur.

Obiicies 3: si non distingueretur essentia realiter à relationibus, essentia realiter esset id, quod in Patre distinguitur à filio; sed hoc est falsum: ergo. Maior est certa; minor probatur, nam si esset essentia realiter id, quod in Patre distinguitur à filio, iam essentia distingueretur realiter à filio, nam intelligi nequit, essentiam realiter, et formaliter esse, quod distinguitur, et non distingui. Similiter. Si relationes non distinguerentur realiter ab essentia, relatio Patris non distingueretur à filio, nam relatio Patris esset realiter, et formaliter id, quod identificatur filio: ergo non distingueretur, sed identificaretur filio.

Respondetur concessa maiori, negando minorem: ad eius probationem dico, non esse distinguendam essentiam realiter à filio, quamvis in Patre sit realiter, et formaliter id quod distinguitur à filio, nam ulterius requireretur, ut virtualiter esset idem. Similiter dico de relatione Patris, quae licet realiter, et formaliter sit idem cum eo quod identificatur filio, tamen ipsa non identificatur, quia sufficit virtualis distinctio reperta inter utramque perfectionem, ut licet una communicetur, et identificetur, altera distinguatur: potest ergo beneficio distinctionis virtualis stare, quod ex duabus perfectionibus, quarum una realiter, et formaliter est alia, distinguatur una, et identificetur alia.

Obiicies demum: essentia realiter differt à relatione Patris: ergo realiter distinguitur ab illa; patet consequentia quia realis differentia stare nequit absque distinctione reali. Probatur antecedens, nam independenter ab intellectu communicatur essentia, et non communicatur Patris relatio: ergo independenter ab intellectu differt utraque perfectio, et consequenter ea differentia realis est. Respondetur distinguo antecedens: essentia realiter formaliter differt à relatione Patris, nego antecedens: realiter virtualiter; concedo antecedens: similiter distinguendum est consequens: ergo realiter

fraliter distinguitur ab illa, neque eam: realiter virtualiter, concedo eam. Sed de hoc latius infra, cum instituatur sermo de virtuali distinctione, ubi plura alia advenientur, quae probari possunt hanc realis distinctio. Recolantur etiam, quae dicta manent tractatu de [illegible] 1a.

Hic autem ultimo noto, quod sicut haec argumenta facillime satisfaciuntur, admissa distinctione virtuali, ita ea negata, mihi prorsus apparent insolubilia, quia nullius distinctio non sufficit ad verificanda contradictoria quae dantur a parte rei, distinctio ex natura rei a plerisque negatur, ut iam ostendo: non alia restat via, nisi virtualis distinctio.

An inter relationes, et essentiam detur distinctio media? Quaestio [illegible]. Repugnat distinctio media, Caput 1um.

Hanc difficultatem celebrem reddit perillustris Scotistarum Schola cum eius Subtilissimo Magistro Scoto, qui frequenter in suis scriptis duplicem agnovit distinctionem, duplici oppositam identitati; nam alia est identitas inquit peritissimus Magister, vi cuius est absolute vera haec propositio hoc extremum est realiter illud. Alia est strictior identitas, vi cuius non solum est vera praefata propositio, sed etiam ista, hoc extremum formaliter est hoc est illud. Prima identitas reperiri potest absque 2a, sed non e contra, nam praeiacens propositio potest esse vera sine causali, non tamen causalis sine praeiacente, ut apud Dialecticos notissimum est.

Utramque vero identitatem existimat Scotus reperiri de facto, tam in divinis, quam in creatis, nam divinae perfectiones v.g. Personalitas Patris, et natura

divina habent intr se primam identatem, quam realem vocat, q verum ẽ dicere, Naturam ẽẽ realitr Personalitatem Patris; in creatis etiam, animal, et raonale habent eandem identatem intr se. Secunda vº identitas, quam fralem, essalem, et ex natura rei vocat, reperitr intr Deitatem, et naturam divinam, intr hominem etiam, et animal rationale, nam hec extrema n̄ solum realitr identr, sed fralitr etiam, et ex natura rei. Prima identas, quæ precisse realis ẽ, reperitr in eis perfectionibq absq secunda, sed in aliis n̄ invenitr 2a sine prima, q hoc repugnat, ut iam notabam.

Huic q duplici identati duplicem opposuit distionem, quæ coitr definiri solet identatis negatio, vel exclutio. Prima distinctio ẽ illa vi cuius verificatr hec ppo̅tio hoc extremum simplicitr n̄ ẽ illud, eamq distionem vocat ablute realem, q excludit oẽm prorsus identatem realem. Alia vº ẽ raone cuius affrari potest cum veritate: hoc n̄ q ẽ hoc ẽ illud, quæ distio ut pote destruens identatem essalem, merito dicitr ab Scoto fralis, essalis, aut ex natura rei, q procedit ex propriis quidditatibq duorum extremorum, quæ solum habent identatem realem.

Utraq distio reperitr sc̃dum mentem Scoti tam in divinis, q̃m in creatis, nam divinæ relaones intr se distinguntr solum realitr. Petrus etiam realitr distinguitr a Paulo. Rursus intr perfectiones ablutas, et relativas Dei reperitr distio fralis, et essalis; intr animal etiam et raonale. Ubi notes, hanc essalem, aut fralem distionem vocari ab Scoto distionem mediam, eo quod, nec ad gradum pertingat illius distionis, quæ vocatr ablute realis, q n̄ facit, ut hoc extremum simplicitr n̄ sit aliud, nec sit adeo tenuis et diminuta, sicut ẽ distio raonis, quæ n̄ precedit operaonem, sed ẽ ipsamet fralissime operatio.

Haec ē Doctoris Subtilis mens qd vivum expressa, qd qd alitr sentiat Pater Hurtado d. 6. Methaphisicae sect. 3a num 61 quem in Logica satis impugnavi. Colligitur autem ex illa, quale sit discrimen utriusque Scholae, scilicet thomisticae, et Scotisticae. Nam inter omnes convenit divisionem distionis in realem, et raonis adequatam eē, qa vel pendet ab intru, vel n pendet? si 1um, ē distinctio raonis, si 2um, ē realis. In hoc vo maxe differunt, nam Scotus cum suis indicat realem distionem in coi dividi per duas differentias, quarum una facit, ut extrema simplicitr n sint idem, et hanc, ut pote magis rigidam, vocat ablute realem: alia vo solum facit, ut licet extrema simplicitr sint idem, adhuc unum, nqa tale ē, sit aliud, et hanc vocat fmalem, aut essalem, nqa rigorose loquendo n sit realis, sed qa n facit extrema simplicitr distingui. Thomistae vo solum agnoscunt unicam diffam distionis realis.

Ex quo autem facile deprehendes, quam inutilitr defatigentur authores olim objicient Scoto, quod eius distio esset realis, eo quod praecederet intrus operaonem. Etenim Scotus in hoc sensu n negat suam distionem eē realem, cum expresse fateatr oem intrus operaonem praecedere, sed realem negat, qualitr compatitr cum eo quod extrema cā qua versatur ablute, et simplicitr sint idem, quasi distio ablute realis solum vocanda sit ea, vi cuius ablute, et simplicitr verum ē dicere, hoc extremum n eē illud.

Hanc Scoti distionem ad eius mentem expositam amplectuntr omnes Scotistae. Reiiciunt vo thomistae, et paucis exceptis, fere omnes reliqui Doctores. Et merito sane, qm huic semper implicatoria visa fuit, ut in Logica monstravi. Et nunc omissis aliorum raonibus ita demonstro. Nam vel essentia aialis v.g. ē essa raonalis ante opus intrus, vel n ē? si 1um: ergo aial, et raonale sunt essalitr idem. Patet, nam eē idem essentialiter,

essentialiter, atq; per proprias essentias est formalissime idem. Si 2um: ergo non identantur realiter. Patet, nam implicat duo identificari, quin identificentur per proprias essentias, quia cum res sit idem formalissime cum sua essentia, si convenit rei, quod identetur, convenit etiam eius essentiæ; quod si non convenit essentiæ, neque rei conveniet. ergo si animal identatur realiter cum rationali, essentia animalis est essentia rationalis.

Dices: essentiam animalis esse rationalis essentiam, et adhuc animal essentialiter non est rationale. Contra, nam hoc inintelligibile est. Quid non est aliud hoc extremum essentialiter esse illud, quam unius essentiam esse alterius essentiam? Dices, quod sit alterius essentia non solum realiter, sed etiam formaliter. Contra, nam eo ipso quod sit realiter, est etiam formaliter, nam esse formaliter, et essentialiter est idem omnino: ergo si stante identitate reali, stat naturis identitas essentialis, stare debet formalis. Hæc ratio, quam in Logica diversimode urgebam, est mihi demonstratio. Nihilominus alias nobiliter excogitatas proponam.

Novis adhuc rationibus urgetur Scotus. Cap. 2.

Prima sit: ideo distingueretur animal a rationali formaliter, sive ex natura rei, quia diversis formaliter definitionibus explicaretur, et definiretur animal, et rationale; sed hoc est falsum: ergo ita. Maior est basis, et fundamentum scotisticæ distinctionis; minor probatur, et loquor de illo animali, quod in homine realiter identatur cum rationali, nam de illo, quod realiter distinguitur, non est quæstio. Probo ergo per hanc definitionem præambule discursus, qua formaliter definitur rationale, formaliter etiam illud animal definiri. Probo, inquam, hoc syllogismo recte concludente, constante quia veris præmissis. Hoc animal est realiter illud rationale: sed illud rationale defi-

definitr fr̃alitr p eam defionem: ergo hoc aĩal definitr fr̃alitr p eam definiõnem.

2ª ratio: nam illa extrema creata, quibus à parte rei conveniunt p̃rata cõ̃a dictoria, distinguuntr realitr; aĩal, et raonale sunt extrema creata, quibus à parte rei convenirent p̃rata ~~extrema~~ cõ̃a dictoria, si distinguerentr distione media: ergo distinguerentr realitr, si distinguerentr distione media. Quod ẽ impossibile. Nam ipsa distio media supponit identatem realem, et excludit realem distionem. Maior ẽ certissima, quia non aliunde distinguitr Petrus realitr à Paulo, nisi, quia Petro convenit ẽẽ Petrum, et Paulo non convenit ẽẽ Petrum. Vbi loquor expreсẽ de creatis extremis, nam alitr sentiendum de divinis, ubi raone distionis virtualis potest eadem realitr entas subire cõ̃a dictoria, sicut infra dicetr. Minor probatr, et inprimis evidens ẽ illa extrema creata ẽẽ. Rursus animali conveniret non ẽẽ fr̃alitr primum discursus, et raonali conveniret ẽẽ primum discursus fr̃alitr ẽ hęc sunt p̃rata cõ̃a dictoria: ergo convenirent extremis creatis p̃rata cõ̃a dictoria.

3ª ratio: aĩal idatum raonali, fr̃alitr, essalitr, et quidditativẽ, ẽ raonale: ergo non distinguitr fr̃alitr, essalitr, et quidditativẽ à raonali. Patet cõa, nam ea raone, quâ unum ẽ aliud non distinguitr ab illo, cum identificari, et distingui opponantr. Ans probatr, nam aĩal idatum cum raonali, p se ipsum immatẽ ẽ raonale, sive idatr realitr cum raonali: ergo fr̃alitr, essalitr, et quidditativẽ ẽ raonale. Probo cõam, nam idem oĩo ẽ, identificari immatẽ, et p se ipsum, ac indentificari fr̃alitr, essalitr, et quidditativẽ: quod ñ res p se ipsam p̃stat, fr̃alitr, et essalitr p̃stare debet.

4ª ratio: Rationale fr̃alitr, et essalitr ẽ primum discursus, ut concedit Scotus, quia primum discursus ẽ fr̃alis definitio raonalis: ergo quando p̃ratur de animali, quod

realiter sit rationale, praedicatur etiam, quod per identitatem realem sit formaliter, et essentialiter primum discursus. Probatur consequentia, nam quando praedicatur de animali, quod sit rationale, praedicatur esse id quod est de constitutivo rationalis: de constitutivo rationalis est formaliter, et essentialiter esse primum discursus: ergo quando praedicatur de animali, quod sit rationale, praedicatur esse formaliter, et essentialiter primum discursus. Unde quando hanc propositionem efformo: animal per identitatem realem est rationale, sicut enuntio de animali, quod realiter sit rationale, sic enuntio, quod per identitatem realem sit essentialiter, et formaliter primum discursus, quia primum discursus formaliter, et essentialiter est de constitutivo rationalis.

Dices: tunc enuntio realem identitatem animalis cum rationali, et cum essentiali identitate rationalis cum primo discursus, non tamen enuntio formalissimam, et essentialem identitatem animalis cum primo discursus. Contra, quia cum animal, et rationale, sint ante intellectum eadem realiter entitas, implicat, ut enuntiem identitatem essentialem rationalis cum primo discursus, quin eodem modo enuntiem identitatem essentialem animalis cum primo discursus.

inter essentiam, et relationes non datur distinctio Media. Caput 3um

Conclusio haec ex praecedentibus capitibus aperte deducitur. Nam si repugnat esse distinctio media, ubique repugnat, et contra nec inter essentiam, et relationes, nec inter ulla alia praedicata divina vel creata poterit reperiri. Nihilominus eadem conclusionem argumentis theologicis habet impetendam communiter.

Primo: quae distinguuntur ex natura rei, licet absolute possint idem vocari, tamen dici non possunt idem omnino, sed natura divina et relationes sunt idem omnino: ergo natura divina, et relationes non dis-

tinguantur ex natura rei. Consequentia patet. Maior est certa. Nam ea extrema, quae aliquomodo distincta, non possunt idem omnino vocari. Minor probatur ex Concilio Lateranensi cap. damnamus de summa Trinitate, ubi dicitur: id, quod est Pater, scilicet Essentia divina, est Filius, et Spiritus Sanctus idem omnino. Hoc est: Natura divina est idem omnino cum Patre, cum Filio, et Spiritu Sancto: sed eo ipso, quod sit idem omnino cum tribus personis, est idem omnino cum suis relationibus: ergo. Probatur haec minor, quia si distingueretur aliquomodo a relationibus, etiam distingueretur aliquomodo a personis, ea scilicet distinctione, quae vocatur includentis ab incluso, cum persona divina componatur ex Essentia, et relatione.

Ad primum vero dicendi modum supponi debet ex infra dicendis, quamlibet personam divinam, tam secundum absoluta, quam relativa, existere in qualibet alia per immanentiam, seu circuminsessionem. Ex quo infertur, quidquid perfectionis est in una persona, reperiri in qualibet alia: nam idem valet perfectio Patris, ut per circuminsessionem habens filii perfectionem, ac perfectio filii, quae habens per circuminsessionem Patris perfectionem. ergo circuminsessio dat omnibus divinis personis aequalitatem inter se, cum omnibus det aequam perfectionem. Ubi notes, hanc aequalitatem ex circuminsessione provenientem, adeo non pendere, quod personalitates aequivaleant sibi: nam si per impossibile carerent hac aequivalentia forent adhuc aequales divinae personae, cum tota unius perfectio reperiretur in alia.

Dices: diverso modo existit Paternitas in Patre, ac in filio; nam in Patre existit constitutive, in filio solum immanenter, et extra constitutionem: sed existere constitutive perfectius est, quam solum immanenter existere:

q perfectius existit Paternitas in Patre, qm in filio. Non q ratione circuminsetionis, et immanentie Pater e equalis filio. 200

Retromittendo, quod existere constive sit perfectius, qm immanenter existere. Negando tn, quod Paternitas n existat constive in filio, saltem qua Patrem p immanentiam includit. Etenim licet filius, qua e 2a persona condistincta a Patre, n constituatr p Paternitatem, attamen constituitr p illam, qua dicit p immanentiam, et circuminsetionem Patrem. Sicut Petrus, qua albus dicit constive albedinem, qm vis eam n dicat sm se, et qua homo e. Qdqd e de hoc sit. Retr ulterius neg ultimam coam, q licet Paternitas perfectius et constitutive sit in Patre, q in filio, tn qdqd perfectionis habet in Patre reperitr in filio: stat q adhuc, Patrem ee equalem filio, nec illum excedere.

Nam ad 2um dicendi modum accedamus. Pro quo statuo divinas relaones ad invicem equivalere sibi, pro indeq personas divinas ex hoc precise capite indentr a circuminsetione evadere eque perfectas, et oio equales, n solum in abslutis, sed in relativis, et notionalibus pratis. Ostendo q n repugnat duo entia ee disilia, et adhuc p equivaleam ee eque perfecta: q ex hoc capite n erunt relaones inequales: et n e aliud, ex quo desumere debeant inequalitatem, cum q illas equalitr se habeant abluta prata, quorum complementa sunt: q tta. Confro: nam ut constat ex tractu lo q 7 cap. 5. relaones n dicunt perfectionem simplicitr simplicem, eo quod nulla sit melior ipsa, qm n ipsa, cum unaqq permittat aliam equalem sibi: q ex relaonibus n evadant inequales, et impares dive persone, sed aliunde n equales in abslutis pratis: q tta.

Hec resolutio n solum e vera loquendo de denoatione

perfecti, sed etiam de aliis denominationibus provenientibus ex attributis Entis. Unde non solum est verum, personas divinas, quoad relationes esse aeque perfectas, sed etiam esse aeque veras, intelligibiles, bonas, amabiles etc. Item applicari debet eadem aequalitas aliis denominationibus desumptis a formis negativis, quae simul cum positivis Dei perfectionibus constituunt attributa negativa. Unde omnes personae sunt aeque a se, et aeque incomprehensibiles a creaturis etc. Sunt etiam divinae personae omnino aequales, quoad illam immensitatem, et aeternitatem relativam, quam habere diximus, nam immensitas, et aeternitas unius relationis, non est maior, quam alterius.

Ac demum infertur, omnes personas divinas absolute, et simpliciter esse aeque potentes ad intra, nam licet Pater generare possit, et filius nequeat, attamen filius generari potest, et Pater nequit. Unde potentia passiva filii ut generetur aequivalet activae potentiae Patris, ut generet, una ergo potentia per aliam compensatur. Idem dicendum de potentia spirativa Patris, et filii respectu Spiritus Sancti. Praeterquam quod persona producens, et producta conveniunt in ratione potentiae praescindentis ab activa, et passiva. Quare non potest affirmari, quod una persona sit potior alia, quamvis una formaliter producere possit, et non alia, nam in ratione potentiae praescindentis conveniunt.

Addimus praeterea, quod nimis improprie diceretur, unam personam esse inaequalem alteri quoad potentiam determinatam ut generativam. Ratio est, nam inaequalitas duorum in aliquo praedicato, si proprie loquamur, supponit praedicatum ab eis participari, licet inaequaliter: at potentia generativa Dei non participatur a duabus personis, quia tantum est in Patre, nullaque ratione in filio, vel Spiritu Sancto. Ergo etc.

Solvuntur obiecta. Ad 4. Dices 1°.

(Dices 2º: ens productiuum ẽ perfectius ñ productivo: ut patet in creatis: at relatio Patris ẽ productiva: ergo perfectior ẽ relatione filii, et Spiritus S., quæ productivæ ñ sunt, et consequenter Pater ẽ perfectior, quam filius, et Spiritus S. Minor probatur, quia principium quo Pater generat filium, ẽ eius relatio, ut diximus, quæ neque partialiter ẽ aliquid absolutum.

Posset 1º responderi, quod licet productivum ex genere suo, et cæteris paribus sit perfectius ñ productivo; non tamen quomodo cætera ñ imparia, quia velut ñ productivum aliunde compensat eam perfectionem, quam dicit productivum ut tale. Quod et in rebus creatis apperte cernitur, ubi ñ productivum sæpius æquat, imo supperat in perfectione productivum, quia licet careat vi productiva, compensat ex aliis gratiis æquiá, magisque perfectis, illum virtutis defectum.

Rectius deinde neg. maiorem prout complectitur productivum divinum ad intra quia tale productivum ñ ẽ perfectius nostro, licet ñ productivo. Ratio ẽ, quia productivum ad intra, realiter opponitur alicui divino: sed nihil divinum potest ẽẽ realiter perfectius alio divino: ergo productivum ad intra nequit ẽẽ realiter perfectius suo à se producto, licet ñ productivo. Minor probatur, quia si daretur aliquid divinum realiter excedens aliud, hoc absolutè ñ esset infinitum realiter, et consequenter ñ esset divinum, nam licet in alio infiniti genere sit possibilis excessus inter infinita, ñ tamen in genere perfectionis infinitæ, quia possibile ñ ẽ infinitum in perfectione, quod realiter sit maius alio, sicut in Philosophia docetur.

Hoc idem potest a priori ratione confirmare. Quia productivum divinum ad intra, debet ẽẽ adæquatum sui terminum, secus ñ esset summæ perfectionis, quia respiceret terminum inferiorem; ergo productivum divinum

ad intra nequit esse perfectius suo à se producto, quam productivo, seu non fecundo. Hinc patet, ex creatis non bene deduci argumentum ad divina, quia nulla ex rationibus adductis habet locum in creatis.

Aliis dictis quibus potest ulterius ex doctrina capitis praecedentis respondere. 1º quod licet relatio Patris sit perfectior relatione filii, tamen non reddit Patrem perfectiorem filio, quia tota perfectio Patris in filio reperitur, et tota filii perfectio in Patre per circuminsessionem. 2º quod licet filiatio, vel spiratio passiva non habeant virtutem ad producendum, sicut habet Paternitas, adhuc virtutem, seu non repugnantiam habent, ut producantur, quod Paternitas non habet. Unde compensatur illa producibilitas activa Paternitatis ex producibilitate passiva filiationis, et spirationis.

Dices 2.

Divina fecunditas ad extra, sive omnipotentia est perfectio simpliciter simplex: ergo à fortiori talis erit divina fecunditas ad intra, quam Pater habet ad generandum; sed haec fecunditas ad generandum est personalis, relatio Patris: ergo relatio Patris est perfectio simpliciter simplex, et consequenter melior ipsa, quam non ipsa, sive, quam relatio personalis filii, vel Spiritus Sancti, quae caret ea fecunditate. Fit ergo quod Pater ex notionali sua proprietate sit perfectior filio, vel Spiritu Sancto.

Respondeo, concesso antecedente, nego consequentiam. Nam omnipotentia melior est omni alio, quod ab ipsa distinguitur; at relatio, seu fecunditas Patris ad generandum non est melior omni alio, quod ab ipsa distinguitur, quia non est melior filiatione, vel spiratione passiva, ut in tractatu 1º ... diximus. Neque mirum debet esse, quod fecunditas ad extra sit perfectio simpliciter simplex, non autem fecunditas ad intra; nam fecunditas ad extra nullam dicit oppositionem cum aliquo divino, nec ad terminum aequalem refertur; at fecunditas ad intra habet oppositionem cum aliquo divino, videlicet cum suo producto, et

ad trum aequalem, et adaequatum sibi referri debet: quia hoc est ut non sit melior ipsa, quam in ipsa, seu quam ratione aliud ab ipsa distinctum. Item foecunditas activa Patris ad generandum comparatur per foecunditatem passivam filio, ut generetur.

Dices 3. ut aliquid ens sit infinite perfectum requiritur, quod includat omnem perfectionem possibilem in gradu infinito; sed filius non includit perfectionem virtutis generativae, quae datur in Patre: ergo filius non est infinite perfectus; at Pater est infinite perfectus: ergo filius non est aequalis Patri, sed longe, immo et infinite distans ab illo.

Hoc argumentum non tam impugnat aequalitatem, quam infinitudinem personarum, quam [illegible] controvertimus, sed supponimus. Item eodem prorsus argumento probari posset Patrem non esse infinite perfectum, quia Patri deficit ea personalis, et relativa perfectio, quae datur in filio: ergo Pater non est infinite perfectus; ad filius est infinite perfectus: ergo filius est infinite maior et nobilior Patre.

Respondeo 1o sufficere per circuminsessionem includere filium vim generativam Patris, et omnem gradum absolutum et relativum illius. Respondeo 2. quod si loquamur de personis independenter a circuminsessione, et attento solum earum gradu constitutivo, filius aequivalenter includit vim generativam Patris, quatenus quidquid perfectum est in filio per generari, quam in Patre generativum est. Deinde filius eminenter includit eam vim generativam eo ipso, quod includat Essentiam, in qua continetur eminenter relatio Patris, et cuiusvis alterius personae. Denique dico: Ratio, ut ens sit infinite perfectum, satis est, quod includat omnem perfectionem simpliciter simplicem; nec requiri, quod omnem pure simplicem,

et quæ permittit aliam sibi æquivalenter includat: ita se habet filius: ergo est infinitè perfectus.

Dices ultimo: si Deus qui de facto datur, permitteret alium Deum æquivalentem sibi non esset infinitè perfectus, imo nec perfectus: ergo cum una persona Dei permittat aliam æquivalentem sibi, non erit infinitè perfecta, nec dum perfecta sed hoc plus quam falsum: ergo nec datur in trinitate persona par, et æquivalens alteri.

Resp. dicens antecedens coam: disparitas discriminis est, quod si Deus permitteret alium Deum, non includeret omnem perfectionem simpliciter simplicem, nam una harum perfectionum est Unitas, et solitudo essentiæ, quæ non daretur in eo casu, ceterum id non infertur ex eo quod divina persona permittat aliam æqualem sibi, nam cum ea personarum æqualitate pluralitate stat idem Unitas, et solitudo essentiæ divinæ, quæ in tribus personis est eadem. Ad summum hoc deducitur, quod non esset Unitas in personalitatibus, quibus nihil interest, nam Unitas hæc non est perfectio, sed imperfectio chymerica, quod destrueret divinam fecunditatem ad intra, si daretur, atque nihil ad intra Deus posset operari, si tantum esset unica persona.

Dubium expeditur. Caput quintum.

Postquam singulas personas inter se comparavimus, et eas esse pares ostendimus. Restat inquirere, numquid unaquæque sit æqualis cum tota divinitate? Negativam partem convincere videntur hæc argumenta.

Primum, quod totum est perfectius, et inæquale singulis partibus: at trinitas est totum quoddam respectu personarum singularum: ergo perfectior, et inæqualis est singulis personis. Consequentia patet, Minor est certa, quia trinitas ultra quamlibet personam includit aliam. Maior ex terminis videtur nota; quia

q totum includit perfectionem singularum partium, et ulterius addit aliam: Dicunt: tota Trinitas affert exaliter perfectionem omnium relationum; at persona quævis in particulari non affert exaliter perfectiones omnium relationum, sed solam perfectionem suæ propriæ relationis: ergo tota trinitas plus perfectionis affert, quam unaquæque persona, proinde non est æqualis, sed superior in perfectione qualibet persona.

Pro solutione huius difficultatis statuo: quamlibet personam in particulari, si consideretur non solum secundum id, quod affert exaliter, et entitative, sed secundum id etiam, quod eam per circuminsessionem perficit, non esse minus perfectam, sed omnino parem, tam intensive quam extensive cum tota trinitate. Ratio est, nam quælibet persona sub ista consideratione claudit quidquid perfectionis est in tota trinitate, cum exaliter includat propriam perfectionem, qua constituitur in ratione talis, et a cæteris condistinctas, et rursus quia superaddat perfectiones aliarum personarum immanenter, et per circuminsessionem: ergo quidquid perfectionis est in tota trinitate clauditur in unaquaque persona sic considerata.

Statuo 2: singularem personam secundum se sumptam, et iis duntaxat attentis, quæ entitative habet, esse minus perfectam extensive, quam est tota trinitas. Hanc solutionem ad summum probant argumenta iacta pro inæqualitate singularum personarum et totius trinitatis. Et negari nequit totum, ut totum aliqua ratione maius, et nobilius esse qualibet sui parte; sed trinitas est totum respectu singularum personarum sub ea consideratione: ergo aliqua ratione perfectior, et nobilior est singulis personis, non intensive, ut modo dicam: quidem extensive. Quatenus perfectio unius personæ magis explicatur, et extenditur exaliter in tota trinitate.

Statuo 3: totam trini-

tatem non esse perfectiorem, et nobiliorem intensivé vel entitativé nec absoluté, et simpliciter qualibet persona divina. Probatur: quaelibet persona claudit saltem eminenter perfectionem totius trinitatis; sed quod hac ratione claudit totam alterius perfectionem ab illo non superatur, sed ei aequivalet in perfectione; ergo quaelibet persona aequivalet in perfectione toti trinitati, nec inferior est illa. Consequentia patet. Minor est certa. Maior ostenditur, nam tota perfectio trinitatis continetur in gratiis absolutis, et relativis, at quaelibet persona claudit formaliter absolutas gratias, relativas vero saltem eminenter, quatenus hae eminentiori modo continentur in essentia divina, quae formaliter est in omnibus personis; ergo etc.

Confirmatur 1°: coniunctum ex Deo, et creaturis non est intensivé perfectius, nec absoluté nobilius solo Deo, ut in materia de Attributis docetur, quia scilicet in solo Deo continetur eminenter quidquid est perfectionis in creaturis; ergo coniunctum ex tribus personis non est intensivé perfectius qualibet persona, quia in qualibet ratione essentiae continetur saltem eminenter quidquid perfectionis est in relationibus, seu personalitatibus. 2° Confirmatur ex divo Augustino lib. 6 initio, ubi sic ait tantam esse aequalitatem in ea trinitate, ut non solum Pater non sit maior, quam Filius, quod attinet ad divinitatem; sed neque Pater, et Filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus Sanctus aut quaeque persona trium, minus aliquid sit quam ipsa trinitas.

Hinc ad oppositas rationes facile respondetur: ad 1am dic totum esse maius extensivé singulis partibus, non autem intensivé quando perfectio totius clauditur formaliter, aut eminenter in singulis partibus, ut in praesenti contingit. Et sané quando perfectio totius clauditur aliqua ratione in parte, totum sub ea ratione non est totum, neque pars habet rationem partis, ut evidens est. Ad 2am: sicut trinitas formaliter affert perfectiones omnium relationum, ita quaeque persona eminenter affert.

Unde si prescindatur à modo, quo affertur perfectio, tantum perfectionis est in qualibet persona, quantum in tota trinitate; procedendo extensive non perfectior absolute, et intensive singulis personis.

Qua ratione possint enuntiari perfectiones divinarum personarum? C. 6.

Deciditur 1a quaestionis pars. Cap. 1.

Sub istius quaestionis inscriptione duplex latitat difficultas. 1a quid requiratur, et sufficiat, ut perfectiones divinarum personarum, sive notionales, sive essentiales sint, sive concreté, sive abstracté sumantur, possint adinvicem pari cum veritate? 2a quid requiratur, et sufficiat, ut actus 2us tribuatur divinis personis perfectioni divinae, nam stare potest ut infra videbimus, quod haec perfectionem et realiter illam, et adhuc non utrique, sed alteri solum applicari actum 2um. Pertinet utraque difficultas ad loquendi modum, nec ideo parvi pendenda, nam in hac de trinitate materia, non solum inspicere debet catholicus quid sentiendum, sed quomodo loquendum. Hic non praecipuè locum habet ea divi Augustini sententia lib. 12 de Civitate, cap. 23: Philosophis liberum est, quibus voluerit uti verbis; nobis autem ad certam regulam loqui fas est. De 1a ergo difficultate in praesenti cap. de 2a in subsequentibus dicetur.

Ut ergo 1a difficultas clarius decidatur adverto, divinas perfectiones esse sub duplici differentia, unam aliquas communes omnibus personis, aliquas peculiares unius, vel saltem non omnibus communes. 2o perfectiones eiusmodi iam abstracté, iam concreté sumi posse. 3o comparabiles esse perfectiones essentiales inter se, notionales inter se, vel

esales, et omes intrse cum notionalibus, aut econtra. Ratio: ·partim q. absolute prolatum, et positum in ꝓpone tantum denotare identitatem realem adæquatam; partim q. potest ex particulis aliis adiacentibus, l. ex aliis circumstantiis detorqueri ad maiorem aliam identitatem significandam, indeque tot sensus habere queat, quot sunt idatum genera.

His præmissis assero 1º quaslibet perfectiones absolutas, sive sumantur ambæ concretè, l. abstractè, sive una concretè, et altera abstractè posse ad invicem enuntiari per ꝓpositionem, quæ simpliciter dicat unam esse aliam, ratio est, nam eiusmodi ꝓpositio solum denotat identitatem realem adæquatam: hæc identitas datur inter eiusmodi perfectiones, quibuslibet ex dictis modis considerentur: ergo etc.

Assero 2. idem dicendum de perfectionibus essentialibus comparatione notionalium, et econtra, sive sumantur in abstracto, sive per modum concreti. Nam eadem est ratio, quia inter has perfectiones esales, et notionales quocumque modo consideratas, reperitur identitas realis adæquata, quam unicè denotat ꝓpositio. Quare potest, et debet affirmari Deitatem esse Paternitatem, Patrem esse Deum, filium esse Deitatem, sapientiam, Iustitiam etc. Dixi, quod inter has perfectiones esales, et notionales reperitur identitas realis adæquata. Hoc est, quæ nulla reali distinctione inficitur.

Assero 3: comparando notionalia inter se: quod ex his aliqua sive concretè, sive abstractè sumantur nequeunt enuntiari, possunt tn alia. Ratio est, nam quod est proprium unius personæ non potest enuntiari de proprio alterius, cum inter illa detur distinctio realis, saltem inadæquata. Quare non potest affirmari, Paternitatem esse filiationem, l. Patrem esse filium. Aliud vero notionale, quod fuerit

esse duabus personis, sicut et activa spiratio, poterit enuntia- 205
ri de illis, quae cum illis realiter identificatur. Unde verissime dicitur
spirationem activam esse Paternitatem, vel Patrem, esse Filium, vel
Filiationem.

Haec dicta sint, quando propositio tantum denotat
identitatem realem. Si vero maiorem aliquam significaret, in-
spiciendum est, an talis identitas reipsa detur inter extrema,
de quibus propositio loquitur. Quod si reipsa detur, erit vera. Sin autem,
falsa, et fugienda, nam ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur ve-
ra, vel falsa, teste Philosopho, cui naturale lumen consentit. Unde
notionalia negavimus enuntiari de essentialibus sumptis in abstracto,
vel in concreto cum aliis essentialibus, in sensu virtualis identitatis,
nam, ut statuimus, carent hac identitate. Possunt autem
essentialia praedicari de notionalibus in concreto, in sensu virtualis
inclusionis. Verbi gratia si dicas Patrem in concreto esse Deitatem, quia
tunc praedicatum includitur virtualiter in subiecto propositionis.

Pro 2a quaestionis parte notantur aliqua. Cap. 2.

1o notandum, in Deo reperiri plures perfectiones, quae concurrunt
actus secundi, verbi gratia volitivam amat, intellectivam intelligit, po-
tentia generativa generat, spirativa spirat etc. Dicuntur autem
actus secundi, quia ex suis formalissimis conceptibus tum [illegible] et
se habent ut actualia [illegible], vel exercitia [illegible]
1o: nam quando rogamus, quid requiratur, vel sufficiat, ut actus 2os
cum veritate et proprie [illegible] tribuatur huic vel illi perfec-
tioni divinae? [illegible] non omnibus indifferenter potest attribui, sicut
in decursu quaestionis videbimus [illegible]
[illegible]
notandum hos actus 2os esse sub duplici differentia [illegible],
et essentiales, alios vero notionales, et peculiares. Illos dicuntur qui conveniunt

-tibus personis, et intelligere, et amare, intellectio, et volitio, nam de singulis personis cum veritate dicitur, quod intelligunt, et ament tam in concreto, quam in abstracto. Notionalia, quae non omnibus personis conveniunt, ut generare, quod solum dicitur de Patre, et spirare, quod solum tribuitur Patri, et Filio, non autem Spiritui S. De notionalibus, et praecipua differentia in subsequentibus capitibus decidenda. Nam cum essent.

Notandum, quod nullus actus essentialis potest absolute, et non addita tribus, nisi perfectionibus essentialiter ad illum, atque adeo sine, neque in abstracto, neque in concreto cum alia ponas eiusmodi perfectionem ex parte subiecti, propositio talem actum [illegible] contrarium erit falsa, et fugienda. Ut si dicas intellectivum amat, volitivum intelligit, nam intellectivum formalissime non dicit amorem, neque volitivum ad intellectionem: debes semper ex parte subiecti ponere volitivum ad amorem, et intellectivum ad intellectionem.

Huius doctrinae ratio, nam ex communi Theologorum acceptione per has propositiones, non solum enuntiatur identitas praedicati cum subiecto, sed ulterius exprimitur specialis habitudo subiecti ad praedicatum, quod se habet, ut actus primus formalissime potentiae ad hoc, ut tale denominet, et per illum tendat in obiectum. Si ergo subiectum habeat specialiter dictam habitudinem, erit falsa propositio, quae de illo enuntiatur actum [illegible].

Advertas autem, opus non esse, quod eiusmodi perfectio afferatur in abstracto, sed satis est afferri simul in concreto cum altera perfectione. quare non solum Deus, haec propositio intellectivum intelligit, sed etiam haec Pater intelligit, nam praecise requiritur, quod ex parte subiecti ponatur ea perfectio, quae formaliter est ad actum, sive ponatur solitaria, sive cum alia perfectione. Rursus advertas, hanc

doctrinam esse veram, quando simpliciter, et sine ullo addito formatur propositio; si modificetur, poterit actus[?] aliis attributi perfectioni, ore [illegible] ad illum. Vgi si dicas, intellectum materialiter [illegible]. Paternitas indentice [illegible].

Haec de actibus essentialibus. Restat agere de notionalibus. Qui sane 1° conferri possunt cum perfectionibus essentialibus in concreto, et per modum unius cum relativis. 2° cum perfectionibus essentialibus in abstracto, et divisim a relativis. 3°: cum propriis, et notionalibus perfectionibus personarum. De his seorsim agendum.

Actus notionales cum perfectionibus essentialibus in concreto comparantur. Cap. 3.

Dicendum est imprimis actus notionales enuntiari posse de perfectionibus absolutis in concreto sumptis, et per modum unius cum perfectionibus relativis. Vg cum veritate dicas Deum generare, generari, spirare, et spirari, quoniam Deus ibi [illegible] Deitatem in abstracto, sed in concreto cum divinis personis.

Haec resolutio certa secundum fidem existimatur a P. Martinus Perez [illegible] de Trinitate [illegible]: nam in Athanasii Symbolo dicitur, Dominum [illegible] personam esse Deum de Deo, idem est Deum genitum a Deo generante. Et Matth. cap. [illegible] [illegible]. Potest ergo ob eandem rationem affirmari Spiritum S. esse Deum spiratum a Patre, et Filio spirante, consequenter Deum Patrem, et Deum Filium esse spirantem.

Dices 1°: concretum Deus directe supponit pro Deitate, et indirecte pro persona: ergo notionalis actus enuntiabitur de sola Deitate; sed hoc non convenit. Ergo erit

falsa ea propositio quam enuntietur actus notionalis de Deo in concreto cum perfectione notionali. Respondetur eiusmodi terminum ratione praedicati restringi, ut pro persona directe supponat. Unde cum dicimus Deum generare, non est sensus quod Deitas, praeter Paternitatem affectum generet, sed quod persona Patris, aut coniunctum ex Deitate, et Paternitate generet.

Dices 2.° nec designari posse ullum suppositum, pro quo hic terminus Deus induat rationem subsistentis in ordine ad actus notionales, ergo non possunt illi praedicari de Deo, sive de Deitate in concreto cum relationibus. Consequentia patet. Antecedens ostenditur, quia non potest imprimis indefinite supponi pro omnibus personis. Alioqui, cum dicis Deum generare, diceremus omnes divinas personas generare. Quod est haereticum. Neque rursus potest determinate supponi pro illa, cui convenit reipsa notionalis actus per propositionem enuntiatus, quia nomen Deus non potius significat hanc, quam illam personam, cum omnibus indifferenter applicetur.

Respondetur omissis aliorum dicendi modis terminum Deus ibi determinate supponi pro illa persona, cui conveniat reipsa notionalis actus: nam ut communiter dici solet talia sunt subiecta, qualia permittuntur a praedicatis. Unde cum generare non conveniat, imo repugnet alteri personae quam Patri, fit, ut nomen Deus in hac propositione Deus generat, stare pro determinata persona Patris. Ad quod sit, an ex vi suae significationis, et ut praescindit ab hoc, vel illo praedicato, queat indifferenter supponi pro qualibet persona.

Dices 3.° sequitur ex dictis, admittendas esse has duas propositiones Deus generat Deum, hic Deus generat hunc Deum, quod videtur absurdum. Respondetur utramque verissimam esse, prior enim efficit hunc sensum Deus Pater generat Deum filium, et 2.a sic exponitur: hic Deus Pater generat hunc Deum filium.

Advertas autem dici n̄ posse, Deum generare alium Deum, nam hoc denotat, terminum divinæ generationis aliud ēē in Deitate à principio generante. Neq̄ Deum generare se, nam eo loquendi modo denotatur, n̄ dari distinctionem realem inter personam generantem, et genitam.

Ex dictis infertur, nullum ex relatis actibus notionalibus ēē denegandum Deo concretè sumpto: quidquid in oppositum dicat Durandus, et in eius defensionem adducat Patrem Martinus Peres citatus sect. 6 nam de subiecto, cui tribuitur cum veritate prædicatum nequit sub eisdem circunstantiis cum veritate denegari, ut evidens ē. Neq̄ enim mihi persuasum erit has duas propositiones ēē simul veras: Deus generat, Deus n̄ generat: quum prima sit vera, nequit n̄ 2.a ēē falsa.

Quid cum essalis perfectio ponitur in abstracto? Cap. 4.

Census cum cōmmuni sententia, nullum actum notionalem attribui posse divinis perfectionibus essalibus in abstracto, contra q̄, nec essentiæ divinæ, seu Deitati. Sic statuitur in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. et refertur in cap. damnamus de Summa trinitate, et fide catholica, his verbis: illa res vero, scilicet natura, seu essentia divina n̄ ē generans, neq̄ genita, neq̄ procedens, sed ē Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus, qui procedit. Et in toletana trium confessione fidei canone quarto dicitur: si quis dixerit, l. crediderit Deitatem nascibilem ēē anathema sit.

Probatur eadem veritas duplici ratione. Prima: nec Deitas, nec ullum aliud absolutum prædicatum exprimit quid, quod producens, nec terminus formaliter productus, ut in superioribus rebus ostensum manet: ergo de nullo absoluto secundum se relativo potest affirmari cum veritate, quod generat, l. spiret, quod generetur, l. spiretur. 2.a ergo dari nequit vera productio, quin inter producens, et

productum detr distio realis: g de illo, cui n̄ convenit actu realitr ab aliis distin-
gui, n̄ poterit affirari, quod producat, l producatr ab illo. Patet, quia eius denotantr,
l extrema distingui, l quoniam n̄ distinguantr exercere productionem inter illa. Modo
sit nullum pratum absolutum secrsim a relativo distinguitr in re realitr ab
aliquo divino: g de nullo potest affirari, quod r u alterius sit producere, l productum.
Sed 2a statutam verita-
tem occurrunt aliquæ difficultates. 1a g tunc actio pratr in re de fra abstracta,
quando illa e prium frale talis actionis. Ig dicimus, intrium intelligere, volun-
tatem amare, iustitiam punire. Ita g cum Esa diva sit frale prium gene-
randi, et spirandi, poterit affirari, quod generet, l spiret. Retr, Esam divam
n̄ e prium frale completum et adæquatum generandi, l spirandi, sicut
e intrius intelligendi, voluntas amandi. Ita g licet sit prium frale co-
cativum n̄ e productivum, ut in præcedentibus statuimus. Ideo n̄ potest
attribui generatio, l spiratio soli Esæ in abstracto, sed in concreto cum re-
latione, quæ prium e frale producendi.
2a diffas: Esa realitr idatr cum Patre: g actus gene-
randi, qui dicitr de Patre, poterit affirari de Esa. Retr deceso anti, neg coam, g licet
detr identas realis fralis intr Esam, et Patrem, adhuc reperitr distio realis vir-
tualis saltem inadæquata, vi cuius prata sunt contradictoria parunt de illis
verificari. Ig de Patre dicitr, quod n̄ idetr realitr cum filio, de Esa g quod
idetr: g similitr poterit verificari de Patre, quod generet, quin verificetr de Esa.
3a diffas: quamvis Esa creare n̄ possit, nisi
sub aliqua persona diva, tn cum veritate dicimus, Esam creare: g licet ad
intra generare nequeat, nisi sub aliq persona, tn vere dicetr generare. Retr,
neg coam. Ratio discriminis e aperta. Nam Esa, quolibet relativo secluso,
habet adæquam virtutem ad creandum, et habet etiam sufficientem distio-
nem a re creato; comparatione tn filii geniti, neg habet sufficientem
virtutem, neg ullam realem distionem.
4 diffas: de diva Esa verificatr,
quod realitr coicetr filio: g et quod realitr generet filium, patet,

patet, quia sicut generare est actus divinus notionalis, ita, et se communicare.

Respondetur, concesso antecedente, negando consequentiam, quia se communicare non dicit aliam distinctionem realem sui a termino, cui fit communicatio, vel a principio, quod active praestat eam communicationem, at generare dicit realem distinctionem inter generans, et genitum, qualis non est inter Essentiam, et Filium.

Quinta difficultas: Praedicatum proprium Essentiae potest affirmari de persona, ergo generare, quod est praedicatum proprium personae Patris dici poterit e converso de Essentia. Consequentia patet a paritate. Probatur antecedens, quia proprium est Essentiae creare, quod tamen tribuitur Patri, nam verum est dicere, Pater creat, Essentia creat. Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam, nam virtus creationis datur tam in Patre, quam in Essentia sufficiens virtus, et realis distinctio, cum tamen in Essentia nihil horum detur virtutis generationis. Et quidem sicut creare non dicitur de Patre in abstracto, sed in concreto, sic non est mirum, quod generare non dicatur de Essentia in abstracto, sed in concreto.

Ultima difficultas, nam Sancti Patres non semel perfectionibus absolutis in abstracto tribuunt, hos actus notionales. V. g. cum dicunt, quod in Deo Lumen est de Lumine, Lux de Luce, Sapientia de Sapientia, Essentia de Essentia. Respondetur eos dicendi modos non usurpando, vel ita exponendos, ut abstracta sumantur ibi pro concretis, et senserit Filium, qui Lumen est, Lux, Sapientia, et Essentia, procedere de Patre, cui conveniunt illa praedicata.

Quid de actibus notionalibus verum personarum. Caput 5

Certum est imprimis, actus notionales in concreto posse affirmari de personis etiam in concreto. Quare verissime dicimus Patrem generare, Filium generari, Patrem

et filium spirare, nec non, et Spiritum spirari. De hoc nullus dubitat.

Est autem aliqualis diffas, an actus notionales in abstracto possint enuntiari de personis in abstracto, sive de proprietatibus notionabilibus affirmative. Verissime dicitur, Paternitatem esse generationem activam, et filiationem esse generationem passivam: Quia ut statuimus inter haec grata non solum datur identitas realis, sed excluditur omnis distinctio virtualis.

Hinc infertur, enuntiari posse notionales actus in abstracto de personis in concreto. Nam sensus enuntiationis, si proferatur, personam divinam esse ipsummet actum notionalem, quem exercet de facto: Quod verissimum est. Nam persona Patris est re ipsa generatio activa filii, et persona filii generatio passiva sui a Patre, sicut Spiritus S. est passiva sui processio a Patre, et filio, sicut iam diximus.

Maior diffas est, an actus notionales in concreto possint enuntiari de personis in abstracto, et seorsim a gratis, quae communia sunt omnibus tribus personis? Aliqui censent, notionalem actum producendi tribui non posse divinis personis in abstracto. Moventur, quia relatio personae producentis non est adaequatum, sed omnium inadaequatum principium producendi, quod et pluribus entitatibus est duntaxat conditionale complementum ex parte principii producentis: quia de relatione personae producentis affirmari nequit, quod producat. Patet, quia de solo principio adaequate productivo potest affirmari cum veritate, quod producat. Unde nequibit in hoc dicendi modo verificari de Paternitate, quod filium producat, neque de spiratione activa, quod producat Spiritum S.

Hic iste opinandi modus nititur falso principio. Nam ut in tractatu praecedenti late statuimus, sola relatio personae producentis est adaequatum

adaequatum principium productivum, ut in Patre respectu filii Paternitas, et in Patre, ac filio respectu Spiritus S. activa Spiratio. Quare cum veritate potest enuntiari productivus actus de personis in abstracto, et seorsim à praedicatis absolutis. Unde verae sunt hae propositiones: Paternitas producit filium, Activa Spiratio Patris, et filii producit Spiritum S.

Confirmatur haec resolutio, nam passivus actus potest enuntiari de personalitatibus, et relationibus independenter à praedicatis absolutis v.g. filiatio, vel Spiratio passiva producitur. Quod quidem non alia de causa nisi, quia sola relatio personae producendae formaliter productionem terminat. Ergo cum sola relatio sit principium formale producendi, poterit affirmari de illa quod producat.

Cum hoc tamen stat, nec activum, nec passivum actum generandi posse enuntiari de sola relatione. Ratio est, nam in Patre principium generandi non est, quod praecise producit, sed quod ulterius communicat se per identitatem filio. Similiter terminus generatus non est, qui praecise producitur, sed qui habet ulterius aliquid formaliter communicatum à Patre. Ergo cum haec omnia solis relationibus non conveniant, sequitur aperte, de illis enuntiabiles non esse hos actus. Idem proportione servatâ dicere de actu spirandi tam activè, quam passivè. Potest ergo de solis relationibus affirmari, quod producant, vel producantur, non tamen quod generent, vel generentur, spirent, vel spirentur, nam in hoc quod est generare, vel generari, spirare vel spirari, semper affertur aliquid absolutum, ut principium communicativum, vel ut terminus communicatus. Et ea quae dicta manent in tractatu praecedenti.

De circuminsentione personarum C. 8.

Inter personas divinas reperitur circuminsentia. cap. 1.

7 Licet aliqui Agratiani, quos refert Pr. Montoya d. 17 de Trate negaverint unam personam divam existere fraliter in alia; sed solum eminenter ad eum scilicet modum, quo creaturae dicuntur existere in Deo; certissima tamen, et inter Catholicos indubitata veritas e, quamlibet personam divinam existere fraliter in quavis alia. Nam id expresse docent innumera S. Scripturae testimonia. Ioannis 10, ut cognoscatis, et credatis, quia Pater in me est, et ego in Patre. Et cap. 14. ego in Patre, et Pater in me est. Conspirant Ecclesiae Patres. Pro ceteris Augustinus sufficiat Lib. 6 de Trinitate cap. 10: In illa summa Trinitate tantum est una, quantum tres simul sunt, nec plus aliquid sunt duo, quam una persona est in se infinitae: ita et singula sunt in singulis, et omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia. Videantur alia innumera testimonia penes citatum Montoya.

Ratione probatur, nam ut ex argutorum solutione constabit, potius est lege mutua personarum inexistentiam. Rursus ea maxime commendat perfectionem divinarum personarum, sic ut quaevis persona non tantum divit sua propria, perfecta, sed cuiuslibet alterius personae, quod de facto ponenda est. Et confirmatur, quia divinae personae adeo stricte conectuntur inter se, quod non solum spectant eundem locum, sed eandem personarum naturam; haec autem connexio, si non efficit ipsam inexistentiam, saltem eam saltem fundat, ut postea videbimus. Glta.

Obiectes 1o: personae divinae habent oppositionem inter se: ergo nequit una esse in alia. Patet conseq., nam opposita, quae mutuo se expellunt. Neque potest intelligi, quod opponantur, quae mutuam inexistentiam habent. Resp. divinas personas tantum quoad identitatem opponi. Quod non officit, imo requiritur ad immanentiam, vitalem in sensu vitalis actus oppositi suo principio, in quo tamen immanenter existit. Unde non habent personae divinae genus illud oppositionis, quod est inter contradictoria, vel contraria, quae nimirum nequeunt existere simul, quoad tempus,

sociam, pustum est.

Dices 2: sequitur ex hac circuminsessione, Patrem esse filium, et filium esse Patrem. Attenditur, nam Pater est, qui formaliter habet Paternitatem, et filius, qui formaliter habet filiationem; sed Pater haberet formaliter filiationem, et filius Paternitatem; ergo Pater erit filius, et filius Pater. Resp. nego sequellam, quia Pater non est, qui habet utcumque Paternitatem, sed qui habet illam essentialiter, et per identitatem. Idem de filio respectu filiationis. Cum autem, admissa circuminsessione, Pater adhuc non habeat essentialiter filiationem, neque filius Paternitatem, minime sequitur, Patrem esse filium, vel filium Patrem, aut personas inter se confundi.

Dices ultimo: sequitur inde, Patrem esse in se ipso, quod est absurdum; probatur illatio, nam Pater est in filio, filius est in Patre; ergo Pater est in Patre, saltem mediate. Patet cons. nam quod est formaliter in alio, reperiri debet, ubicumque datur illud aliud. Resp. nego cons. ad probationem, distinguo maiorem, et minorem, negat. cons. Nam ut res sit formaliter in alia, requiritur distinctio realis, qualis non est inter Patrem, et se ipsum. Unde non infertur, Patrem, vel ullam aliam personam divinam esse in se ipsa.

quaelibet persona secundum se totam est in alia. Cap. 2.

Haec duo diversa sunt, et quod persona divina secundum se totam sit in alia, et quod tota simpliciter sit in alia. Nam 1a oppositio significat quidquid est in una persona reperiri in alia; 2a vero denotat personam absolute, et simpliciter esse in alia, sive ratione unius partis, sive ratione omnium: contingit enim saepissime, denominationem ab unica parte provenientem in totum absolute derivari.

Veruntamen certissimum est, enuntiari de tota persona divina simpliciter, et absolute, quod sit in alia: dicimus enim Patrem esse in filio, et filium in Patre; quod praeclare S. Fulgentius descripsit, Lib. de fide ad Petrum cap. prope medium

ubi sic ait, propter unitatem realem totus Pater in filio, et Spiritu S. est. totus filius in Patre, et Spiritu S. est, totus quoque Spiritus S. in Patre, et filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est. Quare solum dubitatur, an una persona sit in alia ratione partis utriusque, quam includit, scilicet relationis, et essentiae. quod sit ratione essentiae, nullus dubitat, cum essentia unius sit alterius essentia. tantum est difficultas circa relationem.

Cum communissima sententia iudico, quamlibet personam existere per circuminsessionem in quavis alia, non solum ratione suae Naturae, id est essentiae, sed etiam ratione personalitatis, et propriae relationis, per quam ultimo constituitur in esse talis personae. Probatur 1. quia dum persona divina per circuminsessionem existit in alia, non existit constitutive, sed immanenter: ergo non existit ratione suae Naturae praecise, consequenter ergo debet existere ratione relationis. Antecedens est certum, et eoam probo, quia si tantum existeret ratione essentiae, existeret constitutive. quandoquidem essentia unius personae sic existit in alia, quod constituat essentialiter illam.

Probatur 2. terminus immanenter productus, existit in principio producente; sed filiatio est terminus immanenter productus a Patre: ergo manet in Patre. Similiter. Spiratio passiva est terminus immanenter productus a Patre, et filio: manet ergo in Patre, et filio: non ergo potest dubitari, personas productas non solum ob essentiam, sed relationem in producentibus manere. Quod si prius immanenter producens in creatis non manet in termino per receptionem, sicut terminus manet in principio; tamen in divinis ubi non peragitur hic immanentia per receptionem, sed alio praestantiori modo, quem sequenti capite proponemus; non minus persona producens manet in producta, quam haec in producente.

Probatur 3. quia si personae divinae non sibi mutuo totaliter inessent, in nulla daretur tota plenitudo divinitatis. Quod male

sonat, et apperte militat contra coem loquendi modum à Sanctis PPbus usurpatum. Ostenditr sequella, nam Divinitatis plenitudo consistit in cumulo, l' aggregato quarumlibet perfectionum divinarum, sed in Patre Vg deficeret perfectio relativa filii, si filius in Patre n̄ existeret, sm relaonem, sed etiam duntaxat: g Pater non haberet omnem plenitudinem Divinitatis, sive omne, quod à parte rei Deum constituit.

Sed obiicies: implicat eandem nuro relaonem continere illam, à qua continetr: g implicat, divas personas se adinvicem continere sm Essam, et relaoes. Patet, nam inde sequeretr, eandem nuro relaonem continere illam, à qua continetr, ob consequens eandem r̄nu eiusdem ēē continentem, et contentam. Retr, mutuam 9tinentiam p modum inclusionis oio repugnare, sicut ostendimus supra, q nequit unum extremum ēē simul totum, et pars r̄nu alterius. Cum hoc tn̄ stat, ēē potem mutuam 9tinentiam p circuminsessionem, quatus productum sit immanenter in producente, et producens in producto, sicut infra exponemus. Nota n̄, nimis improprie dici, personam in qua p circuminsessionem existit alia, continere illam, quia hoc sonat, continentem ēē totum, et contentam ēē partem, quod ē oio falsum.

Obiicies alterius: sola Essa diva ē ratio, cur una persona sit in alia: g n̄ ē totaliter una persona in alia, sed tantum sm Essam. Ans probatr, nam ablata sola non Essa, n̄ esset una persona in alia, neq ratione Essæ, neq ratione relaonis: g sola Essa ē ratio, cur una persona sit in alia. Retr, aliud ēē, quod sola Essa sit ratio formalis, cur una persona sit in alia, et aliud, quod sola Essa, et n̄ relatio inexistentis personæ sit in alia. Primum ē verum, q sola Essa ratio ē inter utramq personam. Secundum falsum ē, nam Essa diva ē ratio formalis, ob quam una persona sm utramq sui partem

existat in alia. Quare sublata Essa, maneret adhuc aliquid in una persona, quod existit in alia defacto, licet non maneret ut existens.

In quo circuminsessio consistat? cap. 3.

Inprimis adverto, mutuam circuminsessionem esse prorsus idem, ac mutuam immanentiam. Ex quo sequitur, eundem esse conceptum et constitutivum utriusque. Adverto 2. quod immanentia creaturarum est longe diversi ordinis, et minus perfecta, quam in divinis. Hoc est certissimum. Adverto 3. quod in creatis immanentia peragitur, vel per unionem informationis, qualem habet actus vitalis cum sua potentia, vel per unionem continuationis, ratione cuius totus immanens fit pars totius, in quo manere dicitur, ut contingit in toto substantiali vitali per nutritionem aquisito. Cum igitur in divinis immanentia non fiat per unionem investigamus, qua ratione fiat?

Ut autem hoc explicemus ante cetera statuo, praedictam immanentiam unius personae, vel personalitatis in alia, dicere necessario identitatem relationum in eadem numero Essa. Probo. Nam immanentia dicit nexum aliquem, ratione cuius unum extremum in altero maneat, et ab eo quasi possideatur; sed iste nexus requirit esse relationum unio: ergo debet esse identitas, non identitas relationum inter se: ergo identitas relationum cum uno tertio, Ut licet

Sed contra Ferraram, Aureolum, et alios videndos apud Dm Montoya citandum, adverte, hanc identitatem relationum cum Essa, non debere, nec posse esse per intrinsecum, imo neque realem virtualem, sed sat esse realem formalem. Ratio est, nam si relationes identificarentur cum Essa realiter virtualiter, aut formaliter per intrinsecum, non distinguerentur inter se realiter, et consequenter non darentur plures personae, neque posset una per circuminsessionem esse in alia, siquidem quae non distinguuntur saltem virtualiter

ab uno tertio, nequeunt inter se realiter distingui, ut ex dictis in tota Materia constat. Ut hoc datur haec immanentia non requiritur, sed potius efficit maiorem identitatem relationum cum essentia, quam realis.

Statuo deinde, quod immanentia divina praeter identitatem relationum cum essentia, naturis, et exaliter affert distinctionem realem relationum, et exinde personarum inter se. Probo. Nam haec immanentia realis, extrema esse quae versatur, debent esse realiter distincta; sed versatur inter unam, et aliam personam, unam, et aliam personalitatem; ergo requirit realiter distinctionem realem inter illas.

Statuo demum, exaliter ultra requiri, quod extrema immanentiae saltem petant intimam praesentiam, et coniunctionem localem. Unde petitio haec, aut exigentia est unum e praedictis constituentibus divinam immanentiam. Probatur, quia licet ex conceptu intimae immanentiae non exigatur, quod unum extremum sit alteri localiter praesens, ut patet in forma substantiali, quae manet adhuc informans materiam, licet in diversis locis, ut posse iudicatur a pluribus, ponendo tamen eos materia, forma, et unio; tamen exigentia coniunctionis localis est omnino naturalis. Quod licet in Creaturarum immanentia servatur, ubi forma petit esse in eodem loco cum materia, quam informat. Quod sit, an Deus de hanc exigentiam operari possit? ergo a fortiori dicendum de immanentia divina, quae strictior est.

Hinc deducitur esse falsam illorum sententiam qui circuminsessionem praecise constituunt in identitate relationum cum essentia, et distinctione illarum inter se. Nam ultra requiritur haec exigentia praesentiae localis, de qua dictum est. Deducitur etiam esse falsam sententiam Patris Montoya q. 107 de trinitate, sect. 7 constituentis hanc immanentiam divinam saltem partialiter in praesentia locali, seu immensitate divinarum personarum, ex cuius una formaliter est alteri suuntur praesens quoad locum: eo quod eiusmodi

localis coniunctio sit de conceptu immanentiae in com. Est ing-
ram falsa, quia com(m)uniter loquendo non exigit tam coniunctio, nisi radicaliter
ad summum, ut iam ostendimus exemplo formarum substantialium, quae manent
in materia, quam informat, licet ab ea localiter separaretur: aliud enim
est formam esse in materia, et aliud esse in loco materiae. Primum exigitur
ad immanentiae conceptum, non secundum. Primum provenit ab unione, se-
cundum ab ubicatione.

Ad quod dicitur de communi immanentiae conceptu,
saltem dubitari nequit, divinarum personarum immanentiam non solum
exigere radicalem, sed formalem etiam coniunctionem inter personas,
quia cum eiusmodi personae realiter identificentur in Natura, nequit una localiter
ab alia separari. Quare non est intelligibilis ea spatialis immanentia
quam divinae personae habent in eiusdem Naturae identitate, sive formalis prae-
sentia unius cum alia.

Ex his colligitur, immanentiam divinam in tribus
praecise formalibus essentialiter consistere. Primum est identitas relationum cum essentia.
Secundum distinctio relationum inter se. Tertium coniunctio quoad locum. An au-
tem omnia haec afferantur in recto, et tanquam subiectum, et quid cadat
immanentiae denominatio? poterit aliquis dubitare. Forte consentiens
solam identitatem relationum cum essentia, esse subiectum denominationis, licet
alia sint constitutiva, quia sola illa est nexus, seu ratio formalis, qua una
persona possidetur ab alia, et existit in illa: quod illa solum est immanen-
tia formalis.

In quaestione vero de nomine censeo, denominationem immanentiae
circuminsessionis cadere in omnia tria praedicta, quae iam enumeravi-
mus. Tum quia non est, cur potius in hoc praedicatum, quam in illud cadat, tum quia
in proposito videtur idem immanentiae subiectum, et ratio formalis, qua
constituitur essentialiter immanentia. Et ita contingit in qualibet im-
manentia creata. de 1a persona Patris tractatus. Propria
praedicata 1ae personae recensentur quae unica. 1a persona propriissime Pater dicitur

De 1a persona Patris tractatus 5.

Propria praedicata primae personae recensentur. Quaestio unica.

1a persona propriissime Pater est.

Caput primum.

1am personam Trinitatis esse propriissime Patrem certum, et extra omne dubium inter Catholicos. 1o nam aperte traditur in Scriptura, Conciliis, et PP, de quibus abunde P. Montoya D. 31 de Trinitate. 2o: nam 1a persona proprie generat 2am; ergo proprie Pater illius est. Patet, nam qui proprie generat filium, proprie Pater est, sicut infra constabit, cum ostendamus processionem 2ae personae convenire proprie definitionem vitalis generationis, ex qua vere denominatur filius. 3o nam licet Pater in creatis afferat plures imperfectiones, illae tamen sunt extra conceptum Patris, ut sic, quo pacto, sicut intelligens, et amans afferat in creatis imperfectionem accidentis, et unionis, adhuc tamen, quia sunt extra conceptum intelligentis, et amantis, ut sic; ideo resecatis imperfectionibus illis Deo conceditur utraque denominatio.

Addit P. Montoya citatus sect. 2, Patrem divinum verius, et propriius esse Patrem quam homines generantes, et quam cetera animantia. 1o nam ex illa Paternitate derivatur omnis Paternitas in Caelo, et in terra. 2o, nam Aeternus Pater a se habet esse Patrem, homo ab alio. 3o: nam Aeternus Pater est substantialiter, et quidditative Pater, homo vero accidentaliter. 4, nam Pater ab Aeterno, et in Aeternum est Pater, homo est solum in tempore. 5, nam Aeternus Pater adeo Pater est, ut nequeat esse filius, et Pater creatus

potest simul ēē filius. 6 demum, q̄ Pater in divis eandem nūro
naram cōveat filio, secus in creatis. Nihilominus his oibus insp̄ec-
tis iudico, n̄ inde sequi, Patrem Æternum ēē verius, et proprius Patrem,
sed perfectius, q̄m ē Pater creatus. Ratio ē, nam Pater creatus tam vere
propriè q̄ participat raonem Patris, q̄m divinus, q̄mvis n̄ tam perfectè,
sicut Creatura, tam vere, et proprie ē ens, q̄m Creator, licet n̄ tam per-
fectè.

Notabis autem, raonem Patris ad intra, notionalem et propriam
ēē 1ę personę. Ratio ē, nam ita convenit 1ę personę, quod nulli alteri
conveniat, etenim in trinitate solum dantr duę processiones, quarum
una provenit ā solo Patre, alia v. ā Patre, et filio; sed quæ provenit
ā Patre, et filio n̄ habet raonem generaonis; habet autem ea, quę solum
provenit ā Patre: ḡ sola 1a trinitatis persona Pater ē. Atinā infra
constabit, cum raonem ā priori demus, cur 2a processio n̄ sit generatio
sit autem 1a.

Notabis deinde, 1am personam n̄ solum ēē Patrem ad intra
qā ī Verbi, sed etiam ad extra qā ī oīum creaturarum, tam raonalium,
q̄m irraonalium, nam ita frequenter vocatr in Scriptura, et SS. Pbs.
Cum quę filius exigat silitudinem in nara cum Patre, eo minus im-
proprie Creatura dicetr filius, quo magis accedat ad silitudinem in
Natura diva. Quare minus improprie Iustus dicitr filius, q̄ p. gratiā
am sanctificantem magis accedit ad Naram Dei. Licet vō 1a perso-
na sit Pater, tam ad intra, q̄m ad extra, plura tn intr utramque
Paternitatem iacent discrimina.

1um, quod Paternitas ad intra notio-
nalis esset propria 1ę personę, cum nulla alia possit ēē Pater ad intra;
Paternitas autem ad extra eīs, et ęqualis ē oībus personis, q̄ convenit Pa-
q̄ua producenti Creaturas. Unde sicut 1a persona dicitr Pater Creatura-
rum, q̄ producit illas, ita 2a, et 3a ob eandem raonem. 2um quod
1a persona Pater ē Verbi cum oīmoda proprietate, q̄ producit illud,

a privium divinctum in similitudinem propriæ naturæ, sicut ex prædictis infra; non autem est propriè Pater creaturarum, eo quod non producat illas per privium coniunctum in similitudinem propriæ naturæ, cum valde distent in Natura Deus, et Creaturæ. Idemque dicendum de 2ª, et 3ª persona. Nulla enim est propriè Pater Creaturarum, sed metaphoricè, et analogicè. Quamquam quod Paternitas ad intra prior est, quam Paternitas ad extra, prior inquam tempore, nam Pater ab Æterno generat Verbum, in tempore Creaturas. Prior etiam in perfectione, quia nobilior est generatio Verbi, quam Creaturarum. Prior demum in subsistendi consequentia, nam generatio Verbi, utpote naturæ, est independens à productione creaturarum, quæ contingens, et Libera est, maxime quia dependens à generatione Verbi; Propter quam dependentiam, et independentiam, dicuntur varia priora Liberis in Deo: quia Verbi generatio prior est in subsistendi consequentia generatione Creaturarum, quatenus non valet Verbum generatur: ergo Creatura. Valet autem conversio.

Rogas, an Pater divinus cum creato conveniat in ratione Patris? Respondeo, Patrem divinum, ut est Pater Verbi, convenire cum creato in ratione Patris. Nam sic uterque propriissimè Pater est. Respondeo 2; Patrem divinum, ut est Pater ad extra, non convenire cum Patre creato, nam Pater creatus est propriè Pater sui filii, divinus vero Pater non est propriè Pater ~~~~~ respectu Creaturarum. Ex quo sequitur, Paternitatem ad intra non convenire cum Paternitate ad extra in ratione Paternitatis. Nam Paternitas ad intra propriissimè est, non ad extra.

Assertum Secundum.

Esse ingenitum est proprium Patris.

Vox ingenitum tripliciter stat. 1° pro increato, sive n̄ facto, sub qua acceptione singulæ personæ tantis ingenitæ, q nulla propriè creata, l. fit. Unde ingenitum in hoc sensu n̄ ē proprietas solius Patris. 2° pro genito sive ḡnatione, et sic ēē ingenitum ꝯvenit Spiritui S., neque proprium ē Patris. 3. pro n̄ō improducto sub quo sensu ferè coincidit cum innascibili.

Hinc infertur, ēē ingenitum sub hac 3ª acceptione, convenire Patri, et ēē proprium illius. Ratio q̄ nam Pater ē o̅io improductus, et nulla alia persona ē o̅io improducta, ut in tractatu 2° q. 1ª satis monstravi: q ēē ingenitum ē proprium Patris. Patet, nam id ē proprium Patris, quod Patri ꝯvenit, et nulli alteri personæ convenire potest. Confirmatur, nam ingenitum sub hac usurpatione coincidit cum innascibili; sed innascibile proprium ē Patris: q ēē ingenitum proprium ē Patris. Minor constat ex tractatu 3° q. 1. cap. 2, ubi probavi, quod innascibilitas ē notio Patris à cæteris personis, eo quod soli Patri conveniat.

Sed dices 1°: Duo ꝯ̄dictoria debent constitui p naturas o̅io diversas: ēē ingenitum, l. n̄ genitum, et ēē genitum st ꝯ̄dictoria: q constituuntur p naturas diversas; filio convenit ēē genitum: q Patri convenire nequit ēē ingenitum, l. n̄ genitum, patet, q̄ iam Pater, et filius haberent naturas diversas, quod fides n̄ admittit. Resp.: ingenitum pro formali dicere negationem, quæ n̄ ē natura, l. Deus Patris, cum ab eo realiter distinguatur, quamvis suo modo sit proprietas à Patre dimanans. Unde cum ingenitum sm hanc solum negationem opponatur ꝯ̄dictoriè genito n̄ infertur, quod Pater, et filius debeant constitui p diversas naturas, q n̄ constituitur Pater p ingenitum, quā ꝯ̄dictoriè opponitur filio. Præterquam quod Pater, et filius habent diversas naturas relativas, et cum genitum, et ingenitum pertineat ad relationes, ad summum infertur, Patrem, et filium constitui p diversas naturas relativas, quod n̄ ē inconveniens.

Objicies 2: quae sunt unum, easdem proprietates habent, alioquin non essent unum; sed Pater, et Filius, ut ex fide constat, sunt unum: ergo easdem proprietates habent, sed una ex proprietatibus est, esse ingenitum: ergo aut Filius, et Pater non sunt unum, aut non est proprietas Patris esse ingenitum. Resp. dist. maiorem: quae sunt unum intra se, concedo maiorem: quae sunt unum in tertio, sed intra se distincta, nego maiorem. At Pater, et Filius non unum intra se, sed cum Essentia. Propterea non infertur, quod easdem proprietates habere debeant. Aliter etiam potest ea maior propositio distingui. Quae sunt unum adaequate, concedo. Quae sunt unum inadaequate, nego. Nam ratione illius inadaequati, sub quo non sunt unum, habere possunt diversas proprietates; at Pater, et Filius non sunt unum adaequate, sed tantum in Essentia: possunt ergo in relationibus distinctis, quas ultra Essentiam addunt, fundare distinctas proprietates.

Objicies ultimo: nequit explicari, quid ingenitum afferat in suo formalissimo conceptu, num aliquid positivum, an negativum: ergo etc. Pro diluenda hac difficultate multiplex est authorum sensus. Aliqui dicunt, ingenitum in positivo, et negativo consistere, ut in eo, quod Pater a nulla persona sit, et aliarum sit principium. Sed non placet, quia si per impossibile Pater nullam omnino haberet virtutem producendi ad intra, adhuc esset ingenitus ex eo praecise, quod repugnaret produci: non ergo dicit ingenitum in suo conceptu virtutem aliarum personarum productricem. Consequentia patet, Antecedens ostendo. Nam ingenitum in praesenti stat pro omnino improducto, vel si velis, pro improducibili.

Displicet etiam quorundam antiquorum sententia, qui dicebant, ingenitum consistere in relatione positiva Patris, quae sit specialis, et opposita relationi geniti, sicut ingeniale consistit in relatione opposita spirabili. Displicet inquam, primo, quia absque fundamento adstrui in Patre tertiam aliam relationem praeter Paternitatem, et Spirationem activam. 2 main-

inde esse operaretur in trate Dari quinque relaões, Contra com-
munem theologorum sensum, de quo iam egimus in tractu de diuinis relaonibus. Probatur sequella, nam praeter Paternitatem, filiationem, et utramque spiraonem, adstrueretur ingeniti relatio.

3°, et ultimo,
nam quaeuis relatio ad intra petit pro termino personam realiter distinctam. Cum personae multiplicentur ex oppositione relaonum; sed ea quinta relatio non habet personam realiter distinctam, quam pro termino respiciat. Ergo tandem nec in ea consistit ingeniti ratio. Minor probatur, nam imprimis Pater non distinguitur, sed potius identificatur cum ea relaone; filius autem, et spiritus Sanctus, qui distinguuntur, nequeunt esse termini, nam in diuinis duae relaones adaequatae nequeunt eandem personam habere pro termino; quod patet in relaonibus Paternitatis, et spiratoris, quae diuersas personas respiciunt, scilicet filium, et spiritum Sanctum, quamuis inter se realiter identificentur. Ergo cum filius sit terminus relaonis Paternitatis, et spiritus Sanctus relaonis spiratoris, nequeunt iterum respici a relaone ingeniti.

In quo consistat ingeniti ratio. Cap. 3.

Ultima praecedentis capitis obiectio petit, ut explicemus, in quonam formalissime consistat ingeniti ratio? ubi noto, idem prorsus dicendum de ingenito, et innascibili, quia licet ingenitum videatur solum excludere passiuam productionem, et innascibile etiam potentiam ad productionem, attamen, quod potentiam destruit, etiam actum destruere censetur. Unde innascibile non solum potentiam ad productionem, sed etiam ipsam productionem excludit. Ingenitum autem, cum excludat productionem passiuam Patri repugnantem, censetur etiam excludere potentiam ad productionem. Ideo pro eodem fere usurpari utrumque conceptum, et eandem esse constitutiuum utriusque. Quo posito.

Sencio
quod ingenitum, vel innascibile dicit praeformaliter quid negatiuum,

et pro materiali quid positivum. Utraque pars seorsim probanda. 1a, quam ingenitum, vel innascibile dicit formaliter non esse productum, vel non habere potiam, ut producatur, hoc formaliter est aliquid negativum: ergo ingenitum vel innascibile dicit formaliter aliquid negativum. Minor probatur, nam produci, vel posse produci, quid positivum est: ergo non produci, nec posse produci, quid negativum est. Patet, nam ex duobus contradictoriis unum debet esse negativum, quando aliud est positivum. Confirmo, nam omni positivo in re posito non ponitur ingenitum vel innascibilitas: ergo praecise consistit in positivo. Cons. patet, ante ostendo, quod potius destruitur ingenitum et innascibile. Cum debeat poni genitum et nascibile, quae sunt positiva &c.

Dices: hoc negativum, quod formaliter affert ingenitum vel esset privatio, vel pura negatio? neutrum potest esse: ergo. Probatur minor: neque esset privatio, Pater generari posset, licet actu non generaretur, nam privatio est carentia formae in subiecto apto. Rursus neque potest esse pura negatio, quia tunc carentia non est pura negatio, quando subiectum, saltem secundum rationem genericam, licet non specificam, potest admittere formam. Ut patet in odio Dei, quod habet privationem, et non puram negationem debitae rectitudinis, eo quod licet, non secundum rationem specificam odii Dei, saltem secundum genericam actus voluntatis potest rectitudinem admittere; sed generari non repugnat aeterno Patri secundum rationem communem divinae personae, sed secundum notionalem talis personae: ergo carentia generationis vel productionis passivae non est in Patre pura negatio.

Plures Doctores cum Patre Granado tractatu 6 D. 4 indicant, istam carentiam, quam ingenitum affert, esse privationem. Ego tamen crederem esse puram negationem. Quia pura negatio stat in carentia formae in subiecto non potente formam admittere, sed Pater admittere nequit productionem passivam, nec potiam ad istam: ergo utriusque carentia est in Patre pura negatio. Neque valet id de odio Dei. Nam carentia

rectitudinis, quam odium habet, e pura negatio, sicut in Materia de Peccatis probavi, dum agerem de constitutivo peccati commissionis. Et sane fere nulla carentia esset pura negatio, si satis esset, quod subiectum posset admittere formam secundum aliquod sui primum, vel ut proprius loquar, si secundum aliquid non opponeretur formae, quod fere nullum e subiectum, cui ratione omnium priorum repugnet forma. Verum de hoc alibi.

Quod autem ingenitum afferat pro materiali huius negationis aliquid positivum. Quae erat 2a pars nostrae assertionis. Ostenditur. Nam entitas Patris est quid positivum; entitas Patris e fundum illius negationis. Ergo. Minor probatur. Entitas Patris exigit a nullo procedere, quod sonat carentiam, vel exclusionem cuiusque productionis passivae. Quam siquidem e fundum cuiusque passio illi naturaliter subsecuta. Non enim genitum in praesenti non accipitur pro non genito utcumque, sed pro entitate positiva non genita. Secus de chymaera; diceretur ingenitam esse, sicut dicitur non genitam: petit ergo ingenitum ultra carentiam aliquid positivum, in quo fundetur. Idem de innascibili.

Maior difficultas in assignando positivo primo, quod in Patre sit fundum huius carentiae, sive dicatur privatio, sive pura negatio. Quod parum interest ad hoc punctum, communiter dicunt Juniores hoc fundum esse solam divinitatem, seu notionalem, et personalem relationem Patris, quae omnium prior est filio, sed quia rejicit, et excludit omnem passivam productionem; eadem non perfectio quoad intrinsecum inceptibilis, omnisque multiplex quoad connotata praestat utrumque. Et esse primum divinarum personarum, et omne primum excludere a se, nihil ultra praeterea cum Paternitate, spirationem activam assignante. Utrique vero consonat, neque Logicam divinam, nec aliam absolutam perfectionem esse fundum huius negationis, nisi ad summum mediate, speciatus e Logica ratione Paternitatis, vel actionis spirationis

Ego tn censeo, fundum hujus negaonis, quam ingenitum affert. Idem de innascibili constari ex oibus, et singulis prat̃is, tum abluti, tum relativis, quæ ñ in Patre. Probo, nam ideo Pater ē ingenitus, l improductus, q nullum eius pr̃atum producitr, nam unico producto, iam abluté diceretr productus, ut patet in filio, qui denoatr abluté productus, eo quod sola eius relao producatr: q positivum excludens productionem in Patre, a qua ipse denoatr ingenitus, ñ ẽ̃ alius ac omnia eius pr̃ata. Confro, q cum omnia, et singula pr̃ata Patris excludant productionem, rogo, cur sola Paternitas, et ñ ẽ̃ssa fundet istam carentiam, quæ removet productionem?

Dices, q ẽ̃ssa ē indiferens, ut producatr, et ñ producatr, nam in filio producitr, et ñ in Patre. Contra, q nunqm ẽ̃ssa producitr, nec potest produci; licet ñ filiatio producatr, et ẽ̃ssa realitr idetr cum filiatione, tn ẽ̃ssa ñ producitr. Id q ẽ̃ varios opinandi modos explicatr a ẽẽ. Aliqui confugiunt ad distionem ex nara rei, quam inter ẽ̃ssam, et relaones adstruent. Alii ad solam distionem raonis. Nos autem ad virtualem distionem, de qua ā. Certum v°. debet ẽẽ penes oẽs quod ẽ̃ssa ñ producatr, etiam dum ē in persona producta: fundat q ẽ̃ssa raone sui negaonem productionis.

Dices ulterius, q filius erit ingenitus, sicut Pater, probas, q filius habet ẽ̃ssam divinam, quæ per nos fundat negaonem ingenitus. Resr, neg cons, q filius prater ẽ̃ssam includit filiaonem, quæ producitr, et hoc satis ē, ut abluté genitus, et productus dicatr: totum n, cuius una pars producitr, abluté denoatr productum: in Patre ā nihil producitr, ideo que simplicitr denoatr improductus. Ad summum q poterit affirari, filium ẽẽ ingenitum attenta ẽ̃ssa pr̃cisé, vel ñ ẽẽ genitum aut productum ex ẽ̃ssa, sed ex filiaone. De 2ª persona, filio tractus 6.

An et quatenus processio 2ę personę sit per intellectum. C. 1a

quid alii sentiant, cap.

De 2a persona filii tractatus sextus.

An, et quatenus processio secundę personę sit per intellectum. C. 1a.

Quid alii sentiant. Cap. 1um.

Cap. 1um:

Huic difficultati persimilis est alia, quam rogari solet, an processio Spiritus Sancti sit per voluntatem? et licet hęc 2a pertineat ad subsequentem tractatum, in quo complectimur quidquid spetialiter ad 3am personam spectat, tamen quia communis est difficultas utramque simul decidemus.

Quidam DD. communiter uno excepto Durando, de cuius mente infra, supponunt processionem 2ę personę esse per intellectum, et processionem Spiritus Sancti per voluntatem. Id tamen explicant diversimode. Nam alii dicunt, ideo has processiones esse per intellectum, et voluntatem quia productiones personarum formalissime consistunt in intellectione, et amore, nam actio, sive productio 2ę personę est intellectio, 3ę vero amor. Huc spectant alii docentes productiones activas personarum consistere in intellectu, et amore, sive partialiter, sive adequate, sive in recto, sive in obliquo. quod illi intelligunt

Ubi non semel constet, actuales personarum productiones involvere aliqua ratione ✠ ✠ vitales illos actus intellectionis, et amoris pertinentes ad intellectum, et voluntatem, negari non poterit, eas processiones personas ex ipsis formaliter procedentes, esse per intellectum, et voluntatem.

Hęc tamen doctrina nititur falso principio, nam, ut in tractatu 2o disputatione 6, et ratione satis abunde probavi, productio tam activa, quam passiva consistit in solo relativo, sed ideo quolibet absoluto: nam activa productio consistit in solo relativo personę producentis, et passiva in solo relativo personę productę. 2o dicunt alii, processiones ideo per intellectum, et voluntatem esse, quia Paternitas,

quae est filii processio a Patre, claudit in suo formalissimo conceptu intellectionem, et non amorem. Unde filium dicat procedentem per intellectum, et non per voluntatem; at activa spiratio, quae est processio Spiritus Sancti a Patre et Filio, includit essentialiter amorem, et non intellectionem. Unde Spiritum Sanctum dicunt procedentem per voluntatem, et non per intellectum. Corruit tamen haec doctrina ex dictis in tractatu 3° q. 1a, ubi ostendi, nihil absolutum includi formaliter in relativo, et e contra.

Quidam docent a plerisque, processionem 2ae personae ideo per intellectum esse, quia principium immediate quo productivum 2ae personae est intellectus, sive per modum naturae, sive per modum operationis; e contra processionem 3ae personae ideo per voluntatem esse, quia principium immediate quo productivum huius personae, est voluntas in actu 1° vel 2°, quare scribunt voluntatem a ratione principii productivi filii, et intellectum a ratione principii productivi Spiritus Sancti, ut sic eas processiones discriminent. Haec etiam doctrina supponit falsum principium, et a me rejectum in tractatu 2° q. 10 ubi probavi, principium immediate quo productivum personarum, in solo relativo consistere, et non in quolibet absoluto.

Alii tamen nulli defendunt, ideo processionem 2ae personae esse per intellectum, et 3ae personae per voluntatem, quia principium immediate quo productivum processionis, vel actionis, aut quasi actionis, qua 2a persona procedit, est intellectus, et non voluntas; e contra vero principium immediate quo productivum productionis, vel processionis, qua 3a persona procedit a duabus primis, est voluntas, et non intellectus. Sed tamen ostendi tractatu 2° q. 10 citata, nihil absolutum esse in Deo productivum ad intra. Et in eodem tractatu q. 9 probavi, non dari principium, immo neque virtuale principium in Deo ipsius processionis activae.

Quod propugnatur ab aliquibus PP., ideo 2am personam esse per intellectum, quia procedit, ut Verbum, et 3am esse per voluntatem, quia procedit

ut amor. Quod si rursus ab illis petas quid sit procedere ut Verbum, et ut amorem, dicunt, idest 2am personam ut Verbum procedere, q ex sua speciali ratione habet esse notionalem cognitionem, et 3am idest, ut amorem procedere, q notionalis amor est. De hac opinione dictum est tractatu 2o q 3 ubi praedictam cognitionem et amorem notionalem additum essentiali, reieci.

Novam ingredientur viam alii, nuper excogitantes quandam intellectionem notionalem et propriam 2ae personae, passivam tamen et non activam, hoc est, qua eam solum denotatur cognitum, qui ex illa denotetur intrinsece formaliter intelligens. Eadem ratione constituunt in Spiritu S. notionalem amorem passivum, per quem solum denotetur amatus, qui Spiritus S. voluntas per illum formaliter denotetur amans. Haec quidem sententia differt nuper ex aliis Iunioribus relata, quod licet non admittat activam cognitionem, et amorem notionalem, passivam altera concedit. Utriusque vero sententiae falsitatem infra detegam in hoc eodem tractatu.

Denique non nulli recentiores idest processionem 2ae personae dicunt esse principium, quia proprietas notionalis et personalis huius personae, qua distinguitur virtualiter ab omni absoluto, et realiter a quovis relativo notionali alterius personae, est quaedam intellectualis cognitionis relatio, quam Pater loquitur mentaliter Filio quod quod per ipsam intellectionem essentialem ipse cognoscit, et per hoc signum constituitur ingenitum, 2am personam in ratione Verbi. Quia vero processionem idest consent per voluntatem Dei, quia proprietas notionalis huius personae est voluntarius impulsus, sive donum pertinens ad voluntatem. De hac vero sententia dicam infra, cum de ratione sit de constitutivo 2ae personae in ratione Verbi.

Puncta Scoti perpenduntur. cap. 2.

Scotus in 1um distinctione 2a q 7 contendit probare per naturales rationes,

suppositâ saltem divâ fide, quod in Deo dentur processiones, et quod eiusmodi processiones duae sint, alia per intellectum, et per voluntatem alia. Lubet autem eiusmodi rationes expendere, quae processionum duarum pe[ri]onas probant esse per intellectum, et processionem per voluntatem. In hunc modum arguit Scotus.

Primo: quidquid ex sua ratione formali est principium sufficienter productivum, ubicumque sit, erit principium sufficienter productivum; at intellectus habens obiectum intelligibile sibi presens, sive per speciem impressam, sive per ipsum immatam, est ex sua ratione formali principium sufficienter productivum notitiae genitae; ubicumque fuerit, erit principium sufficienter productivum notitiae genitae; sed in Deo reperitur hoc totum, quia datur intellectus cum essentia diva presenti per modum intelligibilis obiecti; ergo datur in Deo principium sufficienter productivum notitiae genitae. Quam proinde producere debet. Cum in Deo, quidquid productivum ad intra sit actualiter producens.

Eodem fere modo conficitur argumentum per voluntatem, etenim voluntas habens obiectum sibi presens per cognitionem, ex sua ratione formali est productiva amoris; sed in Deo reperitur voluntas habens obiectum sibi presens per cognitionem: ergo est ibi productiva amoris, quin et actu producit amorem.

Sed in hoc discursu mihi difficultatem ingerit ea propositio, ubi, quod intellectus habeat obiectum intelligibile presens, ex sua ratione formali sit principium sufficienter productivum notitiae genitae. Loquitur non ibi Scotus de productivo physico, et reali, non video, cur intellectus habens obiectum sibi presens nequeat abstrahere a productivo physico, et a productivo methaphysico, seu virtuali, vel per intellectum, ita quod sit indiferens ad realiter producendam, vel ad realiter identificandam sibi notitiam, et cognitionem obiecti. Non ergo videtur esse de ratione formali intellectus habentis obiectum sibi presens, posse physice producere notitiam, et cognitionem illius. Praeterea, non potius

videtr ee de raone frati intrus habentis obum sibi presens, ee phice productivum notie ee illud, quod de raone intellectionis est phice productam ab intru habente sibi presens obum, at n est de raone intellectionis phice produci: quandoquidem in Deo reperitr intellectio, quae phice non producatur, ut supra probatum fuit: ergo neq de raone intrus habentis obum sibi presens, erit producere phice notitiam illius, sed potius erit intrus, qui presente obo, non phice, sed ad summum virtualiter, aut formaliter intrum illam producat.

Deinde si de raone frati intrus habentis obum applicatum sibi per speciem, vel immate per se ipsum, esset habere vim realiter productivam, non solum posset producere Verbum, sed etiam intellectionem, vel substantialem, et subsistentem per se, si intrus esset infinitus, vel accidentalem, et receptam in subto, si intrus esset finitus, et limitatus: at hoc 2um non est de raone frati intrus fecundi, vel quod idem est, habentis ea raone sibi presens, et applicatum obum: ergo etc. Minor patet, nam intrus divus producere nequit intellectionem, sed solum Verbum. Maior autem est perspicua, quia non est fundamentum dicendi, unam, et non aliam virtutem ee de raone intrus fecundi.

Arguit 2: in intu creato reperiuntr, et coniunguntr per accidens duae raones. 1a imperfectionis. 2a perfectionis. 1a quod intrus sit receptivus. 2a quod sit productivus. ergo licet 1a ratio imperfectionis excludenda sit a Deo, 2a tn est concedenda. Maxime cum in ordine agentium, ubi primum activum non est imperfectum, deveniendum sit ad aliquod primum activum absolute perfectum, et simpliciter 1um, quod est Deus.

Non placet 1o, nam etiam in intellectione creata datr ratio frans, quae est imperfectio, et ratio producti, quae perfectio; neq tn in intellectione diva conceditr ratio producti, sed potius aequaliter excluditr utraq ratio. 2o quia quod

natura creata sit realiter productiva, est perfectio, neque tamen id conceditur Naturæ divinæ. Et licet perfectio sit, quod intellectus creatus sit productivus inde non infertur, intellectum divinum esse productivum.

Primum illud, quod additur, est inintelligibile. Nam si contendat ex agentibus creatis ad increatum deveniri. Verum est, inde tamen non deducitur, quod intellectus divinus sit productivus. Item. Ad notitiam agentis increati, et perfecti, non solum iuvant agentia creata non imperfecta, sed etiam imperfecta. Nam ex quolibet creatura colligitur Deus, ut agens illius. At si contendat, in Deo perfectionem aliquam debere productivam esse, quando illius est ea est productiva in creatis. Aperte fallitur, ut patet exemplo naturæ creatæ, quæ productiva est, quin productiva sit natura divina. Neque sensus alius mihi sese offert.

Arguitur: etiam ut est in memoria, producit se ipsam ut est in intelligentia; hoc est totum, ut existens in specie, producit se ipsum, ut existens in cognitione, quod clarioribus verbis non est aliud, quam quod species simul cum intellectu concurrat ad producendam cognitionem dicti: ergo divinus intellectus habet eam virtutem. Hæc etiam ratio debilis est. 1º quia non probat, esse de ratione cuiusvis intellectus producere simul cum specie cognitionem. quamvis id reperiatur in intellectu creato. 2º quia deducitur ex illa, divinum intellectum producere cognitionem, et intellectionem essentiam, per quam denominatur intelligens, ut in creatis contingit. 3º quia, ut in materia de visione dicitur non datur ulla species verbi divini intellectus.

Scotistarum opinio confutata. cap. 3.

Celebris est opinio Scotistarum, quæ cum subtili Præceptore in 1º distinctione 2. quæstione 7. et distinctione 27. quæstione 1. et 2. docet, ideo Verbum divinum procedere per intellectum, et Spiritum Sanctum per voluntatem, quia procedit illud per dictionem, iste vero per impulsum. Ut autem hoc apprimè calleas,

adverte, scotistas iudicare, primum quo productivum 2æ personæ consistere in intellectu Patris ad iuncta relatione Paternitatis, et primum, quo productivum Spiritus S. consistere in voluntate adiuncta relatione spirationis activæ, quæ communis est Patri, et Filio.

Accedentes autem ad productionem activam designandam, qua Pater producit 2am personam, et Pater, ac Filius 3am, distinguunt in intellectu Patris duos actus, alterum, quem vocant intellectionem, et alterum dictionem; in voluntate etiam duos actus agnoscunt, alter est amor, et alter impulsus. Intellectio virtualiter aut ex natura rei distinguitur a dictione, sicut et amor ab impulsu. Intellectio communis est, non autem dictio, quæ tantum est in persona Patris. Amor etiam est communis omnibus personis, at impulsus est communis Patri, et Filio præcise. Propterea dictionem et impulsum vocant actus notionales, quia per illos una persona distinguitur ab alia, intellectionem autem et amorem actus essentiales, quia comitantur essentiam in omnibus personis. Hi actus disparate se habent, quia non presupponitur essentialis ad notionalem alio prioritatis genere, nisi quo absoluta dicuntur in Deo priora notionalibus.

Denique docent Filium ex intellectu Patris procedere, non quidem per intellectionem essentialem, sed per dictionem, tanquam per rationem formalem, quam Pater illum producit et Spiritum Sanctum ex voluntate Patris, et Filii procedere, non per amorem essentialem, sed per impulsum notionalem tanquam per rationem formalem, quam Pater, et Filius eum active producunt. Unde intellectionem et amorem solum vocant operationem, at dictionem et impulsum veram, et physicam productionem. Hæc est ad vivum expressa scotistarum mens, cui omnes consentiunt. Thomistæ vero fere omnes reiiciunt eam sententiam, quamvis propugnatam videam a Magistro Araujo ad q. 27 1æ partis articulo 4. dubio 2, conclusione 3a. Nostri vero Doctores contra ab ea discedunt.

Facile

refellitur ex dictis haec doctrina, quam cum nostris Authoribus fal-
sissimam iudico 1°, quia supponit primum quo productivum personarum
consistere in intellectu, et voluntate. Cum tamen iam in tractatu 2°, q. 1°
probaverim, in relativo duntaxat consistere, seclusa qualibet absoluta
perfectione, qualis est intellectus, et voluntas. 2°, nam in eodem tractatu
q. 6, et 7 monstravi, consistere processiones in relationibus Paternitatis,
Filiationis, et utriusque Spirationis: ergo non consistunt in dictione intellectus
et impulsu voluntatis, quomodo quidem actus isti ponuntur, ut perfec-
tiones distinctae ab iis relationibus. 3° nam intellectus non habet alium
actum, quam intellectionem, nec voluntas alium, quam amorem,
et odium, sicut visus non habet alium, quam visionem: ergo sine fundamento
ponitur ulterius in intellectu dictio, et impulsus in voluntate. 4°
quia Pater producendo Verbum mentaliter loquitur: ergo productio Verbi
sive dictio praesupponit ex parte Patris intellectionem. Patet, quia
nequit Pater mentaliter loqui, nisi quae praesupponuntur ab ipso cog-
nita, et intellecta: ergo falso dicitur, productionem Verbi, seu dic-
tionem non praesupponere specialiter intellectionem in Patre.

Dicei-
unt Scotistae: intellectus, ut dicens convenit soli Patri, sicut esse Ver-
bum productum ex intellectu convenit soli Filio, sed intellectus, ut in-
telligens convenit omnibus personis: ergo distinguuntur aliquo distinc-
tionis genere duae istae rationes formales intellectus, et intelligens, et
intellectus, ut dicens. Fateor eas duas rationes formales distingui.
Nam intellectus ut intelligens involvit solam intellectionem, at intellectus
ut dicens affert vim productivam, et actualem productionem Verbi,
quae consistunt in sola relatione Paternitatis. Itaque cum Scotistis
in eo convenio, quod intellectio non sit activa productio Patris respectu Verbi.
Dissentio tamen in eo quod intellectum negent esse virtutem productivam
Verbi, sicut et in eo, quod productionem activam Patris respectu Verbi
non admittam esse peculiarem actum provenientem ab intellectu

Patris, sed solam relaonem Paternitatis, ut superius edocui. Et

sanè Scotistas ita redarguo. Non minus ẽ aliqd notionale, proprium ꝗ solius Patris intris, ut Dicens, qm intris ut potens dicere, qmdoquidem sicut solus Pater dicit, ita solus Pater ẽ, qui potest dicere, l producere Verbum; at hoc n̄ obstante constituitr potia dictiva saltem partialitr, ex intr̄u essali, et coi tribus psonis: ꝗ licet actus dicendi, l dictio sit notionalis, et propria Patris, adhuc poterit constitui saltem partialitr, ex intellectione coi, et essali. Confirmo, quod ex abluto, et notionali resultat ẽ ablutè notionale, propterea ꝗ Pater licet naturam coem involvat, ẽ notionalis, ob Paternitatem. Confro propterea ꝗ sicut potiam dictivam asserunt ẽẽ notionalem, eo quod licet intrum coem involvat, attamen hic intris modificatr relaone Patris, ita dicere possent, dictionem ẽẽ notionalem, et propriam Patris, qmvis intellectionem coem involveret, eo quod modificaret eadem relaone Patris.

Obiciunt praeterea: nam intelligere solum dicit habitudinem cognitionis ad obtum, seclusâ quavis productione, dicere vero productionem affert, et oem habitudinem cognitionis ad obtum excludit. ꝗ duę istę raones fmales distinguntr saltem ex intrum, et conti in intr̄u Patris ẽ diversa fmalitas, quâ cognoscit, et quâ dicit, seu producit Verbum. Tamen explicent, qua raone distinguantr in Patre illę raones fmales. Nunc iterum ad hominem Scotistas redarguo. Nam sicut producere, et cognoscere st diversę raones fmales, ita pare dicere, seu producere Verbum, et posse cognoscere: ꝗ n̄ ẽ idem fmalitr intris in Patre, quo potest cognoscere, et quo potest dicere, l producere Verbum, sed alius erit adstruendus, quo cognoscat, et alius, quo dicat. Quod negant.

Quid censerit Durandus. Assertio 4. Singularis

in hac litte Durandus in 1o distione 6. q 2, ubi laté contendit, processiones divas ex quadam accommodatione dici printrum, et voluntatem, n quvero pfacultates istas procedant, q tn diversimodé solet exponi mens huius Doctoris, éam ex fide referre habet, ut clarissimé constat, quam ineficacitr à RR confutetr. la v his tribus pptiobus continetr.

1a propositio. Filius n procedit pactum intrus, qui sit eius actualis productio, l prium quo productivum immate. Similitr Spiritus S n procedit pactum voluntatis, qui sit eius actualis productio, l prium immate quo productivum. idem asserit de facultate intliva, seu volitiva, si forté datr in Deo p modum actus hi logici, seu virtualis: nec n erit illa prium quo productivum, l actualis productio v filii, l Spiritus S: nam eiusmodi facultates cum actibus suis indicat hic Authorse p accidens habere ad processiones divarum personarum.

2a propositio: filius, et Spiritus S radicalitr à Natura diva, et eius infinitate procedunt, proxe do, et immaté, n à Natura divina, nec ab aliquo ablto, sed à relaonibus Paternitatis, et spiraonis activæ: nam Paternitas é prium immaté quo productivum filii, Spiratio vo Spiritus S. Cum hoc tn stat, inquit, Durandus, ut in quodam sensu n incongrué possit affirari, quod utraq persona procedat p naturam, hoc é naturalitr, quatus utraq procedit á prio detrato, et necessitate ad operandum: frequentr n dicimus, prium detratum ad operandum operari more Naturæ, prium vo liberum, et indiferens operari more voluntatis. Et cum utriusq personæ productio sit ordinaria, potest dici nalis, n q proxe sit á Natura divina, sed q sit á prio cum necessitate operante.

3a propositio: divæ processiones dicuntr printrum, et voluntatm,

n̄ q̃ respiciant intrum, et voluntatm, ut p̃ria, sed p̃ qm̄dam adaptationem, et accommodationem. q̃ sicut in creatis 1ª productio, sl. operatio Naturæ raonalis ē cognitio pertinens ad intrum, et 2ª ē amor pertinens ad voluntatm, sic in divinis, cum 1ª productio Dei summè raalis, sit filii, 2ª vº Spiritus S., congruè dicitr, filium, et eius processionem ad intrum pertinere, Spiritum vº S., et eius processionem ad voluntatm. Ita Durandus.

Unde colliges, q̃m immeritò soleat illi contr imputarè, quod processiones dixerit ēē immatè p̃ naram divam. Oppositum asseruit, et licet ita sentiret, adhuc à coi sensu n̄ diccederet, dummodo cum Natura simul admitteret intrum, et voluntatem, nam quod theologi totis viribus in præsenti stabilire conantr, ē personas divas procedere p̃ intrum, et voluntatem, eo quod in se habeant aliqd raone cuius exigant eas perfectiones, qd qd sit, an cum intru, et voluntate concurrat natura diva, vel quævis alia perfectio, de quo modo n̄ curatr. Discessit q̃ Durandus à coi senta in excludendo intrũ, et voluntate, et ex hac parte feriri solet acribus censuris eius senta. Pr Valentia hic puncto 3: temerariam appellat Pr Molina arculo 2. D. 2ª periculosam in fide, et erroneam. Pr Suares lib. 1º de trinitate, cap. 5, nuro 4 errori proximam.

Duplici excipitr solet reiici Durandus 1º authoritate. 2 raone: Authoritate quidem, nam in S. Scriptura, Conciliis, et SS. Ptribus frequentissimè vocatr 2ª persona Verbum, et Sapientia Patris, ut videre licet apud Pr Montoya laté referentem eorum testimonia d. 2ª de trinitate sect. 2ª: q̃ necessum ē, quod 2ª persona p̃ intrum procedat. Alioqui nec erit Verbum, nec Sapientia Patris. Simitr ea, quæ spectant ad amorem, frequentr applicantr Spiritui S. et id ad Romanos 5: charitas Dei difusa ē in cordibus nostris p̃ spiritum

qui datus est nobis. Et ipsum nomen Spiritus tam frequenter inculcatum ab Ecclesia denotat impulsum, qui non est aliud in Spiritualibus, quam actus voluntatis: ergo Spiritus per voluntatem procedit. Alioquin non erit amor, nec impulsus, nec actus voluntatis.

Nec valet à Durando respondere, locutiones istas interpretandas improprie. Tum quia similiter diceret posset, 2am personam non esse proprie Filium, sed improprie: nam quoque vocatur Verbum, ac Filius in Scriptura, Conciliis, et Patribus. 2o quia durissimum esset asserere, toties usurpari locutiones illas sub improprio sensu. Videamus iam quibus rationibus impeti soleat à Junioribus haec Durandi sententia.

Cap. 5. Argumenta rationis contra Durandum expenduntur

Primo contra Durandum arguitur, quia nisi processiones sint per intellectum, et voluntatem, non explicabitur, cur sint vitales. Facile tamen respondebit Durandus, eas esse vitales, non intentionaliter, sed physica vitalitate, quia hoc essentialiter productiones immanentes à transeuntibus essentialiter distinguit; et sane qui dicunt processiones esse per intellectum, et voluntatem, adhuc inde requisite non explicant esse vitales: nam licet intellectus, et voluntas sint perfectiones vitales, possunt non operari vitaliter. Requiritur n. primum quod operatur esse vitale, quam operatio sit vitalis, ut patet in actibus intellectus, et voluntatis, qui producunt species, et habitus non vitaliter, sed emortuo modo.

2o arguitur. Nam in sententia Durandi non redditur ratio, cur processio 2ae personae potius, quam 3ae sit generatio. Quandoquidem utraque oritur ex fecunditate naturae. Sed non urget Primo quia Durandus non ait, utramque processionem esse, nisi mediate, et remote ex fecunditate Naturae, praecipue ex notionali potentia. 2o quia non facile redditur ratio, cur processio per intellectum et non per voluntatem sit generatio. 3o, nam committi

solet circulus vitiosus. Dum n. rogatur, cur 2.a persona sit filius? respondetur, quia procedit per intellectum; quod si roges, cur procedat per intellectum? respondetur, quia filius est. 4. nam independenter ab eo quod filius procedat per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, accipit filius activam spirationem, quam non accipit Spiritus Sanctus: at ex activa spiratione constituitur filius in esse talis ex plurium sententia: ergo independenter a processione per intellectum, et voluntatem assignatur ratio, cur sola 2.a persona sit filius, et eius processio generatio.

5. arguitur: nulla substantia operatur immediate per se ipsam, sed per instrumenta superaddita: ergo Deus non per naturam, sed per intellectum, et voluntatem operatur ad intra. iam ex constat ex praecedenti capite, naturam divinam secundum Durandum non operari immediate per se ipsam, sed per superadditas relationes Paternitatis, et spirationis activae, licet non per intellectum, et voluntatem, unde nihil nocet, imo favet antecedens huius obiectionis Durando. Rursus antecedens est omnino falsum, nam substantia creata per se ipsam operatur immediate. Deinde consequentia ex creatis ad divina in hac materia non est firma. Secus inferre liceret, naturam divinam operari per instrumenta realiter superaddita, sicut operatur natura creata.

6. arguitur, nam admissa Durandi sententia non erit ratio, cur filius a solo Patre procedat, et Spiritus Sanctus ab utroque. Contra, nam eadem perseverat difficultas, quia cum Pater habeat voluntatem, sicut habet intellectum, poterit se solo producere Spiritum Sanctum, sicut filium producit, omnino producat Spiritum Sanctum per voluntatem, et filium per intellectum. Et sane Graeci libenter admittunt, Spiritum Sanctum procedere per voluntatem, et adhuc negant a filio produci: ergo non deducitur Spiritum Sanctum a filio simul cum Patre produci, et non a solo Patre, quia per voluntatem procedat. Aliunde probari debet haec veritas.

7. arguitur.

nam si utraque processio fit per naturam, non est cur processio filii sit prior, quam processio spiritus. Sed iam ex Durandi mente notabam, processiones immanentes non esse per naturam, quod Durandus non admittit, sed expresse negat, essentiam, divinam, vel aliquid absolutum esse operativum ad intra. Praeterea licet intellectus sit prior in existendo, quam voluntas adhuc non ostenditur, cur productio intellectus debeat esse prior, quam productio voluntatis. Adde quod in Scotistarum schola docetur, attenta praecise ratione formali processionis per intellectum, et voluntatem, non implicare per locum ab intrinseco, quod processio per voluntatem sit prior, quam processio per intellectum.

Arguitur, quod iuxta hanc opinionem Durandi non erit ulla ratio, cur personae sint tres, et non plures, aut pauciores; in sententia vero communi de processione personarum per intellectum, et voluntatem facile redditur. Sed iam in tractatu 1o huius materiae, disputatione 1, cap. 7 notabam, ex ratione naturali non posse probari praedictum personarum numerum, quia tantum certissime constat ex dicta lumine fidei.

Praeterea quamvis admitti debeant personae procedentes per intellectum, et voluntatem, adhuc inde non infertur, quod aliae non procedant per naturam, vel per aliam perfectionem distinctam ab intellectu, et voluntate: non ergo sequitur, personas productas esse tantum duas. Quod si respondeas, nullam esse personam productam in Deo, quae non sit per intellectum, aut voluntatem. De hoc rationem inquiro, cur ut excludantur caeterae perfectiones praeter intellectum, et voluntatem? et cur non detur alia persona producta per naturam? ergo ratione naturali constare nequit, personas productas non esse plus, quam duas.

Sed neque constare potest, esse duas, et non unam. Quia sicut intellectus, et voluntas est unica realiter entitas. Et sicut operationes immanentes harum facultatum,

scilicet intellectio, et volitio, sunt etiam una realiter entitas, cur non producent unam personam, quae sit realiter Verbum, et impulsus, caetera quae propria filii, et Spiritus S. complectatur praeter ea, quae distinctionem realem important. Sicut in eadem persona coniungitur de facto ratio filii, et ratio Verbi. Neque vero obstat, 3am personam esse naturam, ut illi communicetur mutuus amor, quo Pater, et filius se diligunt. Nam hic amor sufficienter posset communicari filio, sicut de facto communicatur cognitio, qua Pater, et filius se cognoscunt. Neque rursus dicas cum Scoto, personam ab intellectu productam procedere naturaliter, et non libere, productam autem a voluntate non naturaliter, sed libere, qui modi procedendi realem distinctionem afferunt. Constat enim ex tractatu 2. q. 4 utramque processionem esse naturalem esse.

Haec, et similes obiectiones fieri solent contra Durandum, quae tamen facillime possunt eludi, quia et contra obiicientes retorqueri. Quare concludo, cum P. Arriaga d. 44 de Trinitate sect. 2, non ratione, sed authoritate ex praecedenti cap. petita reiiciendum esse Durandum.

Propria sententia stabilitur. Cap. 6.

Censio non aliter filium procedere per intellectum, et Spiritum S. per voluntatem, nisi quatenus intellectus est principium communicativum naturae filii, et voluntas naturae Spiritus S. Loquor in praesenti de intellectu, et voluntate prout abstrahunt ab actu 1o, et 2, nam de hoc postea.

Ex principiis, quae late stabilivimus tractatu 2o q. 10, nec intellectus, nec voluntas, nec aliquod aliud praedicatum absolutum est principium quo physice productivum personarum, sed eiusmodi principium est sola relatio notionalis, et propria Patris ad filium, et activa spiratio ad Spiritum S. ergo non possunt esse filius, et Spiritus S. per intellectum, et voluntatem, tanquam per propria physice productiva, sed

sed solum coicativa, quatis illę facultates intrus, et vo-
luntatis dum in personis producentibus existunt, media proces-
sione transferuntr ad productas, ut ibi dem explicavimus.

Dicitr autem utraq perfectio prium coicativum pse ã filii, et spiritus S. ut eas distinguamus ab aliis perfectionibus, qę n perse, sed quasi p accidens, matlitr, et concomitantr filio, et spiritui S. coicantr: duplicitr n aliqua perfectio potest divę personę productę coicari ã producente, vel q persona producta ex rone sua fmali, et diffvali petat illam. Et sic dicitr coicari pse. Vel q licet n petat illam, identificatr tn cum a sia pse petita, nec repugnat ex se coicari. Et sic dicitr matlitr, et quasi p accidens coicari.

Iam q Filius, et Spiritus S. ex suis rationibus fmalibus, et notionalibus petunt pse procedere ab intru, et voluntate, q perse petunt, ut sibi coicetr intrus, et voluntas, eo quod filius essalitr, et pse sit Verbum, et Spiritus S. amor, ac impulsus voluntatis. Ut contra Durandum ex coi sensu, et consensu totius Ecclesię s diximus. Notionalis q relatio 2ę personę petit ex se, quod sibi coicetr intellectio, cum qua Verbum constituat. Et notionalis relatio 3ę personę petit ex se, et pse, quod sibi coicetr amor essalis, cumq eo notionalem amorem constituat, qui vocatr impulsus, et donum pertinens ad voluntatem. Unde fit, utramq personam petere pse ab intru, et voluntate procedere, tanqm ã priis coicativis.

Restat iam decidamus, an ita procedant filius, et Spiritus S. p intrum et voluntatem, ut nihil sit de linea intrus, aut voluntatis, p quod n procedant. Et quidem in qualibet ex his lineis n é aliud excogitabile, quam actus, vel intelligendi, v. amandi, qui vocari solet intlivum, et volitivum radicale, et actus 2us

intellectionis, et amoris, certum e autem utramq. personam
pse procedere p intellectionem, et amorem. Id q. solum dubi-
tatr, an etiam procedat p intlivum, et volitivum.

Huic dif-
ficultati respondendum e affirmatiuè. Movetr ex authoritate
precipuè. Nam Ioannis 5. dicitr, sicut habet Pr vitam à semet
ipso, ita dedit filio vitam habere; sed Pater habet à se met ipso
n solum in abstracto, et in actu 2., sed etiam in concreto resul-
tante ex actu 1o intelligendi, et actu 2o intellectionis actualis,
ut modo supponitr: q dedit eam vitam filio, quod intelligendum
e pse, et ex vi productionis filii; sed filius procedit p eam per-
fectionem intrìs, pse fravitr, et pse vocatr illi à Patre: q
n solum procedit p intellectionem, sed p intlivum. Unde S.
Athanasius (3. cum Arrio post medium ait: n aliud vivere Pa-
tris, et aliud vivere filii. Rursus Pater dedit filio vitam ha-
bere, id e filio dedit illud, quod habet vitam, p quam denoatr
actualitr vivens, sed hoc e intlivum radicale: p tta. hinc à
paritate desumitr argumentum pro spiritu S., q nullus dubitat, quod
si filius procedat p intlivum, debeat etiam procedere spiritus
S. p volitivum.

Confirmatr ex authoritate Patrum, nam Augustinus
tomo 3, lib. 2. de trinitate cap. 1. sic ait: ita videt filius Patrem
ut quo eum videt, hoc ipso sit filius: n n illi aliud e ee de Pa-
tre, id e, nasci de Patre, qm videre Patrem: q filius ex ipso
nasci, l ee de Patre habet videre Patrem; sed videre Patrem n
solum dicit visionem, l intellectionem, sed etiam intlivum: q
filius ex ipso nasci, l procedere de Patre, habet intlivum. Et lib.
15 cap. 14 sic inquit: sciunt q invicem Pr, et filius; sed ille
gignendo, iste nascendo: q filius nascendo, seu vi frati sue nati-
vitatis, e sciens. Sicut Pater dum generat e sciens. Amb hinc

ulterius argue. Pater sciendo, l intelligendo producit filium; ergo in productione filii exercet vim intellectivam, quae non est aliud, quam intellectivum radicale: procedit ergo filius ex intellectivo.

Dices solum procedit formaliter Verbum ex illa perfectione intrinseca, quam intendit ei communicare processio; sed processio tantum intendit ei communicare intellectionem, et non intellectivum: ergo ex intellectione, et non ex intellectivo formaliter procedit. Minor probatur, quia communicata praecise intellectione, iam datur Verbum: ergo processio Verbi solum intendit communicare intellectionem. Respondetur, concessa majori, negando minorem. Ad probationem dicti antecedentis: Communicata praecise intellectione iam datur Verbum in abstracto concedo, iam datur Verbum in concreto intelligentis Nego. Processio autem divini Verbi tendit, et intendit ponere Verbum in concreto intelligentis, nam sicut oritur a principio intelligente, sic tratur ad Verbum intelligens.

Instas. In creatis operatio intellectus habet solam intellectionem pro termino: ergo similiter in divinis. Respondetur, negando consequentiam. In hoc enim sicut, et in aliis pluribus est latum discrimen inter processionem, quia intrinsecum divinum, et creatum. Etenim cum operatur intrinsecus creatus, iam supponitur in illo vis intellectiva, quae per intellectionem subsequentem denominatur intelligens. Unde solum tendit ea operatio ad producendam, et ei communicandam intellectionem; at cum in divinis Pater producit per intrinsecum, non supponit intellectivum in Verbo, propterea quod communicat illi non solum intellectionem, sed etiam intellectivum, quod per intellectionem denominatur intelligens. Unde tam intellectivum, quam intellectio est terminus vi processionis communicatus Verbo

Dubium expeditur. cap. 7.

Diximus, 2am personam procedere per intrinsecum, et 3am producentem. Illud videndum restat, an utraque persona, l earum aliqua pro-

procedat per alias Dei perfectiones absolutas; ubi loquor de processione sive per quam maliter, et identice non est dubium, utramque personam ex omnibus absolutis perfectionibus procedere, quatenus omnes saltem maliter, et identice communicantur utrique.

Dicendum inprimis est, utramque personam procedere per Deitatem. Probo, nam per illam perfectionem absolutam procedit divina persona, quae formaliter illi communicatur ex vi processionis; at utrique personae formaliter communicatur Deitas ex vi processionis: ergo per Deitatem procedit utraque persona. Consequentia patet. Maior ex nostris principiis est certa, quia nulla persona divina procedit ab alia per absolutam perfectionem, tanquam per principium suae productivum, sed communicativum. Minor probatur, nam utraque persona vi suae processionis evadit persona: ergo utrique communicatur Deitas. Patet, quia sine Deitate non stat conceptus personae, cum essaliter dicat persona praeter subsistentiam Naturam realem, ut alias stabilivimus.

Confirmo, quia nihil magis inculcatum apud SS. Patres, quam Verbum divinum procedere ex substantia Patris, hoc est ex illius essentia seu Deitate: ergo re ipsa procedit ex Deitate Patris. Et hinc a paritate ducitur argumentum pro Spiritu S., cum certissimum sit, quod si Filius procedat ex essentia Patris, debeat etiam procedere Spiritus S. Urgeo, quia durissimum est asserere Filium aut Spiritum S. non evadere Deum ex vi processionis, sed identice solum, maliter, et quasi per accidens: ergo Deus evadit ex vi processionis, et consequenter utrique personae communicatur Deitas. Premo ulterius. Nihil potest magis formaliter, et immate communicari rei, quam eius essentia; sed Divinitas est essentia Filii, et Spiritus S.: ergo formaliter utrique communicatur.

Dicendum est praeterea: 2am personam ex vi formalis suae processionis accipere spirationem activam et per illam procedere. Probo, quia 2a persona vi suae processionis evadit Filius, et vi suae processionis acquirit id, ratione cuius constituitur in ratione

filii; sed in ratione filii constituitur per activam spirationem, ut infra dicetur: quod vi suae processionis accipit communicatam à Patre spirationem activam: sed per id procedit, quod vi suae processionis accipit; quod per spirationem activam procedit.

Ubi notes duo: 1um, quod spiritus S. nullo modo procedit per activam spirationem, eo quod illa non formaliter, nec realiter sibi communicetur. 2um, quod licet filius in ratione prius spiritu S. non minus constituatur per voluntatem, quam per activam spirationem, adhuc voluntas ei non communicatur formaliter, nec per illam procedit quamvis communicetur, et procedat per activam spirationem. Ratio discriminis est, nam filius, ut talis solum exigit conceptum naturae, per quam assimiletur Patri; sed per naturam sufficienter, et necessario venit intelligendum principium productivum alterius personae, nec opus est principio communicativo: quod cum voluntas sit principium communicativum, et spiratio productivum, opus non est, filio communicari formaliter voluntatem, sed sufficere spirationem, imo requiri.

Ex dictis infertur, utramque personam procedere per omnia illa praedicata, quae formalissime clauduntur in iis ex quibus eas procedere diximus. Unde procedit utraque per omnia, quae clauduntur essentialiter in Deitate. Procedit 2a per omnia, quae clauduntur in intrinseco per modum actus 1i, et 2i, necnon et per ea, quae clauduntur essentialiter, in activa spiratione. 3a vero procedit per ea, quae clauduntur in voluntate, radicaliter et actualiter. Ratio est, nam implicat rem communicari, quin communicetur omne, quod in illa clauditur essentialiter: alioqui non res, sed pars illius communicaretur.

Ubi notes, per nullum aliud praedicatum ultra dicta procedere 2am, et 3am personam, eo quod nullum aliud vi processionis ei communicetur: nam 2a persona vi processionis tantum habet esse 2am personam, esse filium, et esse Verbum. 3a S. tantum habet esse 3am personam, et esse spiratum amorem: Et 2. tantum

coicari debet Deitas, Spiratio, et intrus in concreto. 3ᵒ vᵒ Deitas, et amor etiam in concreto.

Ex cuius obti cognitione per se procedat Verbum?

Conᵒ 2ᵃ. Procedit ex cognitione totius Dei. Cap. 1.

Hec difficultas etiam cois Spiritui S., mutata solum cognitione in amorem, q sicut queritur, ex quorum obtorum cognitione pse procedat Verbum? ita rogari solet, ex quorum obtorum amore per se procedat Spiritus S.? Unde qd ql dicatr de Verbo in ordine ad cognitionem dictum intelligatr de Spiritu S. in ordine ad amorem, seu ponet obiecta, ex quorum amore procedit.

Item modo prescindimus ab ea difficultate, qua rogatr, an Verbum procedat ex cognitione, et Spiritus S. ex amore tanqm ex prii coicativis, an potius productivis, in actu 1ᵒ, l in actu 2ᵒ? q licet in mea senta, neque cognitio, nec amor sint pria productiva, l actuales productiones personarum, ut dᵒ stabiliximus, attamen alii censent oppositum, q indicant eos actus ee phisica pria, l saltem activas productiones personarum. Apud oes qᵒ convenit, illos ee pria, l in actu 2, l in actu 1ᵒ productivo, seu coicativo. De quo tn nihil in presenti curatr, qᵃ tantum inquiritr, cuius nam obti debeat ee cognitio, l amor ille, ex quo Spiritus S., et Verbum procedit, quomodocumq procedat ex illis?

Hinc fit ut n incongrue soleant alitr Iuniores n nulli sic scribere presentem questionem. Quorum nam obtorum cognitio, l amor coicetr pse Verbo divino, et Spiritui S.? per quod clarius exprimitr scopus difficultatis, qui ad dirut, qm excutere obiecta, que respicere debent actus illi cognitionis, et amoris, qui petuntr ab utraq persona, et qui coicantr illi pse, et ex quibus aliqua

ratione procedit. Nam licet omittatur, cognitionem, et amorem esse prius productivum, vel actualem productionem, adhuc in praesenti solum attenditur ratio principii communicativi, quae negari nequit intellectioni, et amori ratione Verbi, et Spiritus Sancti. Rogamus quo quonam obiecta respicere debeat cognitio, vel amor prout Verbo, et Spiritui Sancto per se communicantur, et prout sunt principia communicativa, per quae procedere petit utraque persona?

Sed quid est communicari per se? respondeo non absimile esse, quam communicari ex primaria intentione processionis, tam active, quam passive, nam illud per se communicari dicitur alicui personae, quod intendit principaliter illi dare sua processio. Dicitur etiam communicari per se, quod communicatur ex indigentia personae, cui fit communicatio: nam persona quaelibet ex vi suae relationis personalis exigit aliquod praedicatum, et quae cum illo sunt alia realiter identificata, dicuntur haec communicari, non per se, vel ex indigentia, sed materialiter, et ex concomitantia, quin et per accidens, ut alii loquuntur. Nam quod probamus conclusionem iactam, quam tuemur, procedere Verbum ex cognitione totius Dei, idest, Essentiae divinae, Attributorum, et relationum.

Etenim, ut fatentur omnes, Verbum per se procedit ex perfectissima cognitione, tum intuitiva, tum comprehensiva Essentiae divinae: quia cum ex aliqua perfectissima cognitione procedere debeat, non est aptior alia, nisi quae fertur in Essentiam, eo quod sit prior et principalioris obiecti: sed cognitio comprehensiva Essentiae nequit non attingere saltem abstractive secundarios Dei perfectiones, tam attributales, quam personales, ut tres, quibus Essentia constituitur: ergo Verbum per se procedit ex cognitione saltem abstractiva harum omnium perfectionum. Dico saltem abstractiva, quia non aliud in praesenti contendo, nisi quod Verbum per se procedat ex cognitione horum obiectorum. Infra dicturi sumus, an ea cognitio

sit abstractiva vel intuitiva?

Sed, quia non ita frequenter admittitur procedere Verbum ex cognitione relationum, sicut ex attributorum cognitione, libet hanc partem ulterius roborare, et confirmare 1°; nam ut communissimum est inter Patres, et Theologos, Eternus Pater cognoscendo se producit Verbum: ergo ipse procedit Verbum ex cognitione sui Patris; sed cognitio Eterni Patris, si perfectissima sit, uti debet esse, ut per illam Verbum procedat, nequit non attingere filium et Spiritum Sanctum, ut tres, quibus Pater conectitur: ergo Verbum ipse procedit ex omnium divinarum personarum cognitione.

Confirmo 2°: Verbum ipse procedit ex cognitione illarum omnium perfectionum, quae formaliter ei communicantur: ergo cum Pater suum Verbum producit, immo prius origine quam producat, optime scit, quid ei formaliter communicat; sed ei formaliter communicat Spirationem activam, ut praecedenti § docuimus: ergo Verbum ipse procedit ex cognitione Spirationis activae; sed activa Spiratio qua talis, eo quod sit virtus productiva Spiritus Sancti, nequit cognosci, quin saltem in abstracto cognoscatur Spiritus Sanctus, tanquam terminus illius: ergo Verbum ipse procedit ex cognitione saltem abstractiva Spiritus Sancti. Eodem argumento probatur, procedere Verbum ex cognitione sui, quia procedit ex cognitione perfectissima Patris, quae nequit non attingere Patrem ut principium filii, consequenter filium, et alias trium.

Confirmo 3°: Spiritus Sanctus ipse procedit ex amore Patris, et filii; ergo Verbum etiam ipse procedit ex cognitione utriusque personae, quam et inde paritate desumpta colligitur, quod etiam procedat ex cognitione 3ae personae. Probatur antecedens, quia Spiritus Sanctus natura sua procedit, ut amor amicitiae, et concordiae inter Patrem, et filium, ac proinde ipse procedere petit ex amore, quo se invicem amant. Et hac ratione frequentissime Patres utuntur ad probandum, quod Spiritus Sanctus ipse petit a Patre, et filio procedere, ut suo loco vidimus.

Unde argutum ē ad hominem.

Diluuntur obiecta. Cap. 2.

Obiicitur 1: sicut Essentia prior ē attributis, et relationibus, ita prior ē cognitio Essentiæ, quam attributorum, et relationum cognitio; sed in eo priori, in quo Pater concipitur intelligens, producit Verbum, cum n̄ alia ratione producat, quam intelligendo: ergo prior ē Verbi productio, quam attributorum, et relationum cognitio, proinde præter procedit Verbum ex cognitione alterius obiecti, quam Essentiæ diuinæ.

Respondetur eam specialissimam cognitionem, quæ trahitur ad Essentiam penetrandam, attingere ratione tanquam tres attributa, et relationes. Unde n̄ est prior cognitio Essentiæ, quam attributorum, et relationum cognitio in Essentia. Quid quid sit, an attributorum, et relationum cognitio in se, et intuitiue sit posterior Essentiæ cognitione. Quod omitto.

Obiicitur 2: Verbum diuinum n̄ procedit præ ex cognitione Spiritus Sancti: ergo n̄ procedit præ ex cognitione totius Dei; probatur ans 1°, quia cognitio Spiritus Sancti n̄ ē prius in Patre, quam in Verbo: ergo n̄ procedit ex illa cognitione Verbum. Patet, quia ut procederet, opus erat, quod prius existeret in Patre, quam in Verbo. 2° quia Verbum in ratione Verbi n̄ ē ad Spiritum Sanctum: ergo seclusa cognitione Spiritus Sancti potest adhuc intelligi constitutum, et procedens à Patre.

Respondetur negando ans, quia sicut Verbum præ procedit ex cognitione attributorum, et Paternitatis, eo quod Paternitas, et attributa contineantur in Essentia, ita ob eandem rationem procedere debet ex cognitione filiationis, et passiuæ spirationis. Quandoquidem omne relatiuum, et absolutum indistinctum ab Essentia continetur in Essentia, neque potest diuina cognitio perfectissimè ferri in Essentiam, quin saltem indirectè

feratr in relaones, et attributa. Iam in precedenti cap: notavi, me tantum in presenti loqui de cognitione abstracti, seu praescindenti ab intuitiva, et abstractiva. Quare non approbo, quod ab aliquibus dicitur, debere procedere Verbum ex cognitione attributorum, et relationis Paternitatis, non autem ex cognitione filiationis, aut spirationis, cum non magis Paternitas, quam alia duplex relatio contineatr in Essentia.

Iam

ad 1am antis probaonem Rco, cognitionem indirectam Spiritus Sancti prius esse in Patre, quam in filio. Quod sic ad hominem convinco, nam secundum plures et fere omnes, perfectissima cognitio Essentiae prius est in Patre, quam in filio; sed perfectissima cognitio Essentiae nequit non saltem indirecte ferri ad spiraonem passivam, cum haec sit tr̃us respectus ab Essentia: ergo cognitio saltem indirecta spiraonis passivae, et quae personae, prius est in Patre, quam in filio. Praeterquam quod inter authores communissimum est asserere, quod omne gratum absolutum prius tratr subsistentia Patris, quam filii.

Ad

2am respondeo, quod licet Verbum, ut tale non sit principium Spiritus Sancti, quod omitto, negat, et negari, esse formalissime cognitionem Essentiae divinae, sed eo ipso est cognitio saltem indirecta Spiritus Sancti tanquam tr̃i respecti ab Essentia: ergo etc. Unde seclusa qualibet cognitione etiam indirecta Spiritus Sancti non intelligeretur Verbum in se constitutum, nec a Patre procedens, quod quidem sit de cognitione intuitiva, et directa: ergo non intelligeretur constitutum, nec ergo procedens per cognitionem perfectissimam Essentiae divinae.

Dici-

citur 3: non omnes attributales, aut notionales perfectiones concurrunt, tanquam principium Verbi: ergo non comunicatur formaliter Verbo cognitio omnium perfectibilium tam attributalium, quam notionalium. Ans est certum, et communiter probatur, nam ea solum cognitio comunicatur formaliter Verbo, quae tanquam ad eius principium, et quaelibet alia materialiter, et concomitanter se habet. Ratio est; quia cum non aliud, nisi principium concurrat, ratione sui, non alterius

obti cognitio debet coicari frālitr, et vi processionis Verbo

Dicetr, nullam ēē perfectionem in Deo, quę saltem, ut tris in radice ñ conectat tanqum prium Verbi, q̄ nulla ē, quam ut trum ñ respiciat prium Verbi, quodcunq dicatr ēē. Quare ñ ē mirum, quod oium cognitio saltem indirecta coicetr frālitr Verbo. Preterea Deo, prium Verbi conecti cum ceteris Dei perfectionibus: Unde cognitio perfectissime tangens illud prium, attingere debet ut tros ceteras Dei perfectiones, quę oio reseguntr a ratione prii v ū Verbi. Hinc ē, ut coicata frālitr Verbo cognitione sui principii, debeat eo ipso coicari frālitr cognitio respiciens indirecte ceteras Dei perfectiones, tum attributales, tum notionales.

Sed instare poteris. Verbo divino per accidens ē, quod eius prium conectatr cum ceteris perfectionibus: g per accidens ē, quod eius cognitio tretr ad ceteras perfectiones. Unde ñ procedit pse ex cognitione, quā trātr ad oēs Dei perfectiones. Dicetr, neg ans, q̄ Verbum pse petit illud prium, quod de facto habet, et quā rōne de facto se habet. Item licet ñ peteret eam conexionem ex parte prii, peteret cognitionem indirecte respicientem oēs Dei perfectiones ex suppositione, quod in re daretr ea conexio, q̄ perfectissimam sui principii cognitionem petit, quę terminari debet in omnes tros sui conectionis.

Verbum procedit ex intuitiva cognitione totius Dei. cap. 3.

Ex hucusq dictis constat, procedere Verbum ex cognitione saltem abstractiva totius Dei, quia procedit ex intuitiva, et perfectissima cognitione Deitatis, quę nequit ñ frālissime tangere singulas Dei perfectiones, ut tros, cum quibus ipsa conectitur.

Vlterius inquirimus, an etiam procedat ex intuitiva cogni-
tione earundem perfectionum? est autem intuitiva co-
nitio, quae fertur ad rem existentem ut existentem, ita ut im-
mediate, et in se tangat eius existentiam.

In hac difficultate mul-
tiplex est authorum sensus. Nam aliqui cum Scoto in 2o. distinctione 1a., quaestione 1o
articulo 2 docent, Verbo solum communicari ipse notitiam intuitivam Essentiae,
proinde quod Verbum ipsum duntaxat procedere ex intuitione Essentiae. Deinde
non nulli propugnant, procedere Verbum ex intuitiva cognitione, tam
Essentiae, quam attributorum, non autem personalitatum. Alii vero praeter in-
tuitionem Essentiae et attributorum, admittunt solam intuitionem Pa-
ternitatis, ut principium ex quo Verbum procedat. Alii solam intui-
tionem Spirationis passivae deiiciunt, ac denique omnium personarum
intuitio admittitur ab aliis.

In hac sententiarum varietate, nostra
conclusio sit. Verbum ipse procedit ex intuitiva cognitione totius
Dei. quare non solum procedit ex intuitione Essentiae, sed etiam attribu-
torum et personarum. Probatur 1. Verbum ipsum procedere debet ex
cognitione omnium perfectissima: talis est intuitiva, quae fertur ad omnes,
et singulas perfectiones Dei: ergo ipse procedere debet ex intuitiva
cognitione omnium perfectionum Dei. Consequentia patet. Maior est certa, quia
cum Verbum divinum in ratione talis perfectissimum sit, petit ipse,
quod ei communicetur perfectissima cognitio, per quam procedat, et ex qua
constituatur. Alioqui perfectissimum constitutum non exigeret
perfectissimum constitutivum. Minor ostenditur, nam ex genere
suo perfectior est intuitiva cognitio, quam abstractiva, et cogni-
tio, quae fertur ad omnes Dei perfectiones nobilior est, quam quae solum
fertur ad Essentiam, vel ad Essentiam, et attributa, relictis personis.

Probatur 2
quia Verbum ipsum procedit ex eorum cognitione, quorum ipse est Verbum:

sed pse est Verbum totius Dei secundum omnes, et singulas eius perfectiones: ergo per se procedit ex cognitione totius Dei secundum omnes et singulas eius perfectiones. Consequentia patet. Minor a nullo negari potest. Quis non dicat, Verbum divinum esse, quia ad eodem Verbum personarum, et relationum? Maior est certa, nam sicut Verbum, ut sit Verbum alicuius obiecti, requirit eius expressionem, ita ut sit Verbum pse requirit eius expressionem pse. Modo sic. Verbum petit esse Verbum intuitivum totius Dei, quia petit esse Verbum ea perfectiori ratione, quae de facto non alia sibi repugnante: ergo cum de facto sit Verbum intuitivum, petit esse Verbum intuitivum, et consequenter petit intuitionem totius Dei secundum omnes eius perfectiones.

Probatur ultimo, nam Verbum pse procedit ex intuitiva cognitione Creaturarum existentium, ut infra dicetur: ergo petit a fortiori procedere ex intuitiva cognitione perfectionum increatarum, sive sint absolutae, sive relativae. Consequentiam nullus negabit, quia nemo semel admittens, ut variam intuitionem quoad Creaturas, ut inutilem excludet intuitionem quoad perfectiones divinas.

Dices 1: si Verbum per se procederet ex cognitione intuitiva totius trinitatis, esset imago sui, et Spiritus Sancti: sed hoc est falsum, ergo et illa. Maior constat, quia Verbum solum est imago Patris. Praeterquam quod nihil potest esse imago sui ipsius. Probatur maior, quia Verbum illius est imago, ex cuius cognitione pse procedit, cum aliud non sit esse imaginem, quam intentionaliter obiectum exprimere.

Ante solutionem duo nota, Primum hoc argumento probari, neque per cognitionem abstractivam personarum procedere Verbum contra statuta praecedentibus capitibus. Et forte contra omnium sententiam, quae nullus, omne iudice, negari potest Verbo communicari pse cognitionem omnium personarum in ratione tri,

quando coi catrilli cognitio comprehensiva, et intuitiva Essentiæ. quandoquidem Essa respicit cæteras perfectiones, ut tres suæ cognationis ad identitatis realis. Sequela ergo manifeste patet, quia iam Verbum saltem abstractive repræsentabit se, et Spiritum Sanctum: ergo erit imago utriusque.

Noto 2. eodem argumento probari, quod negræ mater, et identice procedat Verbum ex intuitione sui, et Spiritus Sancti, quia iam saltem materialiter erit utriusque imago, quod asseri nequit.

Retrisque neque sequellam, ad probationem dico, Verbum esse Patris imaginem, quia Patrem exprimit, et à Patre procedit; nam utrumque petit imaginis conceptus, esse n. expressio, et similitudo producta ab eo cuius est imago. Unde cum Verbum, nec à se nec à Spiritu Sancto mediate, vel immediate producatur, nullius est imago, licet utriusque sit intentionalis repræsentatio, et ob hanc rationem, licet Verbum sit creaturarum repræsentatio, non est illarum imago, quia non procedit ab illis. Ubi distinguas, oportet hæc duo, Verbum procedere ex cognitione obiecti, Verbum procedere ex obiecto. Primum stare potest, et defacto stat absque secundo. Verum infra dicetur de conceptu imaginis, ubi constabit, imaginem intentionalem, quæ sola competit Verbo, qua tali, non esse proprie imaginem. Unde nullum forte inconveniens esset admittere, quod Verbum esset alterius, quam divini Patris imago.

Dices 2. quando Pater non cognosceret Spiritum Sanctum intuitive produceret Verbum; ergo eiusmodi cognitio per se non requiritur, ut principium Verbi. Probat etiam hoc argumentum neque cognitionem abstractivam Spiritus requiri per se tanquam principium Verbi, quia licet illa non daretur in Patre, produceret adhuc Verbum, sicut ceteris producendum, quamvis deficeret intuitiva cognitio. Retrisque quod in eo casu non produceret Pater Verbum adæquatum, et perfectum, sed inadæquatum imperfectum, et partiale. Quod ex dicendis amplius constabit.

Dices 3: Verbum procedit ex indirecta, et abstractiva cognitione attributorum, et personarum, ut statutum manet: ergo non opus est, quod procedat ex intuitiva, et directa cognitione earundem perfectionum. Rtr, neg. cam. Nam utraque scientia pertinet ad perfectionem Verbi, sicut et intellectus divini. Nota vero perfectionem indirecte, et abstractive tangi, quando cognoscitur, ut terminus alterius perfectionis, directe vero, et intuitive, cum attingitur, ut existens in se; et uterque modus cognoscendi idem obiectum pertinet ad perfectionem Verbi, sicut et divinae scientiae, quae debet omnem veritatem attingere quolibet modo possibili.

Gravis obiectio diluitur. cap. 4.

Difficilius vero contra nostram sententiam obiicies. Prius est, Verbum quam eius intuitiva cognitio: ergo nequit Verbum ex intuitiva sui cognitione procedere. Consequentia patet, nam quod est prius nequit ab eo procedere, quod est posterius. Antecedens probatur, nam ad omnem cognitionem praesertim intuitivam, debet obiectum praecedere, cum de ratione huius cognitionis sit ferri ad obiectum existens, ut existens. Unde praesupponere necessario debet eius existentiam. Eodem argumento probatur, non procedere Verbum ex intuitiva cognitione Spiritus Sancti, nam haec cognitio posterior est Spiritu Sancto, et consequenter ipso Verbo. Sed nota, vi huius argumenti non probari, quod Verbum non procedat ex cognitione Patris, quia sicut Pater est prior Verbo, sic intuitio Patris poterit esse prior Verbo.

In solutione huius obiectionis non parum insudant Auctores, et in eum finem plura congerunt, quae mihi non probantur. Ut eam facilime diluam advierto, quod sicut in divina scientia, dantur plures formalitates intuitive cognoscentes varias Dei perfectiones,

unam Vo, qua tratr ad Patrem, alia ad filium, et ad Spiri-
tum S. aliud, sic in divino Verbo reperiuntr plures formalitates
intuitive dicentes, et cognoscentes illas trinitatis personas; com-
mensuratr enim, et adequatr divum Verbum cum intellectione
diva, saltem quá fertr ad increatas perfectiones. Item sicut
in divina Scia prior e formalitas, qua tratr ad Patrem, quam
formalitas ad filium, sic in divino Verbo. Ratio e q. Verbum
ut expressivum obiectorum, non e aliud, quam ipsamet evalis cognitio sibi
coicata á Patre, ut infra dicetr, et ex dictis constat, qum hoc quidem omes
cognitiones notionales á filio relegavimus.

Iam ex his Vео, Verbum,
quá Patris expressivum procedere per intuitionem Patris, et quá expressi-
vum sui, et Spiritus S. procedere per intuitionem utriusque, sed tn prius
procedere, quá Patris expressivum, quam, ut expressivum sui, et Spiritus
S. quare dum Verbum intelligitr 1o procedere, solum intelligitr pro-
cedere per intuitionem Patris, quia sola hec intuitio tunc adest, at
semel iam existente Verbo, quá Patris expressivo, sicut Pater in-
illico intuetr illud, ita visionem, et intellectionem illius, quá
coicat idem Verbo, proinde que Verbum, quá expressivum sui proce-
dit ex intuitione sui. Eodem modum autem, quá expressivum Spiritus S.
procedit ex eiusdem intuitione. Doctrina hec firmabitr infra, dum
ostendam procedere Verbum ex intuitione creaturarum. Hinc faci-
le patet informa.

Potest etiam precedenti obiectioni aliter responderi, Vlt, quod
quomodo cognitio causat obiectum, non presupponit illud ad cognitionem,
licet presupponit cognitionem, ea ratione, quá terminus presupponere debet suum
principium, non quidem prioritate durationis, aut temporis, sed priori-
tate independentie á priori, que vocari solet prioritas á quo,
seu originis. Vnde licet in eodem instanti temporis sit Verbum,
et eius cognitio, tn cognitio prior e prioritate independentie

independentiæ à priori, quatenus Verbum à cognitione pendet, ut à priori, cognitio vero non pendet à Verbo tanquam à priori, sed ad summum à posteriori, tanquam à tuo, quem infallibiliter infert, et cuius est prium.

Sed 3° hanc 2am solutionem instas: si cognitio intuitiva Verbi presupponitur ad Verbum: ergo est falsa. Patet, nam in eo priori, quo procedit Verbum, affirmat existere Verbum, sed tunc adhuc non existit Verbum, sed existet in instanti subsequenti: ergo datur in eo priori cognitio, quin datur eius obiectum, sed cognitio, cuius obiectum non datur est falsa: ergo talis.

Respondetur negando sequellam. Ad probationem dicas: cognitionem illam intuitivam affirmare, Verbum realiter existere, dependenter tamen à cognitione, tanquam à priori, quare non affirmat, sed potius negat, quod in eo priori cognitionis detur Verbum, quia representat Verbum ut posterius cognitione. Nam cum in re hoc ita sit, datur in re obiectum illius cognitionis, ut ab ipsa representatur, et consequenter non est falsa, sed vera cognitio. Dicitur ulterius, quod licet in eo priori, quo datur intuitio Verbi, non intelligeretur Verbum, quod obiicitur illi cognitioni, non adhuc sequeretur cognitionem esse falsam. Probo antecedens quia cognitio falsa dicit essentialiter obiectum repraesentari, et obiectum non dari sicut representatur; at in eo priori, licet intelligatur Verbum representari, non intelligeretur Verbum non dari: ergo non intelligeretur cognitionem esse falsam. Probo minorem, quia obiectum intelligitur in eo priori quod est prium Verbi: sed Verbum non dari non est prium Verbi: ergo non intelligitur in eo priori, non dari Verbum: ergo in eo priori tantum intelligitur Verbi cognitio praescindens ab eo quod obiectum reipsa detur vel non detur, et consequenter praescindens à veritate, et falsitate.

Sed eandem solutionem poteris adhuc instare. Quia sicut hæc causalis est à priori vera, ideo Deus intuetur Creaturas quia creaturæ sunt, et non econtra.

ita debet ee vera hec: ideo Deus intuetr Verbum, q Verbum e, et e contra: q sicut creature supponuntr ad intuitionem sui, et ab illa n causantr, ita Verbum supponi debet, et causari n poterit ab intuitione sui. Retr, neg ans, nam illa causalis, ideo Deus intuetr Verbum, q Verbum e, n e a priori, sed a posteriori, q Verbum ee, n e causa sue intuitionis, sed potius eius intuitio causat Verbum, aut quasi causat. Vnde potius hec e vera, ideo Verbum e, q Deus intuetr illud, nam p intuitionem sui Verbum ipsum procedit. Alia vo causalis, ideo Deus intuetr Creaturas, q Creature st, n e etiam a priori proprie loquendo, nam existentia Creaturarum in rigore n causat sui cognitionem in Deo. Dicitr vo coitr a priori quia n e a posteriori, cum scia visionis n sit causa creaturarum existentium.

Verbum perse procedit ex cogne possibilium.

Loquimus de obto increato per cuius cognem Divum Verbum perse procedit. Nam de creato, quod extra Deum e, sermonem instituamus, ac tum de obto possi. Post modum de existenti. Circa posse versatr in presenti duplex. Ia negat Verbum pse procedere ex cogne creaturarum possibilium. Ita plures Thtas cum P. Vasq D. 42. cap. 2o. 2o vo concedit, et admittit Verbum ex cogne possibilium perse procedere. Sic P. Suarez lib. 8. cap. 6. P. Arriaga D. 52, sect 4. subsect. 2; et thomiste coitr.

Inter utriusq partis PP convenire debet, Verbum pse procedere ex cogne possibilium, quatenus st mediate, saltem respectu a diva Ессa; nam dubitari nequit creaturas posse ee tros, quos Omnipotia producere potest: go cognita Omnipotia, qua virtus e productiva creaturarum, opus e attingi saltem abstractive creaturas, ut possunt ab Omnipotia produci, cum q Essa, si sit fmalitr Omnipotia, si sit radix illius, necessum e, ut cognita Essa, cognoscanti

etiam mediate, l immediate creaturæ, quæ possunt à Deo produci, quare cum Verbum p se procedat ex infinita cognitione Essentiæ, debet etiam p se procedere ex cognitione possibilium, quæ tri sunt Essentiæ. Quin et in hoc sensu n̄ solum procedit Verbum ex cognitione possibilium, sed etiam impossibilium, nam Deus quantum ē in se potest æqualitr possibilia, l impossibilia producere. Dico q̄ procedit de cognitione possibilium sm illam n̄ repugnantiam, quam ex parte sua habent, an Ult talis cognitio p se requiratr, l p accidens se habeat ad processionem Verbi?

dicendum ē Verbum p se procedere ex eiusmodi cognitione. Licet autem in hoc asserto cum authoribus 2ꝗ sentē conveniam in ratione, seu pro, cui nitor, valde dissentio. Probant n̄ illi coitr suam sentam cum Patre Arriaga 1o, nam Omnipotia conectitr cum n̄ repugna creaturarum; sed Verbum p se procedit ex cogne Omnipotiæ: ꝗ procedit etiam ex intrinca n̄ repugna Creaturarum. Probatr cons, ꝗ procedere debet, ex cognitione illorum trorum, cum quibus conectitr Omnipotia, vel quævis alia perfectio Dei. 2o probant, ꝗ nequit Essa diva comprehendi sine possibilibus: at Verbum p se procedit ex comprehensione divæ Essæ: ꝗ procedit etiam ex cognitione possibilium.

Neutra Dr ratio mihi placet; n̄ 1a, nam ut in materia de Scia docui, nec Omnipotia, nec ulla alia Dei perfectio conectitr cum intrinca possibilitate, seu n̄ repugna Creaturarum. Deinde sequeretr, Verbum p se procedere ex cogne impossibilium: nam ut ibi docui, si semel Deus conecti dicatr cum possibilitate rerum de facto n̄ repugnantium, etiam admittendum erit, conecti cum impossibilitate illarum, quæ nunc implicant. Hoc 2um n̄ admittitr: ꝗ nec dicendum ē conecti cum possibilitate rerum de facto n̄ repugnantium, et ex inde Verbum p cognem illarum

procedere. 2a quoque ratio dis[plicet], quia valde dubium est inter authores, quid requiratur ad comprehensionem, et illud praecipue. Nunc ad virtutem comprehendendam exigatur cognitio terminorum? quod si semel statuatur, ut varia terminorum cognitio pro causa, et eius virtute comprehendenda, mihi certum est, non requiri terminorum, et effectuum cognitio, quà potium in se, sed quà rationem termini habent.

Ex alio proinde principio duceret ergo. quia ut indico, Verbum per se procedere ex cognitione cuiuslibet obiecti, quod per divinam scientiam attingitur, ut in cap. sequenti latius ostendam: at per divinam scientiam attinguntur possibilitas, et intrinseca non repugnantia creaturarum: ergo Verbum per se procedit ex cognitione possibilitatis, et intrinsecae non repugnantiae creaturarum. Atque haec ratio probat, Verbum etiam per se procedere ex cognitione impossibilitatis, vel intrinsecae repugnantiae creaturarum, ut evidens est. Ubi noto, praedictam cognitionem intuitivam non esse, sed abstractivam, quia non fertur ad rem existentem, ut existentem, sed ut possibilem, aut impossibilem, ut in Materia de Scientia docui.

Dices vel Pater Eternus prius cognoscit, quae tam intra, quam extra Deum: at vitalis prioris cognitionis procedit Verbum per se: ergo non procedit per se ex cognitione possibilitatis intrinsecae Creaturarum, quae ut pote quid extra Deum, posterius cognoscitur. Imo cognitio haec possibilitatis intrinsecae creaturarum supponit, et invenit Verbum productum ex vi prioris cognitionis, quae tractat ad Deum.

Hic argutum, et retorquetur, et solvitur ex praecedenti capite. Retorquetur nam quia Pater Eternus etiam se prius cognoscit, quam Verbum, et Spiritum Sanctum ut obiicientes fatentur: et adhuc Verbum per se procedit non solum ex priori cognitione, quae tractat ad Patrem, sed ex ulterioribus etiam, quae tractant ad Filium, et Spiritum Sanctum: ergo quod cognitio possibilium sit post cognitionem

ã Deum, quod omitto, n̄ inde sequitr, Verbum n̄ procedere pre ex cognitione possibilium, sed ex cognitione tantum ã Deum. Item stivitr. Nam inde ad summum infertr, Verbum, quà expressivum Dei n̄ procedere p cognitione possibilium, quod fatemur; at intendimus, quà possibilium expressivum procedere ex cogne possibilium, sicut ex cogne Verbi, et Spiritus S. procedit, quà utriusque expressivum, et n̄ quà expressivum Patris. Et sicut in Verbo formalitas expressiva Patris ē ante formalitatem expressivam sui, & Spiritus S., sic formalitas expressiva Dei, prior ē formalitate possibilium expressiva. De hoc tn fusius infra.

Dices 2.° quod ē magis nārium pendere nequit à minus nārio: nam ans nequit ēē magis nārium qm cons, siquidem ablato cente, necessum ē, ut tollatr ans, cum à negatione csentis infallibiliter, et nārio valeat ad negationem antis, et quæ destruit cons, eo ipso censeatr destruere ans: sed Verbum, ut pote divinum ē magis nārium, quam creaturæ possibles: ergo nequit Verbum à possibilibus pendere: sed si per se procederet ex possibilium cognitione, penderet à possibilibus, quia penderet à possibilium cognitione, quæ subsistere nequit sine possibilibus, neq. potest ēē cognitio possibilium magis nāria, quam si ipsa possibilia: ergo etc.

Retr concessa maiori, quam immerito n̄ nulli negant. Distinguo minorem. Verbum, ut expressivum possibilium ē magis nārium, quam possibilia. Nego. Verbum stm propriam entitatem, & quà expressivum Dei. Concedo. Quod tn ipsamet scia patet, quæ licet entitativè, & stm quod attingit Deum, sit magis nāria, quam possibilia, n̄ tn quà repræsentat possibilia. Secus deficientibus possibilibus adhuc persisteret in Deo scia possibilium. quod ē impossibile, quia iam esset falsa. Nota vero n̄ facilè probari, Deum ēē magis nārium in existendo, quam creaturam in n̄ repugnando. Quod tn omittimus in præsenti, ut ad alia properemus ex quibus

- 10 -

tota hæc doctrina magis firmabitur.

Verbum per se procedit ex cognitione creaturarum existentium cap. 6.

Creaturæ existentes vel sunt positivæ, vel negativæ: positivæ contingenter existunt, quia potuerunt non existere. Ex negativis autem aliquæ suo modo contingenter existunt, et aliæ necessario. Ut negatio alterius Mundi contingenter datur; at negatio fratalitatis excludens chymeram est tam necessaria, quam impossibilis chymera. Rursus existentia creaturæ potest esse absoluta, vel conditionata: si absoluta, est de præterito, præsenti, vel futuro. Si conditionata, est sub conditione inferenti, vel indiferenti ita. Id solum adverto, solam cognitionem quæ obiectum absolute existens, sive positivum, seu negativum sit, proprie vocari cognitionem intuitivam. Iam quæ statuo, Verbum per se procedere ex cognitione creaturarum existentium, sive absolute, sive conditionate existant. Quin et in universum affirmo, nullius obiecti creati cognitionem in Deo reperiri, ex qua divinum Verbum per se non procedat.

Hæc resolutio est: authoritate S. Augustini, S. Anselmi, S. Thomæ aliorumque Patrum, qui possunt videri penes nostros authores sic sentientes, et subscribentes. Sic sunt P. Montoya disp. 63 de trinitate sect. 4. Valentia 1a parte quæstione 8 de trinitate, ubi ait, hanc sententiam fuisse communem antiquorum Theologorum. Suniga disp. 1a dubio 7. Arriaga in tractatus subsectione 3, et alii. Penes hos quæ doctores frequentissimum est apud S. Patres dicere per Verbum exprimi quod est in scientia divina; sed in scientia divina sunt omnia cognoscibilia: quæ omnia per Verbum exprimuntur, et venit ex omnium cognitione Verbum procedit. Unicum ideo testimonium ex D. Thoma non omittam, in 1a p. quæst. 34 ar. 3 in corp. et ad 3um, ubi sic loquitur: Pater intelligendo se, et filium,

et Spiritum, et omnia alia, quæ eius scientia continentur, concipit Verbum: ut sic tota tota trinitas Verbo dicatur, et etiam omnis creatura. Ubi particula intelligendo non sumitur concomitanter, sed causaliter, id est intellectione, ut Pater concipit Verbum. Alioqui non magis conciperet intelligendo, quam amando, cum amor non minus, quam intellectio comitetur productionem Verbi. Cætera prædicti testimonii verba patent.

Probatur 2 ratione: et omissis aliis, quibus frequenter utuntur præcitati Doctores, et mihi non probantur eo quod falsissimis nitantur principiis. Sic arguo. Verbum divinum est expressio cuiuslibet obiecti: ergo procedit a Patre per cognitionem omnium obiectorum. Antecedens est certum, quia Verbum non solum exprimit quidquid est intra, sed quidquid est extra Deum, neque solum loquitur Deum, sed etiam creaturas. Consequentiam probo, nam ex illius obiecti cognitione procedere debet, cuius est expressio, et locutio. Confirmo. Pater ut præcise cognoscens Deum, licet aptus, et expeditus sit ad producendum Verbum, quà repræsentativum Dei, non tamen ad producendum Verbum, quà repræsentativum, et expressivum creaturarum: ergo cum Verbum non sit expressivum solius Dei, sed etiam creaturarum, opus est, ut ex parte Patris non solum concurrat, tanquam principium Verbi cognitio circa Deum, sed etiam circa creaturas.

Respondent contra oppositi Doctores, Verbum materialiter sumptum esse repræsentativum creaturarum, at formaliter, et per se repræsentativum, et expressivum esse solius Dei, proinde quæ Verbum formaliter, et per se procedere solum ex cognitione Dei, licet materialiter, et concomitanter ex cognitione creaturarum.

Hæc vero solutio multis impugnari potest. Et primum rogo: Cur non similiter dicetur, Verbum

formaliter et perse se non exprimere totam trinitatem, sed solum personam Patris, aut solam divinam essentiam, et consequenter solum ex cognitione Patris, vel essentiae formaliter, et perse procedere, licet materialiter, et concomitanter ex aliorum perfectionum cognitione. Certe non facile dabitur discriminis ratio. Maxime cum apud hos authores, cognitio essentiae prior sit cognitione personarum, et cognitio Patris prior cognitione filii, vel Spiritus Sancti. Sicut cognitio Dei prior a ipsis dicitur cognitione creaturarum, ideoque reiicitur haec a principio Verbi perse, quia Ut invenit iam Verbum existens virtute prioris cognitionis tendentis ad Deum. Similiter non dicam, cognitionem Verbi, vel Spiritus Sancti iam invenire Verbum existens vi cognitionis tendentis ad Patrem, vel essentiam divinam, et consequenter non esse principium Verbi perse.

Impugnatur 2: nam sicut cognitio divina formaliter est tendentia vitalis ad omnia cum veritate cognoscibilia, sive divina, sive creata sint, ita Verbum divinum formaliter est expressio, et locutio circa omnia obiecta cum veritate loquibilia: nihil enim est in divina scientia, quod Verbum divinum non loquatur: at scientiae divinae non est per accidens, sed perse cognoscere quaecumque cognoscibilia, licet creata; ergo neque per accidens, aut concomitanter, sed valde perse erit Verbo loqui quaecumque loquibilia, licet creata, sed ex eius cognitione perse procedit cuius est locutio perse: ergo perse procedit ex cognitione cuiuslibet obiecti, licet creati. Praeterea si cognitio divina non exprimeret aliquid creatum cum veritate cognoscibile, esset imperfecta, proindeque dicitur perse cognoscere quidquid est cum veritate cognoscibile, sed etiam Verbum esset imperfectum, si taceret aliquid ex se loquibile: ergo perse dicitur omnia loqui, et consequenter ex omnium cognitione procedere.

impugnat[ur], nam illud dicit Verbum perse, quod includitur essaliter in ipso, sed in ipso includitur essaliter expressio creaturarum ergo perse dicit expressionem Creaturarum. At ex illius cognitione perse procedit, cuius expressionem dicit perse: ergo. Sola minor huius discursus indiget probatione, quae facilis erit, si notes, Verbum divinum integre sumptum esse repraesentationem, et expressionem cuiuslibet veritatis per notionalem personae proprietatem subsistentem. Ubi tot formalitates expressionis, et subsistentiae esse praecindibiles, quot fuerint veritates obtinentes expressionem. Neque dubito, quod saltem ibi distinguatur per intellectum duplex formalitas, alia, quae sit expressio obiecti divini, et alia creati, cui utrique formalitati cognitionis, et expressionis respondeat alia duplex formalitas subsistentiae, per quarum unam subsistat cognitio circa Deum, et per aliam cognitio circa creaturas. In hoc autem coniuncto quis non videat essaliter includi repraesentationem, et expressionem creaturarum: ergo includitur essaliter in Verbo creaturarum expressio. Explicatur magis haec impugnatio. Loquor de illo coniuncto, quod resultat ex repraesentatione creaturarum, et subsistentia Verbi, quatenus distinguitur ab alio coniuncto resultante ex repraesentatione Dei, et formalitate subsistentiae illi respondente. Sic arguo. hoc coniunctum est Verbum divinum, quia est intellectio divina producta a Patre: sed illud formaliter, et quatenus distinguitur ab alio, solum procedit ex cognitione creaturarum, et non ex cognitione Dei: non quia est de ratione Verbi divini procedere per cognitionem Dei, multo que minus excludere cognitionem creaturarum. Ita que praedictum coniunctum, quatenus formaliter distinctum ab alio solum perse procedit ex cognitione creaturarum, quia solum est locutio

et expressio creaturarum, ut suppo.

Impugnatur ultimo, nam divinum Verbum per se petit excludere quidquid imperfectionis excogitari potest in linea Verbi. Sicut filius in linea filii, et Pater in linea Patris: at non exprimere aliquod obtum, et si creatum, esset imperfectio in linea Verbi: petit ergo per se hanc imperfectionem excludere; sed excluditur tantum per expressionem omnium obtorum: ergo per se petit expressionem omnium obtorum, et consequenter ex omnium cognitione procedere. Totus discursus est mihi certus.

Aliis rationibus idem intentum fulcitur. cap. 7.

1a sit: Verbum per se procedere debet ex illa perfectiori cognitione per quam sine incommodo procedere potest; at sine incommodo procedere potest ex omnium cognibilium cognitione, quae sine dubio perfectior quolibet alia: debet ergo per se procedere ex omnium cognibilium cognitione. Consequentia patet. Maior apud omnes certissima, quia cum Verbum in ratione Verbi perfectissimum sit, debet ex perfectiori cognitione per se procedere, nisi aliquid obstet. Minor probatur, et in primis, quod nullum incommodum detur in eo quod per se procedat ex eiusmodi cognitione, fatebitur argumenta diluendo. Quod autem omnium cognibilium cognitio sit perfectior quavis alia non omnia cognoscente, constat ex terminis ipsis, nam omnium cognoscibilium cognitio includit quidquid perfectionis est in qualibet alia cognitione, et praeter illam superaddit aliam: deinde prorsus in intelligibilibus, cognitionem non dicere plus perfectionis quo plus extenditur ad repraesentandum.

Et confirmo, nam cognitio repraesentans unam tantum personam, est minus perfecta quam cognitio duas repraesentans, et ideo Verbum per se procedere debet ex

cognitione, non iam una, sed duas, et tres personas respiciente. Quod si sibi tr cognitio respiciens solum Deum, est minus perfecta, quam cognitio respiciens Deum, et creaturas, ideoque Verbum ex hac 2a cognitione ut pote magis perfecta procedere debet. Nec obstat, quod creaturae non sint aliquid divinum. Inde namque solum arguitur, cognitionem ex habitudine ad creaturas, non haurire tantum perfectionis, quam si quid increatum et divinum essent, non vero nihil perfectionis haurire. Et sane da, quod existentibus Creaturis Deus non cognosceret illas, esset absque dubio intrinsece imperfecta divina cognitio, quia deficeret ei tendentia vitalis in obiectum cum veritate cognoscibile: ergo ea tendentia circa Creaturam est aliqua perfectio, distincta quidem a tendentia circa Deum.

2a ratio: Verbum, ut exprimit Creaturas habet in Patre principium per se; hoc non est aliud, quam cognitio creaturarum: ergo cognitio creaturarum est principium per se Verbi. Consequentia patet, maior est certa, quia nihil est in Verbo, cui non respondeat ex parte Patris principium per se, cum omne quod in verbo reperitur, vel sit productum, vel communicatum a Patre. Minor est indubitata, nam cognitio circa Deum nequit esse principium Verbi, quatenus creaturas exprimentis. Sicut cognitio respiciens Filium personam, nequit esse principium Verbi quatenus exprimit se, vel Spiritum Sanctum: semper enim debet esse principium Verbi, quatenus determinatum hoc obiectum exprimit, cognitio Patris in idem obiectum tendens.

3a ratio. Si Verbum per se non procederet ex cognitione creaturarum, prius origine intelligeretur Verbum productum, quam habens cognitionem creaturarum: hoc est falsum: ergo Verbum per se procedit ex cognitione creaturarum. Maior ex inde constat,

q. Verbum esset independens à cogne creaturarum, et cognitio creaturarum presertim existentium penderet à Verbo, tanqm à prīo sui obti, sine quo subsistere nequit cognitio: minor probatr, q. iam Verbum haberet eam cognitionem, qm accepisset illam à Patre in sui productione: siquidem adveniente cogne supponitr Verbum antecedenti productum: hoc autem ē impble, q. nullum gratum ē in Verbo, quod à Patre n̄ acceperit in sui productione.

Dices vi productionis accepisse Verbum à Patre cognem creaturarum, sm intrincam perfectionem, n̄ sm terminationem l. expressionem Creaturarum in actu 2. Contra, nam cognio Creaturarum, quoad expressionem in actu 2, reperitr defacto in Verbo: sed cognitio quoad expressionem creaturarum in actu 2 n̄ ē à Patre vi productionis: q. defacto reperitr aliqd in Verbo, quod n̄ sit à Patre vi productionis. Quod nullus dicet. Contra deinde. Nam expressio Creaturarum in actu 2 ē aliqua perfectio divę cognitionis, nam si deficeret existenta creaturę deficeret atsque dubio à diva cogne aliqua intrinca perfectio, esset que divina cognitio intrince imperfecta: q. si Verbum n̄ accipit à Patre vi productionis cognem creaturarum sm actualem expressionem illarum, n̄ accipit cognitionem sm oēm sui perfectionem. Hoc vo n̄ latius insequor, q. tangit difficultem de actu libero.

Ultima ratio nam id perse coīcatr Verbo, quod ita coīcatr, ut si n̄ coīcaretr, destrueretr Verbum: sed si n̄ coīcaretr cognitio creaturarum, destrueretr Verbum; q. perse coīcatr Verbo cognitio creaturarum, et coentr ex illarum cogne perse procedit. Maior patet, nam quod ita coīcatr, ut si n̄ coīcaretr

destrueretr Verbum, nequit per accidens: ȝ debet coicari perse; ꝗ ꝗ ñ ē alius modus coicandi. Minor probatr, ꝗ si Verbo ñ coicaretr cognio creaturarum, Verbum ignoraret Creaturas, esset que mutilum, et imperfectum. Sicut esset Scīa creaturas ignorans: ȝ destrueretr Verbum, sicut destrueretur Scīa.

Mitto raones alias inde petitas, quod Deus ipse conectatur, īmo constituatr aliquibus negaonibus, ex quarum proinde cogne debet perse procedere Verbum. V.g. Deus conectitr cum negaone, fvalitr dª dicente, et destruente ens destructivum sui. Trinitas etiam personarum constuitr in raone trinitatis, per negaonem excludentem identatem intr divinas personas, nam deficiente hac negaone identatis, poneretr identitas, et tolleretr trinitas. Unde cum Verbum procedat ex cogne trinitatis, opus ē ut procedat ex cognitione harum negaonum, quæ ñ aliqd extra Deum, licet afficiant Deum. Hæc ingm omitto, ꝗ pertinent ad alias materias, nec pro senta nostra ꝯprobanda requiruntr.

Ob.ta sol.vuntr. cap. 6.

Dices 1: Verbum ē narium: ȝ nequit ex libera scīa prodire. Patet, nam quod ē narium habere ñ potest prium liberum, et contingens. Maxe ri negnicat existere absq tali prio. Stetr, dist. ans. Verbum, quā divas perfectiones exprimit, ē narium, concedo. Quā creaturas existentes exprimit sub distguo, ē narium mīnse, i. quoad intrincam perfectionem, ꝯcedo, quoad trationem, l. expresionem creaturarum. nego. Cogno tantum infertr, quod habere nequeat pro principio sui, quā Deum exprimi,

scientiam liberam; minime vero sequitur, quod illam habere nequeat, qua expressivum est creaturarum existentium. Absolute vero non est dicendum, Verbum divinum esse liberum, aut contingens, sed secundum quid, hoc est, qua respicit creaturas, et secundum ordinem ad illas terminativè. Sicut de scientia, et voluntate dici solet.

Et sanè, quod non omnes formalitates divini Verbi sint necessariae, saltem quoad terminationem, est mihi certum; nam sicut scientia non solum est cognitio Dei, sed creaturarum, ita Verbum non solum est expressio Dei, sed creaturarum: quod dicit, an omnes hae expressiones sint de formalissimo Verbi conceptu, vel excludenda sit ea, quae respicit creaturas. Quod modo non curo: quia sicut scientia complete sumpta partim est necessaria, partim quoque libera, sic et Verbum. Unde rursus infero: Verbum qua respicit creaturas habere proprio liberam cognitionem creaturarum, sicut qua respicit Deum, habet proprio necessariam Dei cognitionem, nam qua respicit creaturas habere nequit pro proprio cognitionem quoad Deum, sed quoad creaturas. Id quod solum discriminis est inter nostram, et alienam sententiam, quod ego sentiam, omnes expressiones constituere formaliter, et proprie Verbum. Quod ab aliis negatur.

Sed adverte, dicta non intelligenda solum de Verbo, sed etiam de Spiritu Sancto, qui quatenus est amor productus quoad creaturas existentes, aliquomodo contingens est. 2o, non solum Verbum, et Spiritum Sanctum, sed etiam utriusque processionem aliquomodo contingentem esse, prout scilicet est communicatio scientiae, vel amoris producti: quia nequit intelligi, scientiam, et amorem communicatum esse quodammodo contingentem, et eius communicationem esse omnino necessariam. Denota, aliud esse loqui de filio, et Spiritu Sancto, ut sic, et de processione utriusque, aliud vero de Verbo, et amore producto, et de processione utriusque, filii, et Spiritus Sancti.

et utriusque processio, prout his nominibus signantur, non videntur exprimere respectum naturali, quem ad creaturas, sed solum ad principium generans, et spirans; unde nihil contingens afferre videntur, at sub nominibus Verbi, et amoris producti, et procedentis a principio, sonant respectum ad creaturas, qui proinde contingens est in sensu dicto.

Dices 2.º ergo dantur in Trinitate duo Verba, alterum necessarium, et alterum contingens. Quod saltem est inauditum. Dicetur, non solum dari duo, sed infinita Verba, partialia tamen et quae etiam ad unicum, et totale Verbum componendum ordinantur. Sicut dantur infinitae species partiales, tot scilicet, quot sunt obiecta cognita, quae ad unicam, et totalem Dei scientiam integrandam concurrunt. Quod sic ulterius confirmo, quia in ipsomet Verbo necessario, quod omnes admittunt, dantur duo Verba, quorum unum exprimit Patrem, et aliud Spiritum Sanctum. quando quidem est diversa formalitas in Verbo Patrem exprimere, ac Spiritum Sanctum respirare. Confirmo praeterea, quia Verbum quam repraesentativum non est aliud, quam ipsa Dei cognitio. Quid ergo mirum, quod sicut datur duplex cognitio, altera necessaria, et altera contingens, detur etiam duplex Verbum, aliud necessarium, et contingens aliud. Esset quidem absurdissimum admittere duo Verba realiter distincta, vel omnino completa, nullum autem est, duo partialia realiter identificata concedere.

Dices 3.º: Spiritus Sanctus non procedit per amorem liberum: ergo neque Verbum per scientiam liberam. Antecedens ostenditur, quia si Spiritus Sanctus procederet per amorem liberum, prior esset Spiritus Sanctus, quam Verbum: hoc autem est falsum, quia potius Verbum est prius Spiritu Sancto. Sequela probatur, nam prius est in Eterno Patre liberum decretum ad creaturas, per quod producatur Spiritus Sanctus, quam libera scientia de tali decreto, et creaturis, per quam producatur Verbum:

ḡ prior erit productio Spiritus S., quam Verbi, consequenter prior erit Spiritus, qm Verbum.

Respondetur, quoad naria prius esse Verbum qm Spiritum S.: quia sicut in Patre prior e cognitio, qm amor sui, sic prior e productio Verbi per cognitionem illam nariam, qm productio Spiritus S. per illum amorem narium. Quoad libera tamen inconveniens non est, quod prior sit productio Spiritus S., qm Verbi, sicut decretum est prius scientia visionis de illo. Et quidem sicut non est inconveniens, quod Pater prius communicet Spiritui S. decretum, qm filio cognitionem de illo, propterea quod in Patre datur prius decretum qm cognitio, sic non est inconveniens, quod secundum has formalitates liberas, prius procedat Spiritus, qm Verbum. Maxime cum in mea sententia non sit aliud procedere Verbum per cognitionem, et Spiritum S. per amorem, qm Verbo communicari cognitionem a Patre, et Spiritui S. amorem a Patre, et filio. Sed adverte, Verbum quoad intrinsecam sui perfectionem semper esse prius Spiritu S. quoad rationem autem ad creaturas contingentes, assero non numquam esse post Spiritum S.

Instas: si Spiritui S. communicatur ea libera volitio: ḡ Spiritus S. libere non amat. Sequelam probas, nam ea volitio prius est in Patre, et filio, qm existat Spiritus, qm doquidem omnia grata communia reperiuntur prius in Patre, et filio, qm existat Spiritus S., quia prius prioritate originis existit Pater, et filius cum omnibus praedictis absolutis, qm Spiritus S. producatur: ḡ quoad iam existam, ut ita dicam, eius volitionis non fuit liber Spiritus S. Ex suppositione vero quod semel existat, nequit non illum actum admittere communicatum a Patre, et filio: ḡ etc.

Hoc tamen argumentum urget in omnium sententia. Quia licet damus, neque Verbum per scientiam liberam, neque Spiritum per amorem liberum procedere,

negari nequit, quod volitio libera prius prioritate origi-
nis existens in Patre, et filio, coicetr exinde ab utroque Spi-
ritui S.; iam ꝙ tenentr oẽs explicare, quomodo talis volitio sit
libera Spiritui S., cum nec in se, nec in Patre, aut filio potuerit
illam impedire. Quandoquidem n̄ existebat in eo priori originis,
quo Pater, et filius eam habuit, et semel existens nequeat n̄ il-
lam admittere.

Pro huius ꝙ difficultatis explicaone, et arguti
solutione dicunt aliqui, n̄ coicari Spiritui S. volitionem li-
beram in se, sed in natura divina, quatus Pater, et filius dum
propriam narãm, et lsam coicant Spiritui S., dant illi coenter,
et mediate qm libet liberam volitionem. Unde prius ē, filium
accipere lsam ã solo Patre, et Spiritum S. ab utroque; post modum
autem, quod oẽs tres personę coi consensu prorrumpant in volitio
nem liberam creandi Mundum &c. Hęc explicatio indicatr
ã Patre Suares, et probabilissima ē in senta n̄ admittente, Spiri-
tum S. procedere ꝑ amorem liberum; at in opposita, quam pro-
pugnamus in pręsenti, cum Spiritus S. ex amore libero procedat,
opus ē, hunc amorem pręexistere in Patre, et filio, tanquam
primum coicativum Spiritus S., cuꝭ proinde ꝑalitr, et in se coi-
cetr. Unde necessum ē alitr discurrere.

Fateor itaꝙ reperiri
volitionem liberam in Patre, prius origine, quam existat
Spiritus S., nihilominus ea volitio, dum postea coicatr Spiritui S.
denoat illum libere volentem. Ratio ē, nam ut suppositum
denoetr libere volens, n̄ requiritr, quod volitio sit libera
personalitati, sed naturę. Quod tam creatis, qm divis
exemplis patet. Nam voluntas deambulandi, quam ha
bet libere Petrus n̄ ē libera subsistę, sed humanitati,
quę pro dominio in suas actiones potest illam habere, vel

vel non habere. Adiuncta etiam producendi Mundum non fuit libera personalitati Patris, sed essentiae divinae. Cum haec eadem sit essentia Patris, ac Spiritus S. quae volitio, quae libere concipitur ab essentia Patris, libere concipitur ab essentia Spiritus S., quare sicut Patrem denominat libere volentem, ita filium, quando communicatur illi.

Dico quando communicatur illi, quia in eo priori, quo tantum extitit ea volitio non fuit libera Spiritui S., quia non dum erat Spiritus S., quamvis libera fuerit eius naturae, quae est ipsissima natura Patris; at cum postea communicatur Spiritui S., iam denominat illum libere volentem, quia suppositum denominatur libere volens a volitione, quam libere concipit eius natura: quae libet non denominatio conveniens naturae ut quo, convenit, ut quod cuique supposito eius naturae. Quod apertissime patet hoc exemplo, si natura humana prius in instanti reali unita cum subsistentia Petri, conciperet actum liberum, et postmodum uniretur cum alia subsistentia, deferendo secum eiusmodi actum, denominaret libere volens hoc 2um suppositum ab eo puncto, quo uniretur illi, non antea, quia suppositum non erat antea. Suppetit etiam aliud exemplum. Si humanitas Christi prius ratione, quam uniretur, eliceret actum meritorium unionis ad Verbum, non diceretur Verbum meruisse, sed humanitatem; at si post unionem retineret humanitas illum actum, ab eo iam denominaretur totum Christi suppositum. Quamvis haec omnia contingerent in unico instanti reali.

Nonnullae instantiae. Cap. 9.

Sed instabis I.: ad summum infertur ex nostra doctrina, Verbum procedere per viam liberam ex suppositione, quod eiusmodi scientia detur, et existant creaturae circa quas traditur; hoc autem non est procedere per se: ergo Verbum per se non procedit ex eiusmodi scientia. Probatur minor quia

procedere per se ab aliquo prio e ita procedere, ut independenter a qualibet suppotione praesertim libera, et contingenti, petat tres eiusmodi primum.

Retr, quod sicut scia petit pse trahi ad esse, et existentia, n quidem absolute, sed ex suppotione, quod detr, ita Verbum. Ad qd sit, an hic modus petendi vocari debeat absolute pse, vel p accidens. Quod e de noe contendere. Nam in praesenti solum conamur ostendere, procedere pse Verbum ex cogne cuiusq cognoscibilis, quod detr, et Spiritum S ex amore cuiusq amati. Quare Verbum pse petit absolute cognitionem Mundi, l n mundi. Determinatam vo Mundi cognem n petit absolute, sed si detr. Retr deinde. Verbum ut expressivum creaturarum existentium petere per se absolute, et simpliciter sciam liberam, nam ut sic expressivum, e aliqd contingens, ideo q n e mirum, quod absolute, nulla q facta suppotione petat per se sciam liberam, et contingentem creaturarum, imo et ipsas creaturas. Sicut eas absolute petit scia divina prout expressiva creaturarum, cum existere n possit absq creaturis.

Instas

1. prius e Verbum, qm scia futurorum: q nequit Verbum ex ea scia prodire. Cons patet. Ans ostenditr, q prior e Xptus, qm eius opera, econtra q prior e, qm opera iustorum efficta ex gratia p Xptum collata: q prius e Verbum operibus Xpti caeterorumq iustorum, et econtr prius e scia de his operibus. Cons probatr, nam in persona Xpti claudit Verbum, ut eius opera dignificans, et elevans ad infinitum valorem. Hoc etiam argutum urget eos QQ, qui indicant, lssam divinam in intellectione consistere, rursus q opera Xpti, n solum ex personalitate, sed ex nara dignificari, quari nrae poterunt dignificari ex scia, quae n ad illa praecedit, sed subsequitr?

Forte 2.º debes, essam non consistere in intellectione libera, sed naria. Quod non est hic discutiendum.

Retro distinguo ans. Prius est Verbum narium, quam scia futurorum. Concedo. Prius est Verbum adequatum. Nego. Sicut non prior est scia naria, quam libera, sic prius est Verbum narium, quam liberum. Et sicut ois, et adequata scia non est prior quam scia libera futurorum, ita neque Verbum adequatum est prius scia futurorum. Ad probationem antis omisso anti, distinguo coens: quod prius est Verbum narium operibus Xpti. Concedo. Prius est Verbum liberum. Nego. Nam opera Xpti, sicut non supponunt omne Verbum, ita non ab omni dignificantur, sed tantum a Verbo nario, quod resultat ex cogne Divinitatis. Nec timeas opera Xpti deprimenda ex eo quod non dignificentur ab omni Verbo, quia sufficientissime hauriunt infinitum valorem, et estimabilitatem ex Verbo nario.

Instas 3.: sequitur ex nostra sentia, dari reflexiones infinitas in Verbo. Quod videtur absurdum. Sequella probatur, nam postquam Verbum expressit divinam essam opus est, ut quod aliam fralitatem reflexam exprimat illam cognem directam, et per aliam 3am fralitatem exprimat hanc reflexam cognem, et sic in infinitum. Deinde postquam Verbum expressit creaturam existentem, opus erit, ut per aliam fralitatem reflexam exprimat istam cognem directam, et per aliam 3am fralitatem exprimat hanc reflexam cognem, et sic in infinitum. Quare necessarium erit in Verbo concedere duplex infinitum reflexionum, aliud narium, et aliud liberum, nam infinitum reflexionum, quod fundatur in esse cognitione narium erit, contigens autem, et liberum, quod fundatur in cogne creaturae existentis. Retro ita quidem esse, nec in hoc ullum inconveniens reperiri, nam in materia de Scia late

late ostendi, duplex hoc reflexionum genus ēē nario concedendum.

Instas 4: si Verbum procederet ex libera scīa, deberet Paternitas cum ea concurrere; sed nequit concurrere; ḡo. Maior videtur certa, q̄ scīa solum ē priūm cōcativum Verbi: quare necessum ē, ut ultra scīam concurrat Paternitas tanq̄m priūm productivum. Maxe cum ī statuerimus, solam Paternitatem ut ā quolibet abluto virtualitr distam, ēē priūm ex parte Patris productivum 2æ personæ. Minor probatr, q̄ iam Paternitas impendit cum scīa naria totum concursum in Verbo nario producendo: ḡ nequit iterum illum impendere cum scīa libera pro libero Verbo producendo.

Dr̄ concesa mari, neḡ morem. Ad eius probationem dico, Paternitatem cum scīa naria n̄ impendisse totum concursum, sed concursum nariūm pro nariō Verbo producendo, liberum autem concursum reservasse pro libero Verbo, ē cum scīa libera producendo, q̄ cum scīa naria n̄ poterat Verbum liberum producere, sicut neq̄ Verbum narium cum scīa libera. Neque diffas hæc effugitr in adversariorum sentā. Nam Paternitas cum cogne Divinitatis, quæ prior ē attributorum, et personalitatum cogne, prius concurrit ad producendum Verbum, ut expresivum Divinitatis, et postmodum cum cogne attributorum, et personalitatum demum concurrit ad producendum Verbum ut expresivum attributorum, et personalitatum.

Et sane l. ego fallor, l. ā nullo potest negari, quod sicut Verbum exprimit increatas perfectiones, ita creatas exprimat, et sicut ē Verbum, medio quo Pater loquitr divina, sit etiam Verbum, medio quo loquitr creata.

iam q̃ loquor de Verbo, quâ præcisse loquente creata. Porrò tum Verbum habet sat prium productivum, et coicativum. Productivum ē sola Paternitas, q̃ præter Paternitatem nihil ē in Patre productivum ad intra. Coicativum autem ē sola scia, q. refertr ad res creatas: q̃ cum aliunde Paternitas concurrat etiam, ut principium productivum Verbi narii cum scia naria, negari nequit, Paternitatem bis concurrere, Ut cum scia naria, rursus quæ cum Libera scia. Nunc autem in Paternitate distinguibiliꝯ sit duplex fcalitas, alia p quam ad Verbum narium cum scia naria concurrat, et alia ad Verbum liberam cum Libera scia? est alia difficultas, in qua n̄ renuerem affirmative respondere.

Instas ultimo. Persona procedens ē aliqd positivum: scia, et volitio Libera ūnariam solum addit respectum raonis ad obtum otingens: q̃ persona procedere nequit ex scia, et volitione Libera. Patet cōa, nam quod ē positivum, et reale procedere nequit ex aliquo prio raonis. Sed argutum iuxto. Creatura ē aliqd positivum et reale: sed efficax, et Libera volitio ꝓtꝫ ē aliqd raonis: q̃ creatura nequit ex tali volitione procedere. Quod ē apperte falsum. Retr 1º neg. minorem, nam actus liber addit supra narium fcalitatem positivam et realem, quæ sit tendentia vitalis in obtum contingens. 2º si dicatr actus liber respectus raonis, Verbum, et Spiritus S. quâ tendant in creaturas, erunt etiam aliqd raonis. Unde mirum n̄ erit, quod respectus raonis sit ā rē raonis.

Per quid formalissime constituatr divum Verbum. Q. 3. 2am personam ēē Verbum præmitto. Cap. Tum. Conclusio

conclusio hæc e certissima. Sed tn in eius explicaonem aliqua breviter in hoc capite perstringenda sunt. Actum, quod in Deo datr ratio Verbi, non e dubium, ut ex dicendis appertissimè constabit. Hoc supposito.

Dubitatr 1.° an ratio Verbi sit essalis, vel notionalis in Deo? hoc e, an sit pratum coe, vel alicuius personæ peculiare? Durandus in 1.° distione 27. q. 3. laté contendit, Verbum in divinis ee quidpiam essale, proinde tribus personis coe. Sed oppositum e coissimum inter Patres, et theologos. Unde S. thomas in q. 4. de veritate sic ait: omnes Sancti coitr utuntr noe Verbi, prout personaliter dicitr. Probatr etiam raone: qa Verbum ex suo conceptu petit ee quid productum; sed nihil essale producitr in Deo: ergo nihil essale habet in Deo raonem Verbi. Præterea. Verbum assumpsit naram humanam Xo id Ioannis 1.° Verbum caro factum e. Sed nihil essale naram humanam assumpsit: alioqui tota trinitas fuisset incarnata: ergo Verbum non stat pro aliquo absoluto, sed pro notionali, et personali.

2.° dubitatr, pro quo personali stet rao Verbi, seu de qua persona dicatr ee Verbum? Reo de 2.a tantum. Probatr, qa nec in Scriptura, nec in Patribus invenitr hoc noen Verbum alteri personæ, qm 2.æ applicatum. Epistola 1.a Ioannis cap. 1.° filius Dei appellatr Verbum vitæ. Et cap. 5 dicitr: tres sunt qui testimonium dant in Cælo Pater, Verbum, et Spiritus S. Consonant oes Ecclesiæ Patres, et theologi: videndi apud Pm Ruiz de Montoya d. ss de trinitate.

Raone probatr eadem veritas 1.°: qa sola 2.a persona carnem assumpsit, at Verbum carnem assumpsit: ergo sola 2.a persona Verbum e. 2.° qa Verbum, ut ex coi defione constat, e terminus intellualis expressus et productus immanenter ab intelligente; sed sola 2.a persona

tratis ē tres intellectus: q. per intrum processit: ē etiam expressio, siquidem ei convenit ex vi formali intellectionis: quod non convenit Spiritui S. Demum producitur immanenter. Objectio.

Dubitatur in quem finem adstruatur Verbum intra Deum? ratio difficultatis ē, nam ex Verbo creato manu ducimur ad increati Verbi cognitionem, sed Verbum in creatis adstruitur, ut per illud intellectiva substantia reddatur intelligens: hic autem finis applicari nequit increato Verbo, quia sine illo Deus redditur actualiter intelligens per intellectionem essentialem, et communem: ergo nullus ē finis adstruendi Verbum increatum. Et confirmatur, quia Spiritus S. absque Verbo sufficienter ē intelligens per intellectionem essentialem. Quare cum eadem intellectio sit in Patre, et Filio, poterit uterque sufficienter per illam intelligere independenter à Verbo: nulla ergo ē necessitas adstruendi Verbum in Deo.

Dicetur, Verbum divinum non in hunc finem esse necessarium, ut illo Deus reddatur intelligens quia sufficienter redditur per intellectionem essentialem, ut probatum ē, sed ut Deus interne loquatur: etenim interna locutio ē sine dubio magna perfectio substantiæ intelligentis: quemadmodum enim externa locutio signum ē corporalis vitæ, proprium que exercitium, et perfectio illius, sic interna locutio ē signum, exercitium, et perfectio propria vitæ spiritualis: quæ concedenda ē Deo viventi omnium nobilissimo. Sed interior locutio mentis ē realis Verbi productio: ergo necessarium ē ad hunc finem concedere Verbum realiter productum in Deo. Unde S. Athanasius apud D. Thomam in opusculo 1. quod ē contra Græcorum errores cap. 7 dixit, eos qui Verbum divinum negant, cogi asserere, Patrem Æternum esse mutum, quippe qui sine Verbo loqui non potest.

Ex his jam constat, solam 2am trinitatis personam esse Verbum. Restat ulterius excutere, per quid constituatur in ratione Verbi? Circa quod non leve dissidium est inter authores praesertim RRs, ut in subsequentibus capitibus videbimus.

1a RRum opinio rejicitur. Cap. 2.

Cayetanus 1a parte quaestio 27. articulo 2, paragrapho ad evidentiam et ex illo non nulli thomistae, quos refert P. Molina ad quaestionem 27 1ae partis divi thomae articulo 1. § 8 membro 3 distinguunt in intellectu creato duplicem formam, aliam, quae sit intelligentem intelligere obiectum, et aliam, quae sit obiectum intelligi ab intelligente. 1am formam, per quam intellectus intelligit, vocant absolute intellectionem; 2am vero per quam intelligitur obiectum vocant Verbum.

Hinc opinantur aliqui RR in Deo reperiri has duas formas, alteram, qua Deus intelligit, aliam vero saltem virtualiter distinctam, qua intelligitur obiectum. 1am dicunt esse intellectionem communem omnibus personis, 2am vero notionalem, et propriam solius filii, per quam in ratione Verbi constituitur. Unde docent, Verbum in ratione talis constitui per notionalem relationem filii, sive per filiationem, quae licet non sit forma, per quam Deus intelligit, est tamen forma per quam obiectum intelligitur, et cognoscitur a Deo.

Proportione servata circa voluntatem discurrunt, in qua duas formas agnoscunt, aliam quae sit voluntatem amare, vel odio habere obiectum, aliam vero quae sit obiectum amari, vel odio haberi a voluntate. Quapropter utramque formam in Deo concedendam existimant. Formam vero qua Deus amat, vel odio habet obiectum, dicunt esse communem omnibus

bivis personis, at fram per quam obtum amatr, vel odio habetr a Deo, singularem, notionalem, et propriam ee Spiritus S. per quam constuitr in raone amoris spirati: nam sicut e proprium 2e persone ee Verbum, ita proprium e 3e ee amorem spiratum, ut sicut 2a constuitr in raone Verbi, p suam relaonem notionalem, que fratitr e obtum intelligi, sic 3a constuitr in raone amoris spirati p suam relaonem notionalem, que fratitr e obtum amari.

Hinc etiam explicant, cur 2a persona procedat per intrum, et 3a p voluntatem: q scilicet trus 2e persone realitr a Patre productus, e intellectio, per quam obtum denoatr actualitr cognitum, et intellectum. Que fra solet frequentr vocari passiva, l obtiva intellectio, sicut activa, et fralis vocatr illa, per quam Deus intelligit. Simlitr Spiritus S. p voluntatem procedit, q raone sue specialissime proprietatis passivus, et obtivus amor, quo denoatr obtum amatum. Sicut e activus, et fralis amor ille, quo denoatr Deus amans obtum.

Hic opinandi modus nunqm mihi placuit. Cum ita reiicio. Nam falso supponit Cajetanus in intru, et voluntate reperiri duas illas fras. Unde mirum n e, quod ex falsa illius doctra PP inferant hoc falsissimum coens, Ut utramq fram in Deo reperiri. Sic n arguo. intelligens percipere, seu cognoscere obtum, et obtum percipi, et cognosci ab intelligente, st prorsus idem, q st voces synonime. q repugnat obtum ee cognitum, et intellectum per fram diversam a ea, p quam intelligens percipit, l cognoscit obtum. Idem assero de amore. Hinc sic: p intellectionem essalem constuitr Deus intelligens obtum: q p eandem constituitr obtum intellectum a Deo.

Dices: intellectionem essalem non nisi improprie, et per abusum denoari obiectum cognitum, quia cum esse cognitum sit vox passiva, debet significare physicam passionem, sive formam realiter productam. Sed contra 1: nam hoc ad libitum asseritur: omnes in Latinae linguae periti tamquam synonimas admittunt vocem activam, et passivam. Omnes per passivam congruentissime verti iudicant illud idem, quod exprimitur per activam. Contra 2: nam activa voce proprissime utimur, licet nulla interveniat agentis actio ut cum dicimus, Deum esse intelligentem, quin producat intellectionem, vel aliquid intellectione producat: ergo similiter cum omni proprietate possemus uti voce passiva, quamvis nulla interveniat passio, vel forma realiter producta. Consequentia patet a summa paritate, quia non est cur ad vocem passivam exigatur forma realiter producta, cum ad activam non requiratur forma realiter producens.

Dices praeterea: per intellectionem essalem saltem non verificari, quod res intelligatur passive physice, quidquid an verificetur intelligi formaliter, et proprie. Contra, nam quod res intelligatur passive physice, non est aliud, nisi quod intelligatur per intellectionem physice realiter productam, at nulla est necessitas, quod sic intelligatur, cum per intellectionem physice realiter improductam sufficienter intelligatur: ergo ultra. Urgeo, quia Deus non denoatur intelligens active physice, hoc est per formam intellectionis physice realiter producentem, sed sufficienter perfectissime, quia censetur intelligens per intellectionem essalem, quamvis illam non producat, neque per illam aliquid producat: ergo nec obiectum denoabitur intellectum passive physice per intellectionem realiter productam, sed hanc denoationem intellecti sufficienter subibit ex intellectione communi, et essali

n̄ producta. Neq̄ video cur obiectum debeat ēē vis intel-
lectum. 1º p intellectionem essalem. 2º passivè phicè; Deus
autem semel sit intelligens p intellectionem essalem, qm sit
intelligens activè phicè.

Arguo praeterea ᶜ hanc sententiam; quia pro-
prietas filii n̄ activa intellectio, quā Deus intelligit: ḡ neq̄
ē intellectio passiva, quā obiectum intelligatr. Ans admittitr
ab his authoribus, et constat ex dictis tractu 2 §. 12. Coa probatr
nam ideo requiritr intellectio notionalis activa, quia per essalem
sufficientr Deus intelligit: sed p eandem sufficientr intelligitr
obiectum: ḡ proptr eandem ragnem respui debet intellectio notio-
nalis passiva. Rursus ideò reiicitr intellectio notionalis activa,
quia cum essalis infinita sit, et denoet Deum intelligentem activè,
n̄ dat locum alteri formae, quā Deus intelligens denoetr, at etiam
ē infinita intellectio essalis, per quam obiectum passivè denoatr
cognitum: ḡ pretr illam n̄ est possibilis intellectio notionalis passiva,
et hinc voco raones illas, quibus citato loco reieci notionalem il-
lam intellectionem activam ab aliquibus assertam, nam ferè
oēs militant ᶜ hanc notionalem intellectionem.

Vlterior confutatio eiusdem opinionis. Cap. 3.

Duplex adhuc argumentum urgeo ᶜ praefatam RR opinionem. Primum sic:
ut ab aliis perfectionibus divinis derivetr passiva denoatio, n̄ ē ne-
cessè in Deo ponere notionalem perfectionem phicè productam;
sed sufficit essalis, et cōis perfectio, per quam Deus activè denoatr:
ḡ ut obiectum dicatr passivè cognitum à Deo, n̄ opus ē assignare
perfectionem notionalem intellectionis phicè productae: sed suffi-
cit essalis intellectio, p quam Deus activè denoatr intelligens. Coa
patet ex summa paritate, quia si semel admittitr aliqua denoatio
passiva sine frā realitr producta, n̄ ē ratio cur ad obiecti cogniti

denoationem exigat intellectio, quae sit forma notionalis, et phisicé producta. Probatur ans multipliciter.

1° nam eadem Omnipotia, quae denoat Deum activé potentem, quantum é in se producere Creaturas, denoat etiam easdem creaturas potentes á Deo produci, quantum é ex parte Dei. Nec non dices ad eas denoationes concurrere duas formas ex parte Dei, quarum una sit essalis, et cois, alia vero notionalis, et producta. 2° per eandem iustitiam, quá Deus activé denoatur puniens, vel potens hoiem punire, denoatur etiam homo punitus, vel passivé punibilis á Deo: nullus non fuerit qui duas iustitias in Deo posuit, aliam essalem, et improductam, quá Deus activé denoetur; aliam vero notionalem, et productam, quá passivé denoetur homo. Neque bene discurreret, qui per iustitiam coem admitteret notionalem, ut per illam homo denoaretur passivé phicé. Mitto alia exempla, quae facilé possent adduci.

2um argutum, unde conficio, quod non appareat ulla ratio disparitatis, ob quam obtum intelligi á Deo, fieri debeat per intellectionem productam, et Deum intelligere obtum, stare possit, et debeat per im improductam intellectionem. Dices in creatis, ex quibus ascendimus ad divina, obtum intelligi fit per intellectionem productam. Contra, nam etiam in creatis suppositum intelligere fit per intellectionem productam. Imo cum intelligentis denoatio sit vitalis, et vita in actione consistat, essaliter constituitur in creatis per actionem productivam intellectionis. Quamvis et in mea sententia non aliud intellectio creata, nisi qualitas modalis se ipsa procedens, et se ipsa unita cum intelligente substa, ut in libris de anima docui. Quod si obtum intelligi, petit intellectionem productam in creatis, ideo é, quia obtum intelligi

a cognoscente, non est aliud, quam cognoscens intelligere objectum: Etenim si diversa esset utriusque denominationis forma, non quidem exigeretur actio, ut objectum intelligeretur, quia tunc non esset vitalis denominatio, vel saltem plus exigeretur ad denominationem cognoscentis, quam cogniti.

Dices praeterea: rem intelligi non aliud esse, quam rem produci secundum illud esse intentionale, quod in cognitione habet. Quare necessum est, ut res in cognitione producatur, seu quod producatur cognitio. Contra 1º: quia rem cognosci non est aliud, quam esse terminum cognitionis, sive productae, seu improductae. 2º, nam in creatis etiam intelligere suppositum non aliud est, quam ut intelligens produci, cum forma per quam in ratione intelligentis constituitur, sit intellectio producta; neque tamen asseris, Deum intelligere per intellectionem productam: ergo nec asserere debes, objectum intelligi a Deo per intellectionem productam.

3º praecipue quia si objectum intelligi, est produci secundum esse intentionale: ergo ab illo non intelligitur objectum, a quo non producitur secundum esse intentionale: sed a Spiritu Sancto non producitur secundum esse intentionale, quia Spiritus Sanctus nihil ad intra producit: ergo nullum objectum intelligitur a Spiritu Sancto, quo quid absurdius. Imo licet Filius ad intra producat, tamen id quod producit, non est esse intentionale objecti pertinens ad intellectum: quia solum producit spirationem passivam, quae cum non sit cognitio, sed amor passivus, non denominat objectum cognitum, sed amatum: ergo nullum etiam objectum intelligitur a Filio. Quare licet omnes personae sint cognoscentes per improductam, et eandem cognitionem, tamen objectum nullum erit cognitum, nisi a solo Patre, quia solus ipse producit objecta secundum esse intentionale, quatenus producit cognitionem notionalem, per quam objecta denominantur passive cognita.

Forte huic ultimae in-

impugnationi Verbis, ut obiectum intelligatur à Spiritu S. non opus esse, quod ab illo realiter, et physicè producatur sub esse intentionale, sed sat esse, quod ab Essentia divina, quam habet Spiritus S. virtualiter producatur, et realiter à Patre, cum quo identificatur Essentia.
Contra, nam inde plura deducuntur absurda; Primum, quod non omnes tres personae sint aequales, et similes in denominandis cognito obiecto. Probatur, nam obiectum esse cognitum est formaliter à productione seu notionalis intellectionis in producendo Verbo, seu notionali intellectione non sunt divinae personae similes, et aequales: ergo in denominando obiecto cognito non sunt divinae personae similes, et aequales. totus discursus patet.

2um absurdum est, quod inde pateret via facilis ad negandam intellectionem essentialem, et solum admittendam intellectionem notionalem in Filio, per quam Deus activè denominaretur intelligens. Ostendo, quia sicut obiectum ex eo denominatur intellectum à Spiritu S. quia natura, sive Essentia illius producit virtualiter intellectionem constitutivam illius denominationis, et Pater identificatus naturae producit realiter illam, ita seclusa intellectione essentiali denominaretur intelligens activè, quia natura illius virtualiter, et Pater identificatus cum illa, realiter, et physicè produceret, produceret eam intellectionem. Inde ergo illam intellectionem, licet existentem solum in Filio, denominarentur omnes personae cognoscentes aequaliter obiectum, sicut per illam asseris obiectum denominari cognitum aequaliter ab omnibus.
Mitto alia absurda, quae facile deducuntur.

Argumenta. Caput 4.

Opponunt 1.: si Deus Verbo careret, sequeretur ipsum intrinsecum non perfectè intellecturum, ut plures Ecclesiae Patres edocent: hoc autem inde proveniret, quod Verbum ex ratione sua

spetiali d. Sapientia Patris: non activa, per quam intelligat obiectum: sed passiva per quam obiectum intelligatur.

Respondetur, petendo quid sit inferri, vel sequi per locum intrinsecum? vel ego est inferri vel via constitutionis, aut via conectionis? si primum fatemur ans., quia deficiente Verbo, dummodo non deficeret ratione intellectionis essentialis per quam constituitur, ut posteà dicemus, nullum adhuc constitutivum deficeret in Deo, quà intelligente, cum in ratione intelligentis non constituatur per notionalem proprietatem Verbi, sed per intellectionem essentialem. Quod si dicas, Deum in ratione intelligentis constitui per notionalem Verbi proprietatem: sed iam ea proprietas non est intellectio passiva denotans obiectum cognitum, sed activa constituens primum cognoscens. Si vero sequi per locum intrinsecum sit inferri via conectionis. Omisso antecedente neg. coam, quia si Deus careret Spiritu, sequeretur etiam via conectionis, Deum non perfecte intellecturum, et tamen inde non infertur Spiritum esse passivam intellectionem.

Opponunt 2: nam admissa hac intellectione passiva, duo facillimè explicantur, quae alioqui difficillima sunt. Primum, cur 2a persona, et non 3a sit Filius? 2um, cur 2a persona procedat per intellectum, et 3a per voluntatem. Respondetur, non admissa hac intellectione passiva, facile utrumque à nobis explicari. Primum quaestione 3a huius tractatus. 2um q. 2a infra. Et sanè prius erat comprobanda veritas huius opinionis, et postmodum inferenda huius utriusque difficultatis explicatio.

Opponunt 3: sicut in Patre datur activa processio Filii per quam Pater denotatur producens Filium, quin Filius per illam denotetur, ut patet, propriè esse productus, et ex parte Filii reperitur passiva processio, per quam Filius denotatur productus,

qn per illam dicatr Pater producens; ita poterit in Patre reperiri cognitio, per quam activè denoetr intelligens obtum, qn per illam denoetr obtum intellectum, et ex parte filii altera cognitio notionalis, per quam obtum denoetr intellectum à Patre, qn ex illa formalissimè denoetr Pater intelligens obtum: in utroq̄ n̄ summa paritas servatr.

Retr, activam, et passivam processionem sic explicatas à nobis ac reiectas tracta 20 § ó. q. nequit intelligi Patrem producere filium per aliquam fiam, qn per eandem sit filius productus à Patre et econtra. Quare potius inde reiicitr hæc doctra, dēmo quæ nostra roboratr, q̄ silitr inintelligibile erit, Patrem denoari cognoscentem obtum p intellectionem essalem, qn per illam denoetr obtum intellectum à Patre, et ex parte filii repugnabit notionalis cognitio per quam obtum denoetr cognitum à Patre, qn Pater ex illa denoetr cognoscens obtum. Et sane probat argutum, intr activam, et passivam intellectionem reperiri n̄ iam virtualem, sed realem distionem, sicut reperitr intr activam, et passivam processionem. Item probat, quod sicut activa processio producit ut quo passivam, ita cognitio activa producit ut quo passivam.

Opponunt 4, nec in rebus creatis, nec in divinis experimur obtum intelligi sine Verbo, nec produci Verbum, qn obtum intelligatr: ergo à Verbo intelliguntr obta. Sed quis n̄ videat eodem arguto probari, Deum reddi formaliter, et activè cognoscentem per Verbum: Etenim nec in rebus creatis, nec in divinis experimur, suppositum intelligere sine Verbo, nec produci Verbum, qn suppositum intelligat: ergo per Verbum intelligit. Item ab Spiritu S intelliguntr obta, qn Spiritus S ablute, et simplicitr Verbum producat.

Retr.g. quod in Verbo attenditur essentialiter intellectio cois, denoans suppositum cognoscens, et obiectum cognitum.

Opponunt S.: Verbum divinum ē ars, quâ cuncta sunt à Deo disposita: est etiam exemplar, in quo novit oia Pater, et in quo n oia ab aeterno creata prius qm in tempore crearentur: g ē intellectio passiva, per quam oia creata denoantur cognita, et mente divina sapientissimè disposita. Similiter Spiritus S ē individuus nexus, et indiss. vinculum Patris, et Filii: g ē passivus amor, quô Pater, et Filius denoantur p dilectionem uniti.

Retr. haec oia solum probare, Verbum ēē passivam intellectionem, quâ denoantur obiecta cognita, et Spiritum S. ēē passivum amorem, quô denoantur amata. Quod libenter fatemur, dummodo haec duo nobis concedantur. Lum, quod Verbum, et Spiritus, quâ dicunt intellectionem, et amorem passivum, dicant etiam activum. 2um, quod haec intellectio passiva, sicut et passivus amor n sit aliud, qm ess. Dis, ut exponetur infra.

Alia recens opinio confutatur cap. 5.

Nonnulli RR, quibus praecedens opinio displicuit, aliter exponere tentarunt divini Verbi conceptum. Asserunt g divinum Verbum praecisse constitui p notionalem 2ae personae proprietatem, ut virtualiter distinctam à quovis absoluto praedicato. Quare intellectionem essentialem excludunt à constitutione Verbi. Rogati vero de specifico praedicato, quod in ea notionali proprietate 2ae personae relucet, vi cuius dr Verbum, respondent, illud non ēē passivam, aut activam intellectionem, sed quoddam mentale signum exprimens tum intellectionem essentialem Patris, tum obiecta, quae per illam cognoscuntur. Et hoc signum dirigitur quidem ad Filium, et ad personam, cum mediante suo verbo loquitur Pater.

Hoc ex-

explicant exemplo Angeli mentaliter loquentis cum alio, nam
locutio, seu Verbum unius Angeli loquentis cum alio, non est ipsa cognitio, qua Angelus intelligit, nam haec ad summum est locutio Angeli secum ipso, quae non ordinatur ad alium, sed est probabilem opinionem quoddam naturale signum, mente productum, et expressum, et in alium Angelum directum, essentialiter repraesentans, tum cognitionem Angeli loquentis, quae vocatur secretum cordis cuilibet Angelo naturaliter incognitum, et incognoscibile citra voluntariam manifestationem loquentis, tum etiam obiectum, quod per illam cognitionem exprimitur. Hoc signo ab audiente Angelo percepto, devenit ille per illud signum in cognitionem Angeli loquentis, et in obiectum illius cognitionis. Unde fit, hanc locutionem, seu mentale Verbum non esse formaliter intellectionem, sed signum intellectionis et obiecti eius quod tendit, quamvis supponat intellectionem in Angelo loquente.

Non dissimili ratione de Verbo divino discurrunt, datur in Deo cognitio essentialis et essentialis, qua sibi Deus veluti loquitur, et propterea solet aliquando vocari Verbum a sanctis SS. Patribus ulterius aliud Verbum notionale, quo Deus Pater non sibi, nec Spiritui Sancto sed unice loquitur Filio. Verbum hoc non est formaliter intellectio licet in Patre loquente necessario supponat intellectionem, a qua virtualiter distinguitur. Sicut Verbum angelicum non est formaliter intellectio, licet supponat intellectionem realiter distinctam in Angelo loquente. Verbum hoc Patris ad Filium est notionale, nam est proprietas secundae personae, quatenus per modum signi naturalis repraesentat tum intellectionem paternam, tum omnia, quae per eam intellectionem cognoscuntur. Unde Verbum notionaliter sumptum in divinis est sola proprietas secundae personae.

Singularis hic opinandi modus plura contra se habet, quae breviter, sed efficaciter urgebo.

nam in primis totus nititr in ea singulari opinione, et ratione explicandi locutionem Angelicam p intellectuatia signa cū quam ageat P. Suarez de Angelis, et P. Arrig tomo 2 tractu de Angelis d. 12, sect. 2, ex quibus constabit, qm innumeris difficultatibus ea signa subiaceant. Omissa tn, et permissa eiusmodi sententia, adhuc.

Reiicio praefatam explicaonem divi Verbij per analogiam ad Verbum unius Angeli loquentis per signum mentale cum alio. Q cum Angelus edere posit eiusmodi signum ex intentione, quod percipiatr ab uno, qn ab oibus potest cum uno Angelo loqui, qn cum oibus loquatr. Potest etiam ab uno formalitr audiri, qn ab oibus formalitr audiatr, q licet oes deprehendant signum, et in signo cognitionem, et dtum a loquente cognitum, ille tn solus, ad quem dirigitr signum ex intentione proferentis, erit formalitr audiens, et cui fiat locutio. In divinis autem nris sequetr, ut ostendam, oes tres personas eē quoque formalitr audientes, et Patrem n solum cum 2a persona, sed cum 3a, qn et secum ipso loqui. Quod merito negatr ab his Aūkbus. Ostendo sequellam.

Etenim ideo Pater loquitr filio, q filio proponit illud signum, ut in eo mentem paternam, et eius dtum filius cognoscat, sed idem signum Spiritui S. nec n et sibimet ipsi proponit, ut in eo mentem paternam, et illius dtum uterq cognoscat, q medio illo signo, seu dto notionali n solum loquitr Pater cum filio, et Spiritu S., sed cum se ipso. Rursus ideo filius est formalitr audiens, q medio illo signo, seu dto ad se directo, cognoscit mentem paternam, et eius dtum. Idem cognoscit Spiritus S., et Pater ex vi eiusdem signi ad utrunq directi: q etiam uterq formalitr audit.

Confirmo specialitr in Spiritu S. Nam Deus n solum confert ~~[illegible]~~ verbum, in quo Spiritus S. cognoscat eius intellectionem, et dtum, sed

Sed ulterius illi coicat ipsummet cognoscere in signo, seu Verbo paternam intellectionem, et eius obtum: nam ois cognitio diva sec. hos authores e cois, et essalis, proinde q coicari debet a Patre Spiritui S: q cognitio, quam Spiritus S habet de paterna intellectione in signo, seu Verbo cois e oibus personis, et coentr a Patre coicatr Spiritui S; sed ea cognitio e mentalis auditio: q Pater dat Spiritui S, quod mentaliter audiat eius Verbum; at Pater intendit qd od re ipsa dat alicui personae divae: q intendit, quod Spiritus S audiat eius Verbum; sed eo ipso intendit loqui cum Spiritu S, nam e prorsus inintelligibile, quod ego intendam audiri ab aliquo, quin intendam loqui cum illo: sequitr q ex iacta senta, Patrem n solum cum Filio, sed cum Spiritu S loqui.

Unde n satis percipio, quo iure dicatr ab his PPbus, Verbum a Patre dirigi, destinari que solum ad 2am, et n 3am personam. Fateor equidem ad 2am dirigi, tanqm constitutivum illius, q 2a persona essalitr e Verbum; in quo sensu n dirigitr ad 3am, q 3a nec realitr e Verbum: at ut Verbum alicui dirigatr, quantum sat e ad loquendum cum illo, n requiritr, ut a loquente dirigatr, tanqm constitutivum illius, cui loquitr, sed tanqm medium, in quo cognoscam eius conceptum, ut patet in ipsomet exemplo Angeli loquentis, qui Verbum, quo loquitr destinat in alium Angelum, cui loquitr, n tanqm eius constitutivum, sed tanqm signum, in quo manifestat proprium conceptum: at Aeternus Pater dirigit suum Verbum ad Spiritum S. et ad se ipsum, tanqm signum, l medium, in quo paternam intellectionem uterq cognoscat: q medio suo Verbo loquitr Pater n solum cum 2a, sed cum oibus personis.

Praeterea confro: nam seclusa constitutione essali 2ae personae per Verbum, quae per

qa audiens oio se habet in ordine ad loquendum illi, sicut ostensum est, non alia de causa Pater dirigit proprium Verbum Filio, nisi quia Filius debet in illo cognoscere paternam intellectionem: at omnes divinae personae debent sibi invicem in eo Verbo cognoscere paternam intellectionem: ergo ad omnes dirigit Verbum suum, et consequenter medio illo cum omnibus loquitur, quod merito negatur ab his PP.ibus.

Rationes aliae contra praedictam sententiam. Cap. 6.

Prima sit, si Verbum praecisè consisteret in proprietate notionali 2ae personae, Verbum non procederet per intellectum Patris; hoc autem plus quam falsum: ergo etc. De minori propositione fas non est dubitare, cum inter omnes Ecclesiae Patres, et Theologos certissimum sit, Verbum procedere per intellectum, et Spiritum Sanctum per voluntatem. Maior probatur, nam intellectus Patris, nec est principium productivum, nec activa productio proprietatis illius, ut expresse fatentur hi PP. Rursus neque est principium comunicativum eo quod respectu proprietatis personalis formaliter, et secundum se sumptae nullum detur principium comunicativum, quia notionalis proprietas nihil habet comunicatum, sed quidquid habet, sit productum: ergo in nullo sensu poterit affirmari Verbum procedere per intellectum Patris.

Dices: quod Scriptura Sacra proclamat, et ex illa universi Patres, et Theologi, non aliud est, quam Verbum produci tanquam terminum formaliter, et ratione sui spectantem ad lineam intellectus, Spiritum vero Sanctum ut terminum ex se pertinentem ad lineam voluntatis, abstrahendo ab utriusque termini principio. Sicut cognitio procederet, ut terminus formaliter, et ratione sui pertinens ad intellectum, quamvis non ab intellectu, sed a quavis alia causa per potentiam, vel impossibile procederet, et amor fieret, ut terminus formaliter, et ex se pertinens ad voluntatem, licet non a voluntate, sed potius ab intellectu, vel a quovis alio principio dimanaret. Ergo ad has denominationes non attenduntur principia, sed essentia praedicta, quae sané pertinent in cognitione ad intellectum et in amore ad voluntatem. Cum ergo divinum Verbum ex suis essenti-

essentialibus praedicatis ad intellectum pertineat congruè dicetur procedere tanquam Verbum intellectus, hoc est, specialiter, et ratione sui pertinentem ad intellectum, quamvis haec facultas non sit eius principium.

Mihi tamen vehementer displicet haec doctrina. Primò quia planè fatetur, nec Verbum procedere per intellectum, nec Spiritum S. per voluntatem. Quidquid sit, an Verbum esse pertineat ad intellectum, et Spiritus S. ad voluntatem. Quod est durissimum, et contra communem omnium sensum. 2° quia si proprietas notionalis 2ae personae non exigit intellectum, ut sui principium, cur pertinere dicitur ad lineam intellectus? Etenim ideò cognitio pertinet, quia eius essentialia praedicata sunt talis generis, quod intellectum connaturaliter exigant, ut sui principium. Si vero non exigerent, minimè diceretur cognitio pertinere ad intellectum. Quod si rursus dares cognitionem non solum non exigere, sed ita prorsus excludere intellectum à ratione sui principii, quod implicaret ab illo procedere, nullus profectò diceret, ad intellectus lineam spectare, cum ergo proprietas 2ae personae omnino excludat intellectum à ratione sui principii, non est cur dicatur, ad intellectus lineam pertinere.

Dices: pertinet, quia per analogiam ad Verbum Angeli mentaliter loquentis explicatur. Et cum eiusmodi Verbum ad intellectum pertineat, Verbum etiam divinum ad intellectum spectare dicetur. Contra, nam in Angelico Verbo clarè constat, cur ad intellectum pertineat, quia scilicet est quoddam signum ab intellectu productum, ut modo supponitur. Unde habet intellectum pro principio, quod et connaturaliter illum petit, sicut petit cognitio. Verbum autem divinum, seu proprietas notionalis 2ae personae non exigit, sed excludit intellectum à sui principio. Nec obstat illud de analogia, nam haec non in omnibus servari debet inter Verbum divinum, et Angelicum: hoc enim est accidens informans, quod Verbo divino repugnat: quia etiam illi repugnabit,

ad intrum pertinere, qmvis Angelicum Verbum pertineat. Et sané sicut analogia n̄ obstat, quod Verbum divum minè petat intrum, ut sui prium, licet petat Angelicum Verbum, ita n̄ obstabit, quod ad intrum minè pertineat, qmvis pertineat Angelicum Verbum.

Dices: ulterius: pertinet divum Verbum ad intrum, eo quod sit medium et signum manifestativum intellectionis poteris nec n̄ et sui obti. Contra, nam signum manifestativum intellectionis, et obti, non debet nario pertinere ad intrum, ut pluribus exemplis convinci potest. Verba quibus hoes loquuntr, ad intrum n̄ pertinent; et adhuc ppissimè s̄ media, et signa manifestativa intellectionis, et obti, p illam repñsentati. Maxe cum expressè loquimur de actibus intris, de eorum obtis. Et ne longius abeamus. Divinus amor n̄ pertinet ex se ad intrum, sed ad voluntatem; et adhuc e medium, et signum manifestativum intellectionis divæ, proprii obti, cum ex eo quod voluntas diva rem amet, evidentr inde deligatr Deum illam cognoscere. ḡ n̄ signum intellectionis divæ manifestativum, eo ipso pertinet ad intrum.

2a ratio sit: Pater coicat Filio, suam met intellectionem, per quam æqué perfecte, et comprehensivé cognoscit Filius, qd qd perfecte, et comprehensivé præcognoverat Pater. ḡ superfluè producit Pater in Filio quoddam medium, vel signum, ut ex illo cognosceat Filius qd qd præcognoverat Pater. ḡ medium eiusmodi, vel signum re ipsa n̄ datr, et conseqr in eo consistere nequit Verbi divini conceptus. Totus discursus patet, sed.

Confirmatr 1o: nam in eum finem inventa é locutio ad lium facta per signa, sive spiritualia, ut intr Angelos, sive corporea, ut intr hoes, q̄ nequeunt immaté hoes, l Angeli proprias cogitationes audientibus coicare, nam si possent, frustra loquerentr intr se

et signa, quibus mediate venirent audientes in loquentium cogitationes: ergo cum Pater propriam cogitationem, et intellectionem det Filio, frustra diceretur ei loqui per signum in eum finem editum, ut ex illo Filius rimetur intellectionem Patris. Confirmo 2o: signa per quae fit locutio supponuntur loco conceptuum, ut vel suppleant illorum absentiam, vel incapacitatem, quam habent, ut immediate communicentur audientibus: ergo cum in conceptu Patris Aeterni non detur haec absentia vel incapacitas, sed potius detur summa necessitas, ut communicetur Filio, sequitur implicare signum, quod supponatur loco huius conceptus, et habeat rationem Verbi, seu locutionis, quod quippe dem ordinari nequit ad eam absentiam, vel incapacitatem supplendam.

Dices: Licet ea locutio sit otiosa in ordine ad reddendum Filium intelligentem, non tamen in ordine ad hoc ut Pater divinus totam suam foecunditatem intellectualem exerceat. Sed contra quia supponis habere Patrem foecunditatem ad eam locutionem exercendam, et producendam. Quod ego nego, et probo, quia si semel est impertinens ea locutio, nequit habere Pater foecunditatem ad illam. Prius ergo statuenda est necessitas eius locutionis, ut inde constet, Patrem esse foecundum ad illam. Neque theologice discurreres admittendo notionalem intellectionem praeter essentialem in Filio, quia licet ea non exigatur, ut Filius sit intelligens, tamen requiritur, ut ex parte Patris exerceatur tota foecunditas intellectualis, quam habet.

Dices ulterius. Pater est natus foecundus ad producendum Verbum, seu loquendum cum Filio, cui propriam intellectionem communicet. Fateor, sed probare debes, quod praeter intellectionem, quam communicat, ei loquatur medio signo vel manifestativo huius intellectionis. Quod ex dictis apparet superfluum et inutile. Si namque Filius eandem cognitionem Patris fruitur

habet, quid opus est signo, vel medio, per quod in eam cognitionem deveniat

Præcedentis sententiæ fundamenta diluuntur. cap. 7.

Sed recentiores huius opinionis sectatores obiiciunt 1°: nihil magis tritum apud Patres, et theologos, quam Deum cognoscere creaturas in suo Verbo: ergo quia cognoscit illas in proprietate notionali Verbi tanquam in signo, vel medio. Probatur consequentia quia si cognosceret illas in Verbo propter intellectionem essentialem, et communem, quae reperitur in Verbo, poterit æqualiter affirmari, quod eas cognosceret in Patre, et Spiritu Sancto, cum in utroque detur eadem ipsissima intellectio; sed specialiter dicitur eas in Verbo cognoscere; ergo quia cognoscit ratione proprietatis notionalis Verbi, quae cum non sit activa, vel passiva creaturarum intellectio, debet saltem esse signum naturale representativum, et expressivum illarum.

Huic respondeo: 1° quod licet admittatur, notionalem relationem filii esse signum expressivum creaturarum, adhuc non ostenditur esse adæquatè Verbum. Quo pacto licet intellectio filii sit clarior expressio creaturarum, adhuc non asseritur esse adæquatè Verbum. 2° respondeo cum Patre Suares lib. 9 cap. 17, numero 6. et Patre Martino Perez disp. 15 de Trinitate sect. ultima num. 3, quod licet ea locutio soleat appropriari Verbo, tamen affirmari tuto potest, Deum cognoscere creaturas non solum in Verbo, sed etiam in Patre, et Spiritu Sancto. Aperit unamquamque personam omnia cognoscere tum in se ipsa, tum in qualibet alia ratione intellectionis essentialis, et communis omnibus personis. 3° respondeo, creaturas ut dictas cognosci specialiter in Verbo, quia neque per Patrem, neque per Spiritum Sanctum dicuntur. Unde solum dicuntur a Verbo, econtra quia solum in Verbo cognosci possunt, quia dictæ.

Denique respondere solet idealiter affirmari, Deum clarius in Verbo cognoscere, quia Verbum ex vi suæ processionis exigit intellectionem sibi communicari. Quod

nulla alia persona petit. Nam licet Pater habeat intellectionem, non petit eam sibi communicari, quia a se habet. Spiritus Sanctus non exigit, eam sibi formaliter, et ex vi processionis communicari, sed materialiter, et identice, ut superius dicta. Hoc aliud intendit a Philosophis, et theologis, dum eam locutionem usurpant. Unde quod contra dicatur non urget, quia licet in Patre, et Spiritu Sancto possint omnia cognosci tanquam in medio, non tamen ea ratione, qua possunt in Verbo, nam in solo Verbo cognosci possunt, ut in medio, quod ex vi formali processionis exigit communicari sibi repraesentationem, et expressionem intellectam omnium caeterorum media intellectione.

Obiicient 2.

Pater aeternus per Verbum non sibi loquitur, sed filio: ergo Verbum divinum explicandum non est per analogiam ad Verbum creatum quo nobis loquimur, sed alteri: Verbum autem quo loquimur alteri non est aliud, quam instrumentale signum per quod alter cui loquimur devenit in notitiam conceptus loquentis: ergo Verbum divinum esse debet instrumentale signum, per quod filius deveniat in paterni conceptus notitiam. totus discursus legitime videtur concludere. Tum ans, quod est verum, et frontem illius frequentissimum est inter Patres, qui Verbum divinum explicare solent in ordine ad aliam personam, cui loquitur Pater, idest quae penes ipsos Verbum dicitur vox, lingua, calamus, Interpres, et Nuntius Patris. Quae omnia verumet habitudinem sonant ad aliam personam distinctam a Patre.

Resp. 1º haec omnia nomina metaphorice dici de Verbo, ut late, et erudite demonstrat P. Montoya D. 38 de trinitate. praesertim sect. 5. Quare non sufficienter ex illis demonstratur, Verbum ad aliam personam dirigi distinctam a Patre, cui loquatur Pater. Resp. 2º, quod licet Pater mediante suo Verbo deberet alteri personae distinctae loqui, non adhuc ostenditur

illam personam esse necessario filium, quae ponit esse Spiritus S. nam P. Mendoza citatus D. 60, sect. 4 probat Eternum Patrem medio quo Verbo loqui ad Spiritum S. ad filium, et ad se ipsum, et forte ad creaturas. Et sect. 6 statuit, omnes divinas personas eodem verbo loqui, quidquid vero de hoc sit.

Ideo Verbum divinum explicandum per analogiam ad utrumque verbum creatum, tam scilicet quo nobis loquimur, quam quo loquimur alteri per externa, et sensibilia signa, quae dantur inter homines, non vero per interna, et mentalia, quae ponuntur ab his Doctoribus inter Angelos, nam ea nobis penitus incognita, et forte chymerica. Fateor quod Patrem medio Verbo non sibi loqui, sed filio, quia producendo Verbum non reddit se cognoscentem, sed filium. Et in hoc analogiam servat Verbum divinum cum creato externo non interno, quia per Verbum internum non loquimur alteri, sed nobis ipsis, eo quod per illud nosmet ipsos reddamus intelligentes, et non alium; per externum autem, et vocale Verbum loquimur alteri, quia medio illo reddimus eum intelligentem. Cum hoc tamen stat, Verbum divinum esse signum formale, et naturale, immanens in ipso dicente, sicut est nostrum Verbum, quo nobis ipsis loquimur. Et in hoc analogia servatur inter Verbum divinum, et creatum internum, non externum, et vocale, nam istud est instrumentale signum, et ad placitum, manens extra loquentem. Ita.

Obijciunt quidem plura, quibus probare conantur intellectionem esse talem non minus formaliter, et immediate communicari Spiritui S., quam filio, proinde quod filium ex intellectione formaliter, et immediate communicata non posse Verbum evadere. Secus evaderet etiam Spiritus S. Verbum. Huius vero generis argumenta missa facio, quia propriam sedem alibi habent, ubi a nobis soluta sunt. Illud tamen non praeteream, quod cum Spiritus S. ex vi suae processionis evadat non solum amor, sed amans, videtur necessarium, quod ex vi eiusdem processionis evadat etiam cognoscens; nam ex vi formali conceptus amantis exigitur necessario

conceptus intelligentis: ergo qui producit amantem formaliter, ut talem, vi eiusdem productionis communicat illi esse intelligentem.

Praeterea conceptum amantis immediate petere, quod adsit conceptus intelligentis, concomitanter tamen, et mediate. Unde qui producit amantem formaliter, producit concomitanter intelligentem. Id explico satis clare. Nam sicut amor in creatis non est formaliter, imo neque realiter intellectio, quamvis intellectionem petat, et supponat, ita denotatio amantis non dicit formaliter, neque realiter denotationem intelligentis, licet concomitanter illam afferat, et supponat. Unde qui produceret amantem in creatis non produceret formaliter, sed concomitanter intelligentem, quatenus produceret subiectum, quod ut amans non constituitur per intellectionem, sed tamen illam necessario petit. Sic in divinis productio Spiritus Sancti non affert immediate cognitionem, sed amorem quia solum intendit amorem ei personae communicare. Cum autem amor ex se petat cognitionem, et sine illa connaturaliter subsistere nequeat, fit, ut eam productionem commitari debeat cognitio.

Obiiciunt 4: Pater aeternus secundum loquendi modum Sacrae Scripturae, Sanctorumque Patrum enuntiat et affirmat per suum Verbum omnes veritates, quas tamen per Verbum intelligat illas. Unde Verbum a Patribus dici solet enuntiatio: imo non nulli censiunt, filium esse Verbum propter vim enuntiatricem, quia Verbum est ratio enuntiandi; quae sit ratio per quam Pater intelligat: quia est instrumentale signum, proprium filii, dictum quod ab intellectione communi, quod quod Pater enuntiat, sed non intelligit. Alioqui si Verbum praesupponeret in intellectione communi, non minus Pater cognosceret quam enuntiaret per Verbum.

Praeterea ex hoc argumento potius impugnari sententiam oppositam, quia si Verbum est enuntiatio, et affirmatio, sequitur esse veritatem actuum, et cognitionem dicti.

nam affirmare, et enuntiare, proprium est actus intrinsece ingeniti, purè spiritualis, nam signum ab intrinseco actu distinctum non est affirmatio, vel enuntiatio rei, quamvis ducat in eius notitiam. Quis enim quod dicet, fumum enuntiare, vel affirmare ignem, quamvis per modum signi ducat in eius notitiam. Labuntur ergo hi RR. in sententiam ab ipsis latissimè impugnatam de constitutione Verbi per sapientiam, et intellectionem notionalem, quam nos ebriamus reiecimus. Fateor quod Patrem enuntiare suum Verbum, quia in illo claudit essentialis cognitio, quae est enuntiatio, et affirmatio, non tamen intelligere per Verbum, sed per inadaequatum eius constitutivum, scilicet intellectionem essentialem, ut infra latius exponetur.

Propria sententia. cap. 8.

Sentio, divinum Verbum essentialiter constitui per intellectionem essentialem, et relationem personalem filii. Probatur 1a pars, quia Verbum divinum est expressio, et enunciatio rei: sed hoc nihil habet praeter intellectionem essentialem vi cuius possit hoc praestare: ergo claudit essentialiter intellectionem essentialem. Maior est certa. Minor constat ex supra dictis ubi relegavimus à Filio quamlibet notionalem expressionem, sive per modum instrumentalis signi, sive per modum intellectionis activae, seu passivae.

Probatur 2a pars, quia conceptus Verbi non est communis omnibus personis: ergo non praecise consistit in intellectione essentiali. Rursus est proprius, et personalis 2ae personae: ergo claudit essentialiter relationem personalem 2ae personae, seu filii. Confirmatur ex S. Anselmo in Monologio cap. 8. ubi sic ait: Verbum hoc ipso quod Verbum est, aut imago, ad alterum est, quia non nisi alicuius Verbum est: ergo Verbum constituitur per relationem ad aliud, quae sine dubio notionalis est, et propria filii. Et quidem sicut filius est ad Patrem et per relationem ad illum constituitur, ita Verbum est ad loquentem,

et ꝑ relaōnem ad illum constitui debet. Confir.° 2.° q̄ Verbum divum essaliter producitr à Patre: ꝑ claudit essaliter aliquid, vi cuius producatr, sed nequit aliud ēē, q̄m sola relatio filii: ꝰ Ita.

Ex his deducitr convenientia, et diffra Verbi divini à creato, quô nobis intentionalitr loquimur, et ꝑ cuius analogiam præcipuè debet explicari divinum Verbum, ut coiter notant ꝑꝑ. Ac 1° conveniunt in eo, quod utrumq̄ sit fralis, et intentionalis obti repræsentatio. 2 in eo quod utrumq̄ dicat relaōnem realem ad loquentem, seu dicentem: q̄ nequit intelligi Verbum, q̄n alicuius ēē verbum intelligatr, ut aiebat S. Anselmus. 3° utrumq̄ Verbum distinguitr realitr à loquente, nam verè dicimus, tam divum, q̄m creatum verbum ēē aliud à supposito, cuius ē Verbum, 4 utrumq̄ procedit, seu producitr realitr à loquente, nam sine productione reali stare nequit ratio Verbi. Quare coitr colligunt ꝑꝑ, Verbum ēē à Patre, q̄ Verbum Patris ē. Sicut colligunt, filium ēē à Patre, q̄ filius Patris ē. Deniq̄ conveniunt, in eo quod maneant in loquente, nam utrumq̄ cognēm importat, quæ petit ēē intra mentem. Unde saltem raone illius petit ēē Verbum intra mentem loquentis.

Differt aut ōm unum verbum ab ālio. 1°, nam in Verbo creato productio tratr immate, et fralitr ad repræsentationem obti, in divino autem n̄ tratr, nisi ad personalem relaonem filii, quam ultra cognēm, et repræsentationem addit. 2°, nam Verbum divum præter intellectionem claudit relaonem filii virtualitr distam, et extra sphæram intellectionis, at Verbum creatum in isto mēt intellectionis ꝯceptu claudit relaonem saltem transcendalem, nec ultrà illam superaddit aliam. 3° Verbum creatum se totum ē fra intelligendi, per quam

actu redditr intelligens, qui sibi loquitr; at Verbum divi-
num preter intellectionem coem, quâ Pater intelligit, addit
relationem, per quam Pater dum loquitr n̄ intelligit. 4 Verbum
divinum inadequatè solum distinguitr à Patre loquente,
nam raone intellectionis identificatr, et raone personalis
relaonis filii distinguitr; at Verbum creatum adequatè dis-
tinguitr à producente, seu loquente. 5 Verbum creatum ē
in loquente per unionem informationis; divum autem per iden-
titatem raone cognitionis et per immanentiam raone persona-
lis relaonis filii.

Duplex aliud discrimen superaddi sōlet.
1º, quod creatum Verbum ē ratio fialis, quâ dicens sibi loquitr,
et manifestat obta, Verbum autem increatum n̄ ē, quo Pater lo-
quitr, et manifestat obta sibi, sed eius filio. De hoc tnegimus
capp. precedenti. 2um, quod creatum Verbum ē ratio transendalis
ad obta cognita, n̄ sic divinum. Ratio disparitatis ē, quia
ois cognitio creata respicit transendaliter obtum; at in diva
cognitione n̄ ē admittenda relatio, l. respectus ad obtum modo
creatum, nisi fortè dicas ēē respectum raonis: ḡ tta. Ocatione
huius discriminis possunt hic duo rogari. 1um an Verbum di-
vinum dicat relaonem ad creaturas? 2um, an ista relatio
conveniat Verbo vi intellectionis cois, l. notionalis relaonis,
aut utriusque simul? utramque difficultatem breviter expedio.

Dico
1um sentio, Verbum divum dicere relationem realem tran-
sendalem ad creaturas. Probo ḡ Verbum dicit essentialiter ēē
cognem creaturarum; hæc cognitio ē relatio realis transen-
dalis ad creaturas: ḡº Verbum dicit relaonem realem tran-
sendalem ad creaturas: cōa patet. Minor ex Materia de scia
modo supponitr, ubi latè probavi, cognem divam ēē relaonem

transcendentalem, et respectum realem ad quodvis obtum realiter distinctum, eo quod relatio secundum Philosophum, non sit aliud, quam habitudo, sive conceptus in se non sistens, sed quasi aliud se exercens. Mayor ex hoc ipso capite constat.

Sentio deinde, relationem Verbi quâ cognoscentis, et exprimentis creaturas provenire solum â cognitione, quâ dicentis vero easdem creaturas, provenire simul â cognitione, et relatione personali 2æ personæ, quam Verbum includit. Quo ergo munia in Verbo distinguo. Primum exprimere Creaturas. 2o illas per modum locutionis dicere. Primum est commune singulis personis. 2um est peculiare Verbi. Sed tamen in utroque reluceat respectus ad creaturas. Primus respectus est formaliter â sola cognitione, quia sola cognitio dat Verbo creaturas intentionaliter exprimere, seu repraesentare. 2us respectus est formaliter â cognitione, et notionali relatione simul, quia Verbum non constituitur in ratione dicentis creaturas per solam intellectionem communem. Secus omnes personæ dicerent, et loquerentur Creaturas. Neque constituitur per solam notionalem relationem filii, quia hæc non est cognitio activa, vel passiva, neque signum ducens in cognitionem, ut ostensum est; ergo Verbum in ratione dicentis creaturas, per utrumque constituitur.

Primum argumentum contra nostram sententiam. cap. 9.

Sed obiicies. Verbum mentale reddit formaliter intelligentem personam, quæ per illud loquitur; at Pater non redditur formaliter intelligens per coniunctum illud resultans ex intellectione essentiali, et notionali relatione filii: ergo Verbum divinum non consistit in eo iuncto. Consequentia patet. Mayor constat ex Verbo creato, per quod intra se mentaliter sibi loquitur, quatenus per illud formaliter redditur intelligens. Minor patet, quia notionalis filii relatio non est forma intelligendi, neque licet esset, Patrem denominaret intelligentem, eo quod in Patre

n̄ existat, sed in filio.

Resp: Verbum mentale creatum in hoc ab increato differre, quod creatum se solo reddit intelligens subiectum, quod per illud loquitur; increatum vero reddit Patrem, qui per illud loquitur intelligens ratione intellectionis, quam includit, n̄ ratione personalis relationis, quam superaddit. Ratio est, quia Verbum creatum nihil praeter intellectionem includit, increatum vero claudit relationem praeter intellectionem, quia cum intellectio sit communis, et Verbum sit aliquid notionale proprium filii, necessum est, ut includat personalem filii relationem. Vbi notes, intellectionem creatam secundum meam sententiam dicere formaliter, et essentialiter actionem, quae est qualitas per se ipsam ab intra procedens. Vnde dicit essentialiter esse verbum, quo sibi loquitur intrinsecus, nam eiusmodi Verbum in sententia communi, et verum n̄ est aliud, quam obiecti expressio per intrinsecum producta.

Verum instas 1: haec propositio absolute, et simpliciter vera: Pater intelligit se, et omnia Verbo: ergo Verbum n̄ est aliud, quam intelligendi forma, cum ergo n̄ superaddit relationem filii. Propterea haec etiam est absolute vera: Pater est sapiens sapientia genita: sed Verbum n̄ est aliud, quam sapientia genita: ergo Pater est sapiens Verbo, quod proinde in sola intellectione consistit. Resp. utramque propositionem esse plusquam falsam. Prior ab omnibus theologis negatur, unico de Vasquez excepto. 2a retractatur a S. Augustino, lib. 1o retractationum, cap. 26. Constat ergo Patrem n̄ intelligere Verbo, sed intellectione Verbi, quatenus in Patre praecedit ante productionem Verbi.

Instas 2: omne obiectum, quod a Patre dicitur, intelligitur a Patre; sed dicitur per Verbum: ergo intelligitur per Verbum. Nulla prorsus consequentia, sicut si argueres, omne obiectum, quod aeterne dicitur a Patre, intelligitur a Patre; sed aeterne dicitur per creatum Verbum: ergo intelligitur per creatum Verbum.

Item qd qd Petrus loquitur intelligit, sed loquitur per vocale
verbum: ergo intelligit per vocale Verbum. Denique: Qd qd amatur,
intelligitur a Deo, sed amatur per actum voluntatis: ergo intelligitur per
actum voluntatis. Fateor quod Patrem intelligere quidquid loquitur,
neque tamen intelligere per gratiam, qua loquitur, nam per intellectionem
intelligit, et per Verbum loquitur, qui sunt duo conceptus inadequate
distincti.

Instabis 3: Eternus Pater per intuitum infinitum aliquid
operatur circa divinæ mentis obiectum, et aliquis est huius operationis
finis et scopus; sed nihil aliud operari potest, nisi Verbum, neque
potest esse finis alius, quam sibi mentaliter obiecta proponere: ergo Pater
per intuitum infinitum producit Verbum, quo sibi mentaliter
proponantur, et a se cognoscantur obiecta. Minor quoad 2am partem
probatur, nam quid aliud intendere potest intuitus infinitus, dum
operatur, nisi media operatione sibi applicare intentionaliter
obiecta? Respondetur, finem Patris operantis per intuitum infinitum
esse non cognoscere, sed dicere propriæ mentis obiecta, nam ante-
quam ea dicat, supponuntur ab ipso cognita per intellectionem
essentialem, excludentem omne genus operationis, et productionis
realis.

Instas ultimo ex D. Thoma 1a parte q. 27 articulo 1
ubi sic ait: quicumque intelligit ex hoc ipso, quod intelligit, pro-
cedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex
vi intellectiva proveniens. Unde sic arguitur, hoc ipso quod ali-
quis intelligat, procedit aliquid intra ipsum ex intellectiva vi, quod
est conceptio rei intellectæ: sed hoc quod ita procedit, est mentale
Verbum: ergo eo ipso, quod aliquis intelligat, seclusa quavis alia
producitur Verbum: ergo Verbum præcise consistit in intellectione
personæ loquentis: ergo divinum Verbum præter intellectionem
Patris loquentis addit relationem Filii.

Pater intelligentem hoc ipso quod intelligat intellectione creata producere Verbum, nam intellectio creata, vel per se ipsam, vel existimo, vel per actionem distam, ut alii probabunt, producitur ab intrinseco creato. At intelligens per divinam intellectionem non eo ipso producit Verbum, nam intellectio divina non affert, sed potius excludit omnem productionem. Unde nequit Verbum in intellectione Patris praecisse consistere, nisi addatur ulterius relatio personalis Filii à Patre producta, vi cuius Verbum dicatur à Patre procedere. Loquitur ergo divus Thomas de intellectione creata realiter procedente ab intelligente. Quod si loquatur de divina tantum intendit procedere virtualiter, vel per intrinsecum. Quod non sufficit ad Verbum.

Obiectiones aliquae. Cap. 10.

1a est, quamvis unica tantum esset in Deo persona, daretur Verbum. Ergo non constituitur Verbum in divinis ex relatione 2ae personae. Probatur antecedens: nam in unica persona creata datur Verbum, quamvis non intelligatur aliam producere. Dicitur, negando antecedens, nam in eo casu, sicut nihil Deus ad intra produceret, ita nihil ad intra loqueretur, cum locutio procedere petat à persona loquente. Perquod patet discrimen à rebus creatis. Nam Petrus v.g. licet sit unica persona, producit intellectionem in se, per quam Verbum efformat; at unica persona divina quae daretur in ea hypotesi, non produceret intellectionem in se, nisi fingatur ulterius aliud impossibile.

2a obiectio. Dicere, seu loqui non constituitur etiam inadaequatè per relationem: ergo neque Verbum. Patet ergo. Tum, quia illa duo sunt correlativa, coentur pariter vel utrumque vel nullum constitui debet per relationem. Tum etiam, quia quidquid afferatur ad probandum, Verbum constitui per relationem 2ae personae, probabitur quoque dicere constitui per relationem propriam Patris,

qui solus dicit, et loquitr Verbum. Occatione huius obiectionis explicandum e, in quo consistat dicere, dici, et Verbum, et quâ ratione differant.

Q dicere, seu loqui Verbum, n e aliud, qm Verbum proferre, sicut et dici n e aliud, qm ipsum Verbum proferri. Quô suppositô statuo, proferre Verbum, seu producere Verbum in actu 2, quod unico noe solet appellari dictio, nihil aliud ee, qm activam tri productionem, et activam coicationem intellectionis. Unde consistit in personali relatione Patris, quæ sola Xa nostram sentam e activa productio relaonis filii, et in coi, ac essali intellectione quatis præexistens in Patre, potest per identatem coicari filio. Quare proferre, dicere, seu loqui Verbum, et activa dictio partim in abluto, partim in relativo consistunt, sicut et ipsum Verbum.

Proportione servata dici seu proferri Verbum, seu passiva dictio consistit in productione passiva, quæ se tenet ex parte relaonis filii, ac insuper in passiva, et immata coicatione intellectionis, quæ non e aliud, quam identitas realis intellectionis cum eiusmodi relaone filii. Unde partim in abluto, partim in relativo consistit, sicut et Verbum ipsum. Ex quo sequitr, n aliud ee Verbum, qm trum huius utriusque processionis. Quare Verbum affert illud idem, quod affert dici licet n p modum fieri, sed per modum tri. Sicut prium dicens, et loquens affert idem, quod dicere, seu loqui, qmvis n per modum actus 2i, sed per modum actus 1i. Hæc bia dicta sint Xa nostra pria superius statuta. Addo sit de aliis.

Hinc apparet discrimen intr dictionem creatam, et increatam, Etenim dictio creata totaliter e productio, nihil habens de coicatione, qa nihil e in eiustro, seu Verbo, quod n producatr, seu quod purè coicetr; at

increata dictio, tam activa, quam passiva non est totaliter productio, sed partim productio, et partim coicatio, quod utrumque illius ut divinum Verbum, habet aliquod productum, et aliquod coicatum, nam relatio filii producitur, et essalis intellectio coicatur.

Apparet etiam, quod in Deo dicere, et dici, seu dictio activa, et passiva distinguuntur realiter inter se, nam dicere, seu dictio activa claudit essaliter productionem activam Verbi. dici vero, seu dictio passiva formaliter, et essaliter affert eiusdem Verbi passivam productionem: at in Deo realiter inter se distinguuntur activa, et passiva productio, sive processio, ut in superioribus stabilitum manet: quod erat ostendendum.

Quod si Verbum conferas cum activa, et passiva dictione, sive cum dicere, et dici, propugnare debes, Verbum realiter distingui ab activa dictione, non a passiva: quia cum Verbum sit quoddam coniunctum ex intellectione essali, et personali relatione filii, sicut hoc coniunctum distinguitur realiter a Patre, et non a Filio, sic Verbum. Et cum activa dictio sit Pater, et passiva filius, sequitur, Verbum ab activa dictione realiter distingui, non a passiva.

Cur processio 2ae personae sit generatio? Caput 4. Vitalis generationis definitio. Caput 1.

Duo tanquam ex fide certa supponenda. Primum, 2am trinitatis personam esse filium, et consequenter eius processionem esse veram generationem denotantem verum non utcumque productum, et procedentem, sed genitum, et natum. 2um, Spiritum Sanctum non esse filium, et consequenter nec nasci, nec generari, sed tantum spirari. Proponitur utraque veritas in Athanasii Symbolo. Primo cum de 2a persona dicitur, filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. 2o cum de Spiritu Sancto dicitur: non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Videatur P. Montoya D. 4 de trinitate, latissimè probans utramque veritatem ex innumeris testimoniis Sacrae Scripturae, Conciliorum, et S. Patrum. Nobis non tantum incumbit rationem dare, cur processio Verbi sit generatio non autem Spiritus S. processio. Quod perdifficile est.

Ad id vero praestandum praemitti debet generationis vitalis definitio, quam communi sensu, et consensu tradunt omnes Philosophi, et Theologi cum Aristotele, et D. Thoma sic: est origo viventis à vivente, á principio coniuncto, in similitudinem naturae. Patitur autem plures, et satis diversas explicationes quaelibet huius definitionis particula. Proinde seorsim eas exponemus. Ac 1º dicitur origo, non actio, quia licet in creatis generatio sit actio, non tamen in divinis, cum ad intra non admittatur actio in Deo. Estque origo terminus universalior.

Viventis à vivente, nam vitalis generatio mediate petit inter principium, et terminum vitalem, quia est exercitium principii vitalis quoad terminum vitalem. Unde 1º ex hoc praecise capite reiicitur á conceptu generationis vitalis quaelibet actio, quae non oritur á principio vitali, qualis est illa, quâ producitur animal ex putrida materia, 2º quae licet proveniat á principio vitali non tendit ad vitalem terminum, ut est actio, quâ vivens producit propriam ubicationem, subsistantiam etc. Praeterea vivens per generationem procedens, debet esse substantiale. Unde non dicitur actus intellectus propriè filius mentis, quamvis metaphoricè vocari soleat mentis conceptus, et foetus. Debet ergo esse suppositum vivens à supposito vivente.

Restant adhuc duo circa praedictas voces notanda. Primum, generationem non inter quaevis viventia versari, sed inter illa solum, quae ratione praedita sunt, si non dicimus, unam plantam esse filiam alterius. Hoc tamen ab omnibus non admittitur, qui censent, eam locutionem nihil absurdi continere,

sed hic est de voce. Secundum est notandum, haec viventia inter quae generatio mediat esse posse viventia in actu primo, vel in actu secundo: quamvis ab aliquibus hoc secundum respuatur. Immerito tamen, quia si Petrus essentialiter esset amor, vel cognitio, non ideo excluderetur a ratione geniti, licet esset vivens in actu secundo: et Filius in divinis est vivens in actu secundo, quia est actualis intellectio, et volitio.

A principio coniuncto. Censent aliqui superfluere hanc particulam, eo quod indemnis persisteret conceptus vitalis generationis eo ipso, et praecise, quod daretur origo viventis a vivente in similitudinem naturae, quamvis non esset a principio coniuncto. Nihilominus alii censent esse necessariam, et hoc inde probant, quod in omnibus generationibus existentibus de facto non solum datur origo viventis a vivente in similitudinem naturae, sed etiam a principio coniuncto. Verum haec ratio forte non multum urget, nam etiam de facto non datur homo sine risibili, nec propterea risibile sit de constitutivo hominis. Aliud non est quid essentialiter exigatur pro constitutivo rei. Aliud vero quid rei de facto conveniat. Quidquid vero de hoc sit, quod non parum de nomine habet.

Explicatur ita communiter ea particula. Quod a supposito generante transmittatur in genitum aliqua portio propriae substantiae, sive maneat eadem, sive non maneat in generante. Quod est omnino pertinens ad conceptum generationis. In Deo quidem manet, nam Pater in se retinet quidquid communicat Filio. In creatis vero non manet, nam illa pars propriae substantiae, quam in filium Pater inducit, desinit esse in Patre. Hinc autem inferunt praedicati [illegible] hoc principium coniunctum esse naturale substantiale, neque posse esse accidentale, quia dum transfertur ad filium, vel manet in Patre, vel non manet; si manet ergo est in duplici subiecto. Si vero non manet? ergo mutatur de subiecto in subiectum. Quod utrumque repugnat accidenti.

Colligunt ulterius, raonem, cur actio, quâ Deus produxit Adamum, non fuerit vitalis generatio licet fuerit viventis à vivente, et fortè cum sufficiente similitudine in natura, quia ult non fuit à principio coniuncto.

Demum ab eisdem authoribus notatur, hoc principium coniunctum esse debere natura sua prolificum, et ordinatum ad assimilandum genitum genitori. tale è semen humanum. Et huius conditionis defectu non fuit generao vitalis, actio, quam Deus ex Adami costa produxit Evam, quae licet fuerit à principio coniuncto cum Adamo, non tamen ordinabatur illud principium ex natura sua ad producendum terminum similem Adamo. Sunt etiam, qui indicent, hoc principium coniunctum non effectivè, sed passivè concurrere tanquam partem materialem, ex qua formetur, et componatur terminus genitus. Alii demum, quamvis effectivum concursum in illo de facto concedant, censent per accidens se habere ad conceptum vitalis generaonis.

In similitudinem naturę quilibet partium propriam exigit explicaonem. Circa similitudinem termini geniti cum principio generante non leviter dissident AA. Censent aliqui sufficere similitudinem intentionalem, qualis è in actu intrinseco vitali, cuius è vitalis expressio, et viva imago ab intrinseco producta. Sed hoc ab aliis reiicitur existimantibus requiri formalem similitudinem, quae stat in eo quod unum extremum sit à parte rei sicut aliud. Verum admissa hac similitudine formali, dubitatur adhuc, quanta debeat esse? non nulli dicunt sufficere convenientiam generi cam in raone communi vitae. Alii contrariam existimant convenientiam, et similitudinem in specie athoma, seu infima. Alii nec tantam similitudinem requirunt, ut sit specifica, nec tam exigua contenti sunt,

ut eis sufficiat conuenientia in aliqua ratione generalissima entis, vel substantiae.

Denique aliqui notant per similitudinem intelligi essentialem identitatem: quia cum similitudo tendat in identitatem, eo perfectior, inquiunt, erit similitudo, quo maior fuerit identitas. Unde perfectior similitudo in natura, seu essentia reperitur inter divinas personas, quam inter Petrum, et Paulum in natura humana, nam hic est per distinctionem, ibi per identitatem in natura. Sed aliquibus displicat hoc notatum, quia censent, propriam similitudinem duorum in aliquo praedicato, non posse stare sine reali multiplicatione in eo praedicato. Quare divinas personas dicunt non esse proprie similes, sed omnino idem in divinitate, vel quovis alio communi praedicato. Haec autem similitudo, ut a pluribus notatur, esse debet in termino genito, ex vi formali ipsius processionis, neque sufficit ex vi materiali.

Iam in explicatione naturae ad generationem requisitae variant etiam Auctores. Aliqui dicunt, per naturam intelligi essentiam, ac proinde terminum, ut ab alio dicatur generari, debere assimilari cum illo in essentia. Alii vero per naturam intelligunt principium motus, et quietis, sive illud sit essentia, sive extra essentiam. Alii contendunt, ea particula denotari modum, quo terminus genitus producitur a suo principio, scilicet more naturae, vel operante modo illo peculiari, et proprio, quem natura universaliter servat. Quod ad hunc unusquisque pro suo captu, et lubito explicat.

Etenim aliqui dicunt, eum terminum procedere more naturae, qui procedit a principio naturali, qui vero procedit a principio voluntario, seu libero, non procederet more naturae, sed more voluntatis. Unde colligunt, Tertiam Trinitatis personam procedentem per intellectum, quia facultas est naturalis procedere a principio operante more naturae,

3am ẽ procedentem per voluntatem, quae facultas ẽ libera, et voluntaria, n̄ procedere a p̃rio operante more naturae, sed more voluntatis. Unde tandem inferunt, 2am, et n̄ 3am ẽẽ filium. Alii vero censent, eum tantum procedere more naturae, qui procedit ab unico p̃rio, qui vero procedit a duobus, ut ab unico, n̄ procederet more naturae. Quod ideo sic explicant, ut appareat, cur 2a persona trinitatis, et n̄ 3a sit filius. Quid ẽẽ hac oĩa sentiamus, ex totius disputaõis cursu liquebit. Modo vero solum notetur, praedictam defiõnem ore tenus ab oĩbus admitti, sed in re tot ẽẽ defiões, quot explicaões illi dantur.

Propria sententia statuitur. cap. 2.

Semper mihi praeceteris placuit opinio recentiorum a RR ex cogitata, et nobis saltem raonum pondere locupletata, quae docet, ideo 2am, et n̄ 3am personam ẽẽ filium, q̃ licet utraque sit vivens a vivente p̃rio coniuncto, n̄ tn̄ in similitudinem Naturae, eo quod sola 2a persona p̃dita sit in natura propriè accepta. Sic Pr Suarius de trinitate, lib. 2 6, R 2a dubio 2o. Pr Hurtado 3a parte lib. 63, sect. 5, subsect. 12 paragrafo 1o 8, qui pro se referunt Ricardum de S. Victore, Bonaventuram, Alexandrum Alensem, et alios ex antiquis. Licet autem absolute mihi placeat haec opinio, n̄ nulla tn̄ in modo eam defendendi displicent, quae deinceps notabimus.

Pro

huius sententiae explicatione notandum ẽ, inter plures alias acceptiones, de quibus PP Conimbricenses lib. 2o Phicorum q. 1a articulo 1o duas praecipue subire hoc nomen Natura; nam accipitur 1o pro Essentia, et quidditate rei, iuxta quam acceptionem frequenter dicimus, legitimam defiõnem explicare naturam, hoc ẽ quidditatem, et essam rei. 2o sumitur pro

principio immanentis operationis, sub quâ usurpatione sic accepit, et definivit eam Aristoteles: est principium, et causa, ut id moveatur, et quiescat, in quo primo, et per se, et non secundum accidens inest. Quod clarioribus terminis ita vertunt interpretes: est principium et causa motus, et quietis, eius in quo est primo, et per se, et non secundum accidens.

Notandum vero est, ex his acceptionibus solam 2am esse rigidam, et propriam, ut expressé docuit S. Thomas 1a parte, q. 36, articulo 2° ad 3um per hec verba: natura designat principium actus, essentia vero ab essendo dicitur; possunt dici aliqua unius naturę, quę conveniunt in aliquo actu, sed unius essentię dici non possunt, nisi quorum est unum esse. Et ideó magis exprimitur unitas divina, per hoc, quod dicitur, quod tres personę sunt unius essentię, quam si diceretur, quod sunt unius naturę. et q. 42 articulo 5 ad 4um inquit: dicendum, quod natura quodammodo importat rationem principii, non autem essentiam: ergo natura secundum divum Thomam semper est ad operationem, essentia vero abstrahit ab operatione.

Fateor vocem Natura promiscué usurpari, iam pro substantia principio operationis immanentis, iam pro essentia, et quidditate rei, sive operativa sit operationis immanentis, sive non sit. Hoc autem inde provenit, quia frequenter essentia solet esse immanenter operativa, et e contra principium immanenter operativum solet esse essentiale. Nihilominus tamen, ut ex D. Thoma constat, Natura proprié loquendo non stat, nisi pro principio immanenter operativo. Quod etiam ex Aristotele liquet, dum naturam definivit esse principium, et causam motus, et quietis eius in quo est.

Obiicies: quod Aristoteles hic non tam definit naturam in communi prout abstrahit á divina et creata, quam naturam creatam cum suis imperfectionibus, ideo dixit naturam esse principium, et causam

motus, et quietis, nam ēē causam, et subire motum, ē imperfectio frequenter existens in creaturis, et oio repugnans Deo. Quod si sic definire velli naturam, ut abstrahit à divina, et creata, dic ēē prīum radicale, et substale operaonis immanentis: & in definitione generaonis substalis, et vitalis, quam explicuimus, debet accipi vox natura sub hac acceptione 2a, vlt pro substali prio immanenter operativo, q hoc ē proprissima illius vocis acceptio.

Ex hoc prio facile deducitr, processionem 2e personę ēē generaonem. Probo, q generatio nihil ē aliud, qm origo viventis à vivente à prio coniuncto in similitudinem Naturę; sed processio 2e personę ē origo viventis à vivente à prio coniuncto in similitudinem naturę: & ē generatio. Probo morem; ē origo 2e personę à 1a. & ē origo viventis à vivente. Rursus ē à prio coniuncto; q eadem Ēssa cum suis attributis, et proprietatibus existentibus in persona producente transmittitr in productam. Ac demum ē in similitudinem naturę, q sicut 1a persona habet vim immanenter operativam, ita 2a. Cum in utraque reperiatr substale, radicale prīum spiritale, quibus ē immanenter productus.

Confro, proponendo raonem discriminis, cur processio Spiritus Sti nō sit generatio, q licet sit origo viventis à vivente à prio coniuncto, et quod cum 2a persona cōvenit, nō tn ē in similitudinem Naturę. q Spiritus Stus ē similis in natura cum Patre, l filio, à quibus producitr eo quod in se nō habeat virtutem immanenter operativam cum ad intra nihil producere valeat, quod si Patres frequenter docent, tres personas ēē consubstales, et eiusdem naturę tunc usurpant talē naturam pro divinitate, l Essa. Subquo

sensu fatemur eiusdem esse naturae. Si vero stricte loquamur accipiendo naturam sub propriissima eius significatione, dicendum est, non omnes personas eiusdem esse naturae, quia non sunt eiusdem virtutis immanenter operativae.

Praeterea sic argumentor: sicut intellectio est similitudo, sic amor est unitas: sed intellectio, quia explicite est similitudo, et implicite claudit naturam, dicitur a te similitudo naturalis: ergo quia amor est explicite unitas, et implicite claudit naturam, erit unitas, et identitas naturalis: ergo Spiritus Sanctus, cui formaliter communicatur a Patre divinus amor, erit unus, et idem in natura cum Patre, consequenter ergo filius. Neque respondere valet, amorem non constituere amantem unum, cum amato, quoad identitatem, sed quoad affectum. Contra namque est, quia sicut intellectio licet ex se non sit propria, sed intentionalis obiecti similitudo, tamen in Deo crescit usque ad gradum similitudinis naturalis ob inclusionem naturae divinae, sic amor, licet ex se non sit unitas, nisi per affectum, ob inclusionem tamen naturae divinae, quam in Deo habet, erit unitas, et identitas naturalis, vel quoad naturam.

Ultimo sic arguo. Divinus amor habet formaliter, et explicite similitudinem cum natura Patris. Atqui claudit implicite naturam: ergo habet similitudinem naturalem. Unde cum formaliter communicetur Spiritui Sancto, constituet illum similem in natura cum Patre, proinde ergo filium. Maior probatur, quia divinus amor formaliter, et explicite habet esse situm, esse substantiam, et alia plura, per quae convenit cum natura divina. Dices, eam similitudinem non esse specificam. Contra, nam etiam intellectio non habet explicite similitudinem, et convenientiam, sed potius differentiam specificam a natura divina: et tamen ob naturam inclusam dicitur habere similitudinem naturalem, sufficientem ad constituendum filium: ergo similiter in amore.

Duplex alter opinandi modus refellitur. Cap. 10.

Primus est, quem Pater Albertinus excogitavit t. 1. q. 8. § 14 theologica

de relatione, dubio 2, difficultate 2. Cui non nulli RR. acquiescunt. 1o d, ideo 2am personam, et non 3am esse filium, quia 2e coicatur formaliter essentia divina per modum speciei, non vero 3e. Quod ita declaratur. Essentia divina gerit munus speciei fecundans, et ultimo complens, tum intellectum divinum, in ordine ad cognitionem, tum etiam primum proximum 2e personae, seu divini Verbi. Debet autem Verbo coicari vi suae processionis proximum sui primum in actu 1o completum. Unde necessarium est, ut illi coicetur essentia divina per modum speciei, siquidem ea complet primum proximum Verbi sub ratione talis. Ad productionem vero Spiritus S., quae fit per voluntatem, non requiritur ex parte principii species, et consequenter illam non accipit Spiritus S. vi suae processionis. En appertum discrimen, vi cuius in sententia horum authorum 2a persona filius evadit, et non 3a.

Pluribus et merito displicuit haec opinio, quam ita refello 1: nam essentia per modum speciei vel addit aliquid ultra conceptum essentiae, vel nihil addit? si aliquid addit, illud erit omnino superfluum et per accidens ad conceptum filii, qui solum exigit eandem essentiam, seu naturam cum Patre, ut satis constat, tum ex generationis definitione, tum ex creatis generationibus, per quas nihil aliud filio coicatur, quam eadem in specie natura cum Patre. Si vero dicas nihil addere est contra, nam tota, et adaequata essentia coicatur Spiritui S., ut ex dictis, et ex dicendis est mihi certum: ergo si Verbum ob istam coicationem est filius, erit etiam Spiritus Sanctus.

Refello 2, nam ex eo quod essentia per modum speciei compleat, et quasi fecundet primum proximum Verbi non sequitur, illam debere coicari Verbo: nam in genere loquendo non opus est, quod primum proximum Verbi coicetur Verbo: species non

creata 2º hos authores ultimò compleat, et quasi fecundat principium proximum Verbi mentalis, quin tamen ea coincetur mentaliter Verbo. Sicut neque comunicatur intellectioni creatæ, quamvis ultimò compleat eius principium, quod est intellectus. Neque visioni beatæ comunicatur essentia divina, quamvis per modum speciei concurrat cum intellectu ad eius productionem. Imo plures docent, per ipsam visionem formaliter, ut ab intellectu productam formari Verbum, quod propterea comunicatur illi divina essentia per modum speciei concurrens.

Refellitur, quia neque essentia divina, nec ullum aliud prædicatum Dei propriè loquendo gerit munus speciei, ut in Materia de Scientia docui. Quod si daremus, essentiam habere munus speciei, non esset in ordine ad Verbum, sed in ordine ad intellectionem. Unde fecundaret intellectum ad cognoscendum, non verò fecundaret principium proximum Verbi. Demum usque ad huc difficultas explicandum quid sit essentia per modum speciei, quamvis ab authoribus non semel usurpetur iste loquendi modus.

Dicunt, Deo 2am personam, et non 3am esse filium, quia 2a, et non 3a comunicatur ex vi formali suæ processionis essentia divina, quæ consistit, vel in sola intellectione, vel in solo intellectivo, vel in coniuncto, quod resultat ex utroque; secluso quovis alio. Convenit igitur inter hos 1º primò, quod integer essentiæ divinæ conceptus ex vi formali comunicetur 2o, et non 3æ personæ. 2º quod talis conceptus essentiæ divinæ nihil includat, quod ad aliquidam intellectus non pertineat. 3º 2am personam evadere filium propter hanc comunicationem, et ex illius defectu 3am non esse filium. At in assignando prædicato pertinente ad intellectum, in quo formalissimè consistat essentiæ discrepant.

Pluribus tamen ex capitibus displicet hæc sententia: 1º quia sustulit ab essentiæ constitutivo prædicata, quæ pertinent ad lineam voluntatis, cum tamen volitivum saltem radicale

constituat illam. 2º, q negat Spiritum S. coicari vi spiratissima processionis naturam divam; cuius oppositum ē docuimus q. 1a huius tractatus, cap. 7. Demum q. licet realiter solum coicaretur Spiritui S. natura, quae spiraliter coicatur Verbo, n̄ inde sequeretur Spiritum S. absolute n̄ ēē filium; sed n̄ ēē filium ex vi spirati; nam ea ratione, quā coicatur illi natura, filius ē: ergo si realiter coicatur, realiter ē filius.

Hanc ultimam impugnationem, quae mihi semper efficacissima fuit, explico magis, et confirmo. Nam ea ratione, quā definitio convenit rei, convenit definitum; sed ex hanc sententiam definitio filii convenit realiter, et ex parte obiti Spiritui S.: ergo convenit illi realiter, et ex parte obiti ēē filium. Minor probatur; nam definitio filii tantum petit similitudinem in natura cum Patre, quae sane realiter, et ex parte obiti reperitur in Spiritu S., cum ei coicetur realiter, et ex parte obiti eadem natura Patris.

Confirmo praeterea. Nam quod ex vi materiali coicetur Deitas Spiritui S. n̄ tollit, quod absolute sit Deus: ergo neque tollet, quod absolute sit filius. Probo consequentiam: q. n̄ minus requiritur Deitas, ut aliqua persona sit Deus, quam similitudo in natura, ut sit filius. Nec minus Deitas ē quasi forma, per quam persona constituitur Deus, quam similitudo in natura ē forma, per quam constituitur in ratione filii: ergo si n̄ obstante coicatione materiali Deitatis, evadit Spiritus S. absolute Deus, n̄ obstante eadem coicatione materiali similitudinis in natura, filius evadet: quandoquidem similitudo in natura provenit formaliter ex coicatione Deitatis.

An conceptus filii distinguatur

a conceptu Verbi? §. 5.

Relatis sententiis eligitur vera responsio.

In 2a trinitatis persona concurrit, et ratio filii, et ratio Verbi, sicut iam ex dictis constat. Unde colligitur utramque rationem non distingui, sed potius identificari realiter: quia omnia praedicata, quae sunt in qualibet persona, habent inter se realem identitatem. Inquirimus ergo num illi conceptus, seu rationes formales filii, et Verbi subeant aliquod aliud distinctionis genus?

Multiplex est sententia. 1a docet, eos conceptus in se nullam omnino distinctionem importare, quamvis illos diversis nominibus explicemus. Ita Magister Cornejo 1a parte tractatu 1o circa quaestionem 27 Sancti Thomae cui subscribere debent, qui iudicant, ideo 2am personam esse filium quia formaliter accipit 1am, quae consistit in intellectione propriissime. 2a sententia tenet, ex parte obiecti reperiri genus aliquod distinctionis inter eos conceptus, quamvis in particulari non explicet, qualis sit ea distinctio. Sic P. Meratius 1a parte, tractatu de Deo disputatione 50. sect. 5. paragrapho ultimo cum aliis. 3a sententia tuetur, in relatione personali 2ae personae distingui duas formalitates, ex quibus integratur ea relatio, per quarum unam constituitur 2a persona in ratione filii, per aliam in ratione Verbi. Notat vero quod eiusmodi formalitates ad invicem se includunt implicite. Sic P. Montoya disputatione 58 de trinitate, sect. 3. Demum 4 sententia propugnat, utrumque conceptum constitui per aliquid absolutum, et aliquid relativum, et in absoluto distingui, non in relativo. Sic aliqui iuniores.

Facillime constabit utriusque conceptus discrimen, si semel constet per quid uterque formaliter

constituatur. Conceptus Verbi praecise dicit intellectionem communem, et personalem relationem 2ae personae. Conceptus vero filii non dicit intellectionem, sed activam spirationem, et si vellis, formalitatem de linea voluntatis, quae et essentiam divinam simul cum eadem 2ae personae relatione. Constant ex dictis haec omnia. Unde colligitur eo modo distinguendos praedictos conceptus filii, et Verbi, quo distinguuntur haec formalitates. nam constituta non aliter distinguuntur, nisi ea ratione qua distinguuntur constitutiva, ut evidens est.

Quoniam cum intellectio saltem per intrinsecum distinguatur ab activa spiratione, a voluntate, nec non, et ab essentia divina, sequitur aperte, Verbum, et filium distingui saltem per intrinsecum, si considerentur secundum absolutas formalitates. Rursus. Cum intellectio 2a superius dicta virtualiter distinguatur ab activa spiratione, deducitur manifeste, filium et Verbum ea parte distingui virtualiter inter se, qua filius dicit activam spirationem, qua Verbum careret. Unde colligitur in eo formaliter distingui etiam distinctione praecisiva ex parte obiecti, cum eiusmodi distinctio semper detur in iis extremis, inter quae reperitur distinctio virtualis, ut statuimus tractatu 3, q. 9. Haec de conceptu filii, et Verbi, quae dicunt absolutas formalitates. Maior difficultas est relativa; num scilicet in ea relatione personali 2ae personae distinguibilis sit, et de facto distinguatur virtualiter aut per intrinsecum duplex formalitas, una constituens filium, et altera Verbum?

Dico non esse praescindibiles virtualiter duas formalitates, esse vero praescindibiles per intrinsecum. Probatur 1a pars. Nam inter formalitates, quae constituunt unam relationem personalem non reperitur distinctio virtualis, ut tractatu 3 q. 4

Ioqui. Confirmo, nam sicut eadem subsistentia divini Verbi sine ulla prorsus distinctione virtuali trahit naturam divinam, et humanam, sic eadem virtualiter subsistentia trahit intellectionem, et spirationem. Item, sicut ea subsistentia cum natura divina constituit Deum, et cum natura humana hominem, ita cum intellectione constituit Verbum, et cum spiratione Filium. Unde sicut ob hanc personalitatis identitatem est vera haec propositio homo est Deus, et Deus est homo, ita haec est vera Verbum est Filius, et Filius est Verbum, non solum in sensu reali, sed etiam virtualiter; nam eiusmodi praedicationes solent esse personales idest, quae desumuntur ex personalitate, quae igitur ibi solet in recto importari. Et in hoc sensu capio illud divi Augustini 7 de Trinitate cap. 2 eo Filius, quo Verbum, et eo Verbum, quo Filius idest: eadem virtualiter relatione personali, qua Filius constituitur in ratione Filii, constituitur etiam Verbum in ratione Verbi, et econtra.

Probatur 2a pars, nam illa eadem personalitas 2ae personae realiter, et virtualiter insepitilis, quae constituit Verbum connotat intellectionem, et refertur ad Patrem, ut dicentem, et loquentem, at ut Filium constituit, connotat naturam hoc est, activam spirationem, per quam ultimo Filius constituitur in ratione talis; et refertur ad Patrem, ut generantem: ergo ibi praescindibiles per intellectum duae formalitates, ex quarum una Verbum resultat, ex alia vero Filius. Patet, quia diversitas connotatorum arguit distinctionem rationis inter praedicata rei connotantis.

Obiectionibus respondetur. Cap. 2

Prima obiectio: Filius divinus procedit per intellectum, ut ex communi Patrum et Theologorum constat: ergo Verbum est. Patet quia per intellectum nihil procedit, quod Verbum non sit. Unde male diximus, inter se distingui

raonem filii, et raonem Verbi.

Resp. dist. ant. filius divus quâ praecisse filius procedit per intrum, nego. Quâ Verbum, concedo. Nam veri id solum filius procedit, quod in formalissimo filii conceptu claudit; sed non claudit intrum; ergo non procedit per intrum. Et licet eadem persona sit filius, et Verbum, ex parte quae persona filiationis non datur duplex virtualiter formalitas, altera constituens filium, et altera Verbum, attamen datur duplex formalitas per intrum, et ex parte spirationis activae, quâ constituitur filius in esse talis, datur distio virtualis ab intellectionis per quam constituitur Verbum in esse Verbi. Eadem ergo persona filius est, et Verbum, licet ex diversis conceptibus, sicut eadem persona Christi Deus esset homo, licet ex naturis diversis non solum virtualiter, aut per intrum, sed etiam realiter.

2a. obiectio: Verbum, quâ praecisse Verbum, est Deus, sed Deus, quâ praecisse Deus claudit naturam; ergo Verbum, quâ praecisse Verbum claudit naram; sed natura constituit filium: ergo Verbum, quâ praecisse Verbum includit filium; ergo non distinguuntur intra se conceptus Verbi, et filii.

Resp. dist. maiorem. Verbum, quâ praecisse Verbum est Deus, id est aliquid divum, et debitum Deo, concedo; id est includens formalissimè Deitatem, seu naram divam, nego. Filius vero claudit formalissime naram divam, hoc est activam spirationem, et si vellis etiam Deitatem. Ita ergo realiter Verbum est Deus, et est filius: at formalissime loquendo Verbum non est Deitas, nec eius natura, quam tamen formalissimè claudit filius.

2a. obiectio: si ratio filii, et ratio Verbi

formalissime distinguerentur, non posset enuntiari formalissima praedicatione de filio, quod esset Verbum, nec de Verbo, quod esset filius: hoc est falsum: ergo etc. Maior patet, nam ea ratione qua distinguuntur extrema, nequeunt ad invicem enuntiari. Respondetur, concesa maiori, nego minorem, quia filius, et Verbum solum realiter, et identice possunt enuntiari, non vero formaliter. Ratio est, quia realiter identificantur, et formaliter distinguuntur.

Obiectio 4: relatio Verbi non est formalissima ad generantem, sed ad dicentem; econtra vero filii relatio non est formaliter ad dicentem, sed ad generantem: ergo dista est una, et altera relatio. Confirmatur, quia potest intelligi una ex his relationibus sine alia: ergo distinguuntur. Confirmatur praeterea, quia relativa subsistentia Verbi non est personalitas, at relativa subsistentia filii personalitas est: ergo non est eadem utriusque personalitas relativa seu relatio.

Respondetur, haec omnia solum probare distinctionem rationis penes connotata, non vero distinctionem virtualem inter unam, et aliam relationem. etenim eadem virtualiter relatio est ad generantem, et dicentem, est personalitas ut filii, quia Deitatem includit, non autem est personalitas ut intellectionis, quam praecisse Verbum involvit.

Ultima obiectio. Si non daretur in 2a persona ratio filii, destrueretur ratio Verbi, et econtra si non daretur ratio Verbi, destrueretur ratio filii: ergo Verbum dicit esse filium, et filium esse Verbum. Respondetur, via connexionis esse destruendos illos conceptus, non via constitutionis, quia nulla potentia separari possunt. Ex quo minime fit, unum esse constitutivum alterius.

An et quatenus 2a persona sit imago Dei.

Explicatur … Cap. 1um.

1o praemitti debet, duo saltem esse necessaria pro conceptu verae et propriae imaginis. 1um, quod procedat ab eo, cuius est imago. 2um, quod similitudinem habeat cum illo, cuius est imago. Sic universi PP. Ecclesiae, et Scholastici, quorum apud P. Montoya videndi d. 94 de trinit. Sed oportet altius expendere haec duo.

Et inprimis esse necessarium ad imaginis conceptum, quod procedat ab eo cuius est imago, nequit dubitari, cum ex solo huius conditionis defectu, plura licet habeant omnimodam similitudinem cum aliis, non sunt imagines illorum, quia non ab eis procedunt. Ut patet in Patre creato, qui non est minus similis filio, quam filius Patri; nec tamen est imago filii, cum filius sit imago Patris, eo quod filius a Patre procedat, non vero Pater a filio. Sufficiet autem, quod haec processio sit mediata. Unde ergo 1. ex huius conditionis defectu Pater in divinis non est imago filii, vel Spiritus S., quia nec a filio, nec a Spiritu S. producitur. Fit etiam inde, nullam ex divinis personis imaginem esse totius trinitatis, quia nulla producitur a tota trinitate. Ex quo demum infertur, rationem imaginis non esse communem omnibus divinis personis.

Nec minus debet esse certum, imaginem exigere similitudinem cum eo, cuius est imago: nam licet plura procedant ex aliis non sunt imagines illorum, eo quod praedicta similitudine careant. Ut patet in omnibus effectibus, qui producuntur a causis aequivocis, quorum imagines non sunt ob defectum similitudinis. At filius creatus est imago

sui Patris eo quod non solum producatur a Patre, sed cum eo similitudinem habeat. Consistit autem haec similitudo, si proprie loquamur, in eo quod imago sit realiter, sicut est id, cuius dicitur imago. Vel ut ab aliis explicatur, in reali et formali unitate, seu convenientia sub aliquo gradu.

Hinc eruitur imaginis definitio: est similitudo producta, vel expressa ab eo cuius est imago. Cuius explicatio patet ex dictis. Et licet PP. Vasq., et Suniga contendant in definitione ponendam vocem istam ad repraesentandum per quam denotetur finis, et intentio producentis imaginem, quae solum est ab imagine repraesentari; tamen id omnino superfluunt, imo ... quia non requiritur imaginem a suo principio produci cum ea intentione, quod sit eius repraesentatio, vel si forte requiritur, ea intentio solum erit naturalis, et non elicita, qualis primum intendens assimilare sibi alterum, eo ipso censetur intendere, quod sit eius repraesentatio. Demus enim Patrem in creatis non intendere per actum elicitum repraesentari a filio. Adhuc filius erit imago Patris: non quia requiritur, sed superfluit haec intentio elicita, et adsummum naturalis, et innata erit necessaria. Quare communi definitioni standum est. Videatur P. Martinus Perez d. 15 de Trinitate sect. 1a, qui levissime horum PP. fundamenta diluit.

2o praemitti debet, propriam imaginem esse duplicem, alteram naturalem, et essentialem aliam, et quamvis utraque conveniat in ratione propriae similitudinis cum eo cuius est imago, tamen gradum ubi exercetur similitudo, valde diversum est in una, ac in alia: nam imago naturalis affert similitudinem naturalem, sive in natura; imago vero essentialis involvit similitudinem essentialem, seu in essentia. Valde vero differunt inter se natura, et essentia, et in rebus creatis, ac divinis separari possunt, ut ex dictis constat.

Vltra nalem s[ilitudinem], et essalem, datr alia duplex imago, Vt artifisialis, et intentionalis. Vtraq nimis impropie dicitr imago, q[ui]a n[on] affert silitudinem realem, sed s[ecundu]m q[uo]d cum imaginato: nam artifitialis cum eo solum convenit in externa figura, n[on] in aliquo grado spesifico, l[e]t numerico. Videatr P. Montoya D. 44 de trate sect 1. Intentionalis etiam n[on] e[st] realitr, sicut obtum, cuius dicitr imago, q[ui]a perse loquendo n[on] habet cum illo spesificam 9venientiam. Hęc autem intentionalis imago duplex ad huc e[st] Vt species, et cognitio. Species nos ducit efectivè, seu in actu 1o in cognem obti. Cognitio v[er]o formalitr, et in actu 2. Videatr P. Martinus Peres citatus.

Decidit[u]r quęstio cap. 2.

Pro decisione presentis difficultatis duo discutienda s[un]t 1um an 2a trinitatis persona sit imago? 2um, an ratio imaginis sit notionalis et propria 2ę personę? Statuo 1o. 2a trinitatis persona e[st] imago nalis, essalis, et intentionalis, n[on] autem artificialis r[ati]o[n]e 1ę personę. Hęc ultima pars e[st] evidens. Triplex alia simul probatr. Nam 2a persona trinitatis e[st] silitudo nalis, essalis, et intentionalis, producta, l[e]t expressa à Patre: ergo e[st] imago nalis, essalis, et intentionalis r[ati]o[n]e Patris. Co[nsequenti]a patet. Ans ostenditr, q[ui]a 2a persona trinitatis prod[u]citr à Patre. Rursus e[st] illi[u]s silis in n[atu]ra sive in p[ri]mo immanentr operativo, quod e[st] activa spiratio, necnon in Essa Divina, quę formalitr, et ex vi processionis ei co[mmun]icatr. Ac demum intentionalitr, et cognoscitivè, quatus e[st] Verbum à Patre productum, et ex vi cognis referens ipsum Patrem.

Sed nota, quod cum 2a persona n[on] solum

assimiletur Patri non in essa, sed in quovis etiam absoluto
grato, non solum habet ratnem imaginis essalis, hoc est secundum
essam, sed secundum quodvis etiam gratum absolutum vir Patris:
nam ideo est imago Patris in essa, quia habet eandem essam
cum Patre; sed etiam habet eandem Omnipotiam, intellum,
voluntatem etc.; ergo est imago Patris in Omnipotia, intellu,
voluntate etc.

Dices: imago petit similitudinem cum illo
cuius est imago. Sed 3a persona non habet similitudinem cum Patre:
ergo non est imago Patris. Minor probatur, quia neque similitudinem habet
cum Patre in relativo, neque in absoluto: non in relativo, ut
evidens est. Non in absoluto, quia in absoluto habet identitatem
non similitudinem. Propter hoc argumentum existimavit
Durandus in 1o distinctione 28 quaestione 3 ratnem imaginis pro-
prie non convenire divis personis. Verum ex dictis a nobis
tractatu 4 quaestione 6. cap. 1 constat, inter divas personas reperiri
saltem methaphysicam similitudinem, quae compatitur, imo
petit identitatem in eo grato, in quo exercet similitudo,
dummodo extrema, quae denominantur similia, realiter distin-
guantur. Haec quoque similitudo sufficiens est ad imaginem, quae
solum exigit convenientiam cum eo, cuius est imago, pros-
cindentem quidem a distinctione, vel identitate.

Statuo 2:
conceptus imaginis nalis est notionalis, et proprius 2ae per-
sonae: conceptus autem imaginis essalis est cois Spiritui Sto.
Probatur 1a pars, quia Spiritus Stus non habet conceptum nalem, eo
quod nullam vim habeat ad immanenter operandum:
ergo non est similis in natura cum Patre, vel filio: ergo non est imago
nalis vel Patris, vel filii: ergo conceptus imaginis nalis,
qui reperitur in filio, notionalis, et sibi proprius est.

Immo

Imo propter hanc similitudinem precipue dicitur Filius absolute, et simpliciter imago Patris, quam per illam ultimo constituitur in ratione Filii. Sicut iam diximus.

Probatur

2a pars. Quia Spiritus Sanctus habet similitudinem in essa, quam formaliter et vi processionis accipit communicatam a Patre, et Filio: ergo est essentialis imago Patris, et Filii. Non tamen ratio imaginis essentialis, quam Filius habet respectu Patris, est illi notionalis, et ita propria, ut alteri personae non conveniat.

Maior

difficultas est, an conceptus imaginis intentionalis propriissimi sit 2ae personae, vel communis cum 3a. Communiter Theologi affirmant esse notionalem, et proprium 2ae personae, sicut est illi notionalis, et proprius Verbi conceptus. Mihi vero difficilis est haec resolutio, nam intentionalis imago non est dependens a conceptu Verbi: si non detur cognitio producta ab obiecto, vel immediate, vel media sui specie, quamvis non sit Verbum erit imago obiecti: ergo licet Spiritus Sanctus non sit Verbum, esse poterit intentionalis imago.

Alii vero movent[ur] inde, quod 2ae personae formaliter communicetur intellectio, non vero 3ae. Sed neque haec ratio placet, nam ad summum probat Spiritum Sanctum ex vi formali non esse imaginem, sicut est Filius, at non probat, quod saltem materialiter, et realiter non sit imago, siquidem realiter habet intellectionem sibi communicatam. Et confirmo, quia plures dicunt, essam communicari per tum materialiter est identice Spiritui S., qui propterea illum excludant a ratione imaginis essentialis.

Propter haec et alia, quae praetereo non renuerem admittere, 3am personam absolute, et simpliciter esse imaginem intentionalem Patris, et Filii

q̃ ab utroq̃ producitr, et utrunq̃ vespræt. Unde conceptus imaginis intentionalis in hoc sensu n̄ ē proprius 2æ per- sonæ. Sed advertas, 2am personam ex vi processionis, et per modum Verbi habere 9ceptum prædictæ imaginis. In quo sensu n̄ 9venit 3æ personæ, q̃ hæc neq̃ formalitr accipit intellectio- nem, neq̃ realitr ē Verbum. De 3a persona Spiritus S. tractus 7. An Spiritus S ipse procedat á Patre, et filio? C.o 1a. Statuitr affrativa senta. Cap. Lum.

Tractactus 7. De 3a persona Spiritus S.

An Spiritus S. perse procedat á Patre, et filio? C.o 1a.

Statuitr affrativa senta. Cap. 1.

Hæc difficultas supponit, quod á nobis statutum manet tractu 5 q. 9. L cap. 3. & 14 Spiritum S reipsa procedere á Patre, et filio. Hoc q̃ supposito rogat, an hæc processio sit perse? id. ē: an Spiritus S ideo procedat á Patre, et filio, q̃ petit ex notionali sua perfectione ab utroq̃ procedere? an vo peraccidens illi sit ea processio? nam ipse contingit, 2um á duplici p̃rio procedere, qn ex se petat ab utroq̃ procedere, eo, quod sufficiat illi processio ab unico p̃rio.

Cc̃a hanc dif- ficultatem ē duplex senta. 1a negat, Spiritum S procedere perse, sed p accidens ab utraq̃ persona, q̃ et addit, ipsam Spiraonem activam, licet, ut existat, perse petat duplex suppositum, attamen, ut spiret, et producat Spiritum S

n̄ exigere utrumq; nam q. qué bené operaretr, si daretr in unico prçissé. Sic Scotus in 1o distione 12, q 1. quem sequuntr oës Scotistç. Et ex nostris P. Molina q 36. arculo 4 C. 5. 2a senta coior affrat Spiritum S. perse petere duplex suppositum, ut producatr, ita quod utroq; per impole n̄ existente, n̄ produceretr. Ita S. Thomas cum thomistis 1a parte q 36, arculo 4 ad 1um. Et in 1o distione 11 arculo 2o corpore. Et hanc defendunt coitr nostri ll. apud Pm Suniga de trate C. 2a dubio 4.

Hanc 2am sentam iudico verissimam. Sed ante probationem illius adverto, sermonem hic ēē de isto Spiritu S. qui defacto datr, n̄ de alio prorsus repugnante, vl de Spiritu S in coi, ut aliqui loquuntr. Nam rogamus, an huic Spiritui S. qui defacto datr, et eo modo, quó datr, sit p accidens, vl per se petitum, ab utroq; supposito Patris, et Filii procedere? Loquimur etiam de hoc Patre, et Filio nunc existentibus, et ea raone quá existunt.

Iam vo probari coissimé solet iacta resolutio, ex eo quod Spiritus S perse petat ēē perfectissimum amorem, et coentr amorem mutum intr Patrem, et Filium, nam amor iste perfectissimus ē, q. vl in eo fratissimé consistit amicitia, vl proprius ad amicitiam accedit. Vnde divus thomas hic arculo 4 ad 1um ait, procedere Spiritum S ut amorem, unitivum duorum. Et S. Augustinus inquit, Spiritum ēē, quó genitus á genitore diligitr, suumq; diligit genitorem; et ideó procedere, ut mutuum amorem Patris et Filii. Ricardus etiam 3o de trate cap. 7. et sequentibus frequentr inculcat, Spiritum S procedere, ut amorem amicitiç, et concordiç intr plures. Hinc go theologi

ducunt, Spiritum S. perse petere duo supposita Patris, et Filii, quia cum perse petat actū mutuum amorem inter hæc duo, petit consequenter illa duo, sine quibus subsistere nequit mutuus amor inter illa.

Semper tamen suspecta mihi fuit hæc ratio. Quia si bene perpendatur, ad summum probat, Spiritum S. per se petere duo supposita, ut obiectum amoris mutui, non ut principium suæ processionis. Etenim Spiritus S. etiam petit amorem sui, neque tamen inde sequitur, quod se petat ut principium, sed ut obiectum: ergo ex eo quod petat amorem mutuum inter Patrem, et Filium, ad summum infertur, petere Patrem, et Filium, ut obiectum. Plures item censent, Spiritum S. petere per se amorem possibilium, imo et ipsa possibilia, neque tamen illa petit, ut principium, sed ut obiectum. Præterquam quod exigentia talis est notissimum, et evidens, amoris exigentiam præcise habere annexam exigentiam sui obiecti, quà obiecti, non quà principii. Constet ergo prædictam rationem, licet inter authores valde communem, esse satis infirmam.

Forte vero dices. Si Spiritus S. procedit, ut nexus, et amor mutuus inter Patrem, et Filium: ergo pendet à Patre, et Filio. Sed contra, quia non dubito, Spiritum S. à Patre, et Filio pendere, quatenus in re dari nequit absque reali existentia utriusque: cum enim Spiritus S., ut modo supponitur, exigat amorem, quo Pater diligit Filium, et quo Filius diligit Patrem, opus est, quod petat Patrem, et Filium, sine quibus dari nequit ille reciprocus amor. At inde non inferri contendo, Spiritum S. exigere Patrem, et Filium, ut sui principium, sed ut sui amoris obiectum. Sicut ex eo quod Spiritus S. exigat illum amorem, quo se diligit, vel quo diligit possibilia, non infertur exigere seipsum, vel ipsa possibilia, tanquam principium, sed tanquam obiectum. Unde fateor, Spiritum S. ipse pendere à Patre, et Filio. Non

tn adhuc ostenditr ab utroq pendere tanqm a prio.
Cca quod e quertio.

Dices praeterea. Quod Spiritus S. sit amor mutuus intr Patrem, et Filium e, quod Pater amet Filium in Spiritu S., qnatus istum producit, qui fratitr e amor Patris ad Filium. Et silitr, quod Filius amat Patrem in eodem Spiritu S., qnatus istum producat, qui fratitr e amor Filii ca Patrem. Sed contra. Nam hec e egregia petitio prii. Sicut n. dubitamus, an Spiritus S. petat Patrem, et Filium, ut prium, ita dubitamus, an in eo sensu petat ca mutum amorem intr Patrem, et Filium. Item hec explicatio violenta prorsus e, et solum ad intentum extorquendum inventa. Qa sicut Spiritum S. ca fratitr amorem nri, l creaturarum, n e aliud qm exigere, quod sibi coicetr amor ad hec obta, sic ca mutuum amorem intr Patrem, et Filium, n e aliud, qm exigere, quod ipsi coicetr amor Patris ad Filium, et Filii ca Patrem. Adhuc qd sit, an vterq per se, vel per accidens, l nullo modo concurrat ad productionem sui.

Dices ulterius: Spiritus S. petit amorem oium obtorum, que nario Deus amat: sed Deus amat nario Spiraonem activam, n utcunq, sed qnatus e spirativa virtus, et actualis spiratio activa residens per identitatem in Patre, et Filio: q Spiritus S. petit amorem activae spiraonis, ut identificatae cum utraq persona, et ut e virtus, imo actualis utriusq productio: q petit mutuum amorem intr Patrem, et Filium, ut spirare potentes, imo et actualitr spirantes. Unde coienter petit ab utro ab utroq procedere, nam id petit, sine quo dari nequit amor ille, sic expositus. Sicut Creatura peteret a tota Trinitate procedere, si peteret Omnipotentiam

l actionem qui productivam in tribus divis personis.
Placeret hæc ratio, si semel ostenderetr, Spiritum Sab intrinco petere Spiraonem activam, ut idatam cum Patre, et filio. Quod tn adhuc n ostenditr, qa dici poset, Spiritum S id absolute n petere, sed ex suppotione tantum, quod ea identitas detr, vel quatus e amor illius obti. Sicuti de creaturis potibus, et existentibus dici solet.

Fortius inde probatr iacta resolutio, qa Spiritus S ab intrinco petit distingui realitr á Patre, et filio: g ab intrinco petit ex utroqe procedere. Ans e certum, qa n e p accidens Spiritui S distingui, l idari realitr cum Patre, aut filio. Secus esset illi p accidens, in Deo reperiri tritatem personarum. Coa vo probatr, nam in divis repugnat distio realis, qn detr oppotio producentis, et producti, quatus vlt unum extremum sit producens, et alterum productum: g repugnat, Spiritum S á filio realitr distingui, qn vel producat, l producatr á filio; sed nequit producere filium: g debet á filio produci. Sile argutum formo cã Patrem.

Confro, nam Spiritus S exigit á Patre, l á filio procedere, sed n e cur detrate potius exigat Patrem, qm filium, l econtra: g detrate petit ab utroqe procedere. Coa probatr, qa secus primum ab Spiritu S petitum, esset indetratum, et vaguum. Quod absurdo n caret.
Confro præterea, qa si p accidens esset Spiritui S virtutem spirativam in duobus personis existere, p accidens etiam illi esset, quod in alijs pluribus existeret: hoc e falsum: g Ata. Probatr minor, qa iam esset Spiritui S p accidens, quod in Deo daretr trinitas, l quaternitas personarum. Quod n e dicendum. Nam qulibet persona diva conectitr

que cum exclusione cuiusque alterius personæ, vi cuius l[a]e-
deretur trinitas, eo quod augeret numerum ternarium.

Obiectionum explicatio. Ass. 2.

1a obiectio: ut Spiritus S. distingui petat à Patre, et filio, non
opus est, quod petat ab utroque procedere: ergo nullum est fundum,
quo utimur. Ans multipliciter ostenditur. 1o, quia satis est, ut
Spiritus S. habeat, et habere petat illud idem esse, quod mo-
do habet, nam ratione illius distinguetur sufficienter à Patre,
et filio. Ad quod sit an ab utroque procedat. 2o, nam eo ipso
quod filius producere possit Spiritum S., quamvis actu non pro-
ducat, habet sufficiens distinctivum à Spiritu S.: ergo ut Spi-
ritus S. petat à filio distingui, non opus est ut petat ab eo pro-
cedere, sed posse procedere, quantum est ex parte virtutis resi-
dentis in filio. 3o quia cum filiatio realiter identificetur
spirationi, quæ realiter distinguitur ab Spiritu S., iam ex hoc
capite sufficienter distinguitur filiatio ab Spiritu S.: ergo ut Spi-
ritus S. petat à filiatione distingui, sat erit petere hanc identi-
ficationem, quamvis non exigat processionem à filio.

Respondetur, negando.

Ad cuius 1am probationem dico, terminos implicari, dum ex una parte
supponitur, Spiritum S. habere illud idem esse, quod modo habet,
et ex alia non exigere processionem ab utraque persona: quia totum
esse Spiritus S. fertur ad utramque personam, exigendo utramque
ut primum terminus processionis. Aliter non exigeret distinctionem ab
utraque, sicut ostensum est. Ad 2am respondeo, non in alium
finem exigi ab Spiritu S., quod filius possit illum producere,
nisi quatenus exigit ab illo produci. Ad 3am, ut filiatio
distinguatur ab Spiritu S. non satis est, quod identificetur cum spiratione distincta.
Secus essentia distingueretur ab Spiritu S.

q̃ rea dicitur identitatum spiratione dicta: necessarium ergo est, quod filiatio in suo formalissimo conceptu habeat aliquod fundamentum conditionem; hoc autem non est aliud, quam complere, per modum conditionis virtutem spirativam a qua Spiritus Sanctus procedit. ergo etc.

2a Obiectio: quoties primum adequatum operationis æquè bene reperitur in uno, ac in pluribus suppositis, non omnia requiruntur, nec aliquod detrahitur, sed unum vage, et sub disiunctione: sed primum adequatum processionis Spiritus Sancti reperitur æquè bene in Patre, ac in Filio: ergo non requiritur uterque, nec aliquis detrahitur, sed Pater, vel Filius indeterminate sufficiet ad eam processionem. Consequentia patet. Minor videtur certa quia primum adequatum processionis Spiritus Sancti solum est activa spiratio, et voluntas, seu grata, quæ pertinent ad lineam voluntatis. Hæc autem omnia reperiuntur æquè bene in Patre, ac in Filio. Maior constat in productione creaturarum, ad quam non exigitur trinitas personarum, eo quod Omnipotentia est æquè bene reperitur in singulis personis.

Dicitur, neg. absolute maiorem, vel ita distinguo. Si primum, ut operetur, et tris, ut producatur exigat plura supposita, neg. maiorem; si non exigat, concedo maiorem. Primum autem adequatum processionis Spiritus Sancti petit, ut operetur plura supposita, sicut et illa petit ipse Spiritus Sanctus per illam processionem [illegible]. Et ad probationem maioris respondeo, quod Omnipotentia non exigit, ut operetur trinitatem personarum. Sicut nec illam exigit creatura, ut per Omnipotentiam producatur. Cedo adversariis veritatem huius opinionis, quam in præsentiarum discutio. Ratio vero discriminis, cur Spiritus Sanctus exigat spirationem in pluribus suppositis, et creatura non exigat Omnipotentiam in pluribus,

e facilis ex dictis, quia nequit Spiritus S. a cæteris personis distingui, quin ab illis producatur; at potest creatura distingui realiter a personis divinis, quamvis non intelligatur ab eis procedere, nam ex parte creaturæ fundari potest distinctio in limitatione propriæ entitatis, at ex parte Spiritus S. non nisi in productione, cum hac seclusa non sit possibilis distinctio realis inter divina prædicata.

3a. objectio: personalitas Patris, et Filii non pertinent ad virtutem spirativam. Aliunde non est excogitabile genus conditionis ad quod pertineant: ergo nullo modo requiruntur ex parte actus 1i ad productionem Spiritus S. Consequentia patet, quia si requirerentur deberet esse tanquam virtus, aut tanquam conditio. Maior constat ex supra dictis. Minor probatur, nam eiusmodi personalitates, neque virtutem spirativam applicant, neque possunt disponunt, neque removent prohibens, vel quid aliud exercent.

Respondetur concessa maiori, negando minorem. Ad eius probationem dico, personalitates illas in hoc sensu virtutem spirativam applicare, quatenus illam proximam, et expeditam reddunt ad operandum. Item, licet passivam non disponant, removent prohibens, quatenus removent sui carentiam, quæ si daretur, prohiberet operationem.

An Pater, et Filius sint unicum spirandi principium. Quæstio 2.

Respondetur affirmative. Conclusio 1um.

Certum est, principium quo spirativum unicum esse, quod est activa spiratio, quæ reperitur indivisibiliter tam in Patre, quam in Filio.

Quare difficultas contendit, an principium quod spirandi, quod est Pater, et Filius dici debeat unicum, vel duplex? Unde vero nascitur dubitandi ratio, nam ex una parte Pater et Filius sunt duae personae realiter distinctae, sicut fides edocet, ex alia vero principium quo seu virtus, qua spirant, est unica, et indivisibilis, ut supra statuimus. Unde quaeritur, an ex unitate virtutis dici debeant Pater, et Filius unicum principium, vel ex pluralitate personalitatum vocanda sint plura principia? Quae sane difficultas est de puro nomine, nam de re iam constat, personas spirantes esse plures, et virtutem spirativam unicam.

Nihilominus in hac lite de voce recensetur duplex sententia. Prima defendit, Patrem, et Filium esse duplex spirandi principium. Ita Durandus, Gabriel, et alii apud Patrem Montoya de Trinitate disp. 70. Secunda sententia, cui caeteri Theologi subscribunt, adeo certum habet utramque personam non esse nisi unicum spirandi principium, quod oppositum velut ut temerarium damnet, pro eadem referuntur a Patre Montoya citato plura SS. Patrum testimonia, quibus nostrum suffragium negare nefas esset. Statuo ergo personam utramque Patris, et Filii non esse nisi unicum tantum spirandi principium.

Probatur 1o ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio 10 cap. unico de summa Trinitate, ubi sic definitur: Damnamus omnes, qui negare praesumpserint, aeternaliter Spiritum Sanctum ex Patre, et Filio procedere: sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus Sanctus ex Patre, et Filio tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex unico procedat. Nec minus clare loquitur Concilium Florentinum, nam Eugenius 4 sub quo celebratum fuit, in litteris unionis ita fatur: hoc sacro universali approbante Florentino Concilio definimus, ut

hæc fidei veritas ab oībus Cristianis credatr, et suscipiatr, sic quo oēs profiteantr, qd Spiritus S. à Patre, et filio æternalitr, et Essam suam, suumqe ēē subsistens habet ex Patre simul, et filio, et ex utroqe æternalitr tanqm ex unico prīo, et unica Spiraone procedit.

Nec obstat à prædictis Conciliis affirmari, Spiritum S. à Patre, et filio tanqm ab unico prīo procedere. Qā ly tanqm n̄ minuit, sed explicat rei veritatem. Sicut Joannis 1. dicitr quasi unigeniti à Patre qn tn ly quasi minuat raonem filii, sed explicat veram illius generaonem. Aliàs Concilia n̄ satisfecissent PP. Græcis, ex eo indicantibus, Spiritum S. n̄ procedere à filio simul cum Patre, qā sequeretr inde procedere à duobus prīis. Quod ẽ ingens absurdum. Respondebant n. Latini Patres id ēē quidem absurdum, sed n̄ inferri, qā licet Pater, et filius sint duæ personæ n̄ tn duo prīa Spiritus S., sed unum. Proinde quo negarunt apperte, Patrem, et filium ēē duo prīa.

Probatr deinde raone. Qā nequit enuntiari cum veritate pluralitas de aliquo subto, qn plurificetr id, quod ab eo subto affertr in recto: sed prīum Spiritus S. tn affert in recto, nisi spiraonem activam, quæ unica et singularis ẽ in duabus personis. ergo prīum Spiritus S. nequit n̄ ēē unicum, qmvis duas personas involvat. Minor ex coī usurpatione constat. Unde totus discursus liquet. Ex illo vº deducitr, spiratorem in divinis unicum ēē, nam Spirator stat pro Spiraone activa, l. si vellis pro coniuncto resultante ex activa spiraone, et perfectionibus de linea positivi. Quod sané coniunctum, ut sit proxa potestas ad spirandum affert relaones Patris, et filii.

Spirans q[uo]d n[on] e[st] unicum, sed realit[e]r multiplex, eo quod multiplex sit persona habens virtutem spirativam.

Confirmatur haec ratio, nam ideo personae divinae licet sint tres n[on] constituunt nisi unicum Deum, q[ui]a Deitas, quam affert in recto no[m]en Deus e[st] unica: ergo cum unica sit spirativa virtus, quam affert in recto princ[ipium] spirandi, sequitur princ[ipiu]m spirandi unicum e[ss]e, licet afferat duas personas. Ulterius confirmatur, q[ui]a licet o[mn]es tres divinae personae concurrant ad creandum, attamen ex o[mn]ibus n[on] resultat nisi unicum creandi princ[ipiu]m, eo quod virtus creativa sit unica in o[mn]ibus: ergo licet duae personae Patris, et filii concurrant ad spirandum, attamen ex o[mn]ibus n[on] resultat, nisi unicum spirandi princ[ipiu]m, eo quod spirativa virtus unica sit. Constat ergo n[on] solum princ[ipiu]m quo spirandi, sed etiam princ[ipiu]m quod unicum e[ss]e sicut princ[ipiu]m quo, et quod creandi unicum e[st].

Argutorum enodatio. Cap. 2.

Dices 1: Pater, et filius s[un]t duo spiratores: ergo s[un]t duo pri[ncipi]a spirantia. Co[nsequenti]a patet, q[ui]a spirator substantive sumptus e[st] idem ac princ[ipiu]m spirans. Ant[ecedens] probat[u]r ex divo Hylario lib. 2 de Tr[ini]tate int[e]r medium, et finem, ubi sic ait: Spiritus de Patre, et filio authoribus confitendus e[st]: sed idem e[st] author Spiritus S[ancti], ac spirator: ergo etc.

R[espondetu]r neg[ando] ant[ecedens]: q[ui]a no[m]en Spirator e[st] substantivum, et in recto significat virtutem spirativam; in obliquo v[er]o personam, in qua recidet. Unde cum spirativa virtus unica sit, spirator unicus e[st], q[ui]a semper ad unitatem, v[e]l pluralitatem concreti rectum attendit[u]r. Hinc e[st] ut inconsequent[e]r procedant, qui negantes duo pri[ncipi]a, concedunt duo spiratores. Nec obstant verba Hilarii, nam in eis accipit[u]r no[m]en Author improprie

et perinde ac si noen adiectivum esset.

Verum instas: Pater, et filius possunt dici duo spirantia: ergo et duo spiratores: Probatur coa, nam aequivalere videntur inter se Spirator, et Spirans.

Respondetur, concesso ante, nego coam, quia Spirans est noen adiectivum directe significans personam, et in obliquo spirativam virtutem. Unde cum persona spirans sit duplex, dantur utique duo spirantia; noen vero Spirator affert in recto virtutem, quae cum sit unica, nequit ex illa resultare duplex, sed unicus Spirator.

Dices 2: cum dicitur Patrem, et filium esse principium Spiritus Sancti, principium vel accipitur pro principio quo, vel pro principio quod, nam pro alio nequit accipi: sed non pro principio quo: nam illud est ipsa virtus productiva, quae cum virtualiter distinguatur a personalitatibus Patris, et filii, nequit vere praedicari de Patre, et filio: debet ergo accipi pro principio quod; sed principium quod est duplex, nam est Pater, et filius, qui realiter inter se distinguuntur: ergo tandem infertur, Patrem, et filium esse duplex spirandi principium. Ante solutionem adverto, hoc argumento probari, trinitatem personarum esse triplex principium Creaturarum. Quod nullus admittet.

Respondetur principium stare posse tam pro principio quo, quam quod, nam utrumque vocatur absolute, et simpliciter principium, nec video cur ad principium quo restringi debeat, ut aliqui conantur. Tamen si accipiatur pro principio quo nego praedicari non posse de Patre, et filio, nam licet virtualiter distinguatur a personalitatibus Patris, et filii, tamen cum eis realiter identificatur, et hoc sufficit, ut absolute praedicari possit de illis personalitatibus, et de personis per eas constitutis. Si vero accipiatur pro principio quod,

nego Patrem, et filium esse duplex principium, quia principium quod non est suppositum, vel persona Patris, et filii, sed spirativa virtus affecta, et trahata personalitatibus Patris, et filii. Cum ergo praedicta virtus, quae affertur in recto sit una, quamvis personalitates sint duae, fit, principium quod Spiritus Sancti non esse duplex, sed unicum.

Dices 3: Si unicum esset principium Spiritus Sancti, vel illud importaret detractè personam Patris, vel detractè personam filii, vel coniunctum ex utraque persona: sed ex quolibet sequitur absurdum: ergo illa. Minor probatur. Et in primis si principium Spiritus Sancti detractè personam Patris importaret, nequiret enuntiari per identitatem de filio, quia persona Patris non identificatur cum filio. Similiter, si detractè importaret personam filii, non posset enuntiari de Patre, quia filius non identificatur cum Patre. Si vero dicatur afferre utramque personam, de nulla seorsim poterit affirmari esse principium, quia nulla seorsim est coniunctum ex utraque resultans.

Respondetur, principium Spiritus Sancti detractè importare personam Patris et filii. Quia tamen utramque solum affert in obliquo, potest affirmari de Patre seorsim esse principium Spiritus Sancti, et de filio similiter seorsim sumpto potest idem affirmari: nam quaelibet ex his personis identificatur realiter cum omni eo, quod affertur in recto per nomen istud principium Spiritus Sancti, quod innumeris exemplis posset explicari. nam principium creaturarum productivum, ubi formari potest idem argumentum, affert detractè omnes divinas personas, et tamen de Patre verificatur esse principium, quia licet Pater non sit filius, est tamen id quod affertur in recto per principium creaturarum productivum. Item de albo verificatur esse dulce, quia licet non sit dulcedo, tamen est quod quod in recto significatur per concretum dulce. Constant ex dictis superius dicendis haec omnia.

An Spiritus S. æque immediate, et principaliter ex utraque persona procedat

29°

Caput 1. An æque immediate procedit. cap. 1.

Duplex est difficultas, 1a, num Spiritus S. æque immediate producatur à Patre, et filio? 2a num æque principaliter? de 1a in præsenti capite. De 2a dicetur in subsequenti. Circa 1am difficultatem supponimus in præsenti contra Græcos, Spiritum S. procedere non solum à Patre, sed etiam à filio. Deinde supponitur, eam processionem immediate oriri ab spiratione activa, quæ eadem indivisibiliter est in Patre, et filio, petitque tanquam conditionem sine qua non, ut operetur, utriusque personæ notionalem relationem, ut ex dictis iam constat.

His positis statuo, et probo, Spiritum S. immediate procedere ab utraque persona, nec magis immediate ab una, quam alia. Nam dupliciter potest aliquis terminus immediate, vel mediate produci. 1o immediate immediatione virtutis, quando scilicet inter principium, et terminum nulla alia virtus mediat. Quod si mediet, jam terminus dicetur mediate produci. Et in hoc sensu dubitari nequit, Spiritum S. immediate produci à Patre, et filio, nam inter virtutem, qua Pater, et filius producunt Spiritum S., et ipsummet Spiritum S. productum, nulla alia virtus mediat: etenim, quod inter virtutem spirativam existentem in filio, et Spiritum S., qui terminus est illius virtutis, nulla alia mediet virtus quam Spiritum S. est certissimum, Item, hæc virtus residens in filio

n̄ mediat intr virtutem Patris q̄a Spiritum S., et ipsummet Spiritum S., q̄a ē eadem prorsus indivisibilis virtus in utraq̄ persona.

Dicitr aliqd immatē produci immediatione suppositi, qndo intr suppositum producens, et trum productum n̄ mediat aliud suppositum. Quod si mediet, iam trus dicetr mediatē produci mediatione suppositi. Notari 2o debet, ut trus dicatr mediatē produci mediatione suppositi, necessum ēē, quod ita proveniat ā supposito mediante, ut reipsa n̄ proveniat ab alio, nam si fluat ab utroq̄ n̄ dicetur mediatē, sed immatē produci immediatione suppositi. Huius rei n̄ ē alia ratio, nisi cōis loquendi modus. Hinc ē iam deducitr, Spiritum S. oriri immatē ā Patre et filio immediatione suppositi: nam inprimis intr filium, et Spiritum S. nullum suppositum mediat. Item licet filius mediet intr Patrem, et Spiritum S., adhuc ita provenit Spiritus S. ā filio, ut etiam producatr ā Patre: ē provenit ab utroq̄ immate immediatione suppositi.

Probo deinde hanc resolutionem, q̄a licet spirativa virtus prius sit in Patre q̄m in filio, et Pater illam ā se habeat, filius vo ā Patre, nihilominus productio n̄ oritr ab hac virtute, nisi postqm existit, et veluti afficit utranq̄ personam: ē immate fluit ab utraq̄ persona. Confro. Licet Omnipotentia sit prius in Patre, q̄m in caeteris personis, et Pater illam ā se habeat, reliquae vo personae n̄ ā se, sed ab alio, tn creatura quae immatē fluit ab oibus personis, q̄a n̄ fluit ab Omnipotentia, nisi postqm afficere censetr oēs personas: go similitr dicendum de Spiritu S. q̄ n̄ Patris, et filii, ā quibus procedere modo supponimus. Dices: haec propositio usitatissima inti

intr Patres, Spiritus S procedit à Patre per filium.
ita Damascenus, Hylarius, Basilius, Nicenus, et alii
penes Patrem Montoya del trate D. 69: q Spiritus S me-
diaté procedit à Patre. Dicitr, eam positionem ēē plus,
quam falsam si sonet, filium ēē Patris instrumentum
in ordine ad productionem Spiritus S: qmdo vo S Patres
eam usurpant, solum denotare contendunt, Patrem simul
cum filio spirare Spiritum S, ut apperté significavit Eu-
genius 4 in Litteris unionis per hęc verba: declarantes,
quod id, quod S. Patres dicunt, ex Patre p filium pro-
cedere Spiritum S ad hanc intelligentiam tendit, ut p
hoc significetr, filium quoq ēē sm Grecos causam, sm La-
tinos vo principium subsistę Spiritus S, sicut, et Patrem.

2a diffas decidit. Cap. 2.

Hęc 2a diffas inquirit, an Spiritus S ęqué pralitr à Patre
et filio procedat? Ubi S Bonaventura, Scotus, et Durandus
in 1o distione 12 q 2 indicarunt, Spiritum S principalius
à Patre, minus q principalitr à filio procedere. Sed hunc
Loquendi modum improbant cęteri DD cum Divo Thoma
q 36 arculo 4 ad 2: dicentes, ęque principalitr ex utroq
S procedere. Et merito sané, q n̄ é unde sumatr hęc inęqua-
litas, ut ex argutorum solutione dilusi dius constabit.

Ac

1o dices, in oppositum stare plurium Ecletię Patrum autho-
ritatem: inquit n̄ Ioannes theologus in Concilio Floren-
tino sesse 24, loquens de Spiritu S à Patre precipué ēē,
et à Patre precipué mitti; n̄ tn precipué mitti à filio,
sicut à Patre. Et Divus Augustinus libro 15 de trate
cap. 17. ante medium ait: n̄ frustrá in hac trinitate

n̄ dicitr Verbum Dei, nisi filius, nec donum Dei, nisi Spiritus S., nec de quo genitum ē Verbum, nec de quo procedit principalitr Spiritus S., nisi Deus Pater, et tta.

Retr, hos, et alios Patres, qui possent adduci, solum intendere, Spiritum S. ā filio procedere p virtutem cōicatam ā Patre, n̄ sic ā Patre, qui virtutem spirativam ā se habet, qm eam accipiat cōicatam ab alia persona. Sic mentem horum Patrum interpretatr Divus Thomas citatus, cum ait, una, et eadem numero virtus spirativa ē in Patre, et filio, et ideó æqualitr procedit ab utroq; licet aliqmdo dicatr principalitr, l. proprie procedere ā Patre, proptr hoc, quod filius habet hanc virtutem ā Patre.

Secundo Dices: ex eo quod acceperit causa creata ā Deo virtutem productricem effectus, et Deus talem virtutem ā se habeat, dicitr effectus oriri principal-ius ā Deo, qm ā creatura: g cum filius habeat virtutem spirativam ā Patre, et Pater ā se ipso, dicendus ē Pater pral-ius spirare, qm filius, et coentr, quod Spiritus S. oritr pral-ius ā Patre, qm ā filio.

Retr, effectum creatum ideo pralius dici procedere ā Deo, minusque pralitr ā creatura, q virtus creaturæ ē infinitè minus perfecta, qm virtus productiva Dei, quæ ē infinita, et cui cæteræ virtutes subordinantr. Hoc autem n̄ evenit in virtute spirativa, quæ cum eadem numero sit in utraq persona, nequit ēē minoris perfectionis in una, qm in alia.

3: Dices: Deus in actu 2 pral-ius concurrit, qm causa creata ad producendum effectum, et tn Deus, et causa creata concurrunt p eandem actionem: g licet Pater, et filius concurrant per eandem spirativam virtutem

aut per eandem spirationem activam, adhuc Pater erit principalius principium, quam filius in ordine ad Spiritum S.
Resp. Deum, ideo principalius concurrere, quam creaturam etiam in actu 2°, quia licet eadem sit actio, tamen perfectior, et nobilior est virtus, a qua procedit in Deo, quam in Creatura. Quod non sic evenit in Patre, et filio respectu Spiritus S., quia spirativa virtus non est perfectior in uno, quam in alio, sed eadem indivisibiliter.

4 dices:
Cum duo supposita, quorum unum alteri subordinatur, et non econtra, concurrunt ad eiusdem rei productionem, illud principalius concurrit, quod non subordinatur: at filius subordinatur Patri; Pater vero filio non subordinatur in ordine ad Spiritus S. productionem: ergo Pater concurrit magis principaliter, quam filius. Minor probatur, quia filius, cum accipiat virtutem spirativam a Patre, pendet ab illo, ut Spiritum S. producat. Pater autem cum habeat eam virtutem a se ipso, non a filio, minime subordinatur, nec pendet a filio.

Resp. hoc argumentum probare, Patrem magis principaliter, quam filium, et Spiritum S. producere Creaturas, quia Pater a se habet Omnipotentiam, et ab illo ceterae personae. Probat etiam, Patrem magis principaliter, quam ceteras personas esse Deum, quia Pater a se Deitatem habet, quae ceteris communicatur. Et hoc etiam pro reliquis obiectionibus notetur, nam fere omnes deducunt haec absurda. Praeterea non minus Pater filio subordinatur, si fas est ita loqui, quam filius Patri, quia licet Pater a se habeat vim spirativam, et filius a Patre, nihilominus Pater, tamen nequit producere sine filio Spiritum S., quam filius sine Patre. Et in hoc consistere videtur subordinatio, qua unum principium alteri subiicitur. Dico si fas est ita loqui, nam subordinatio dicit inferioritatem in eo, qui subordinatur,

et econtr diversam virtutem ab ea, quæ recidet in alio principio, cui subordinatur; at in filio non datur inferioritas respectu Patris, nec diversa virtus spirativa: ergo etc.

An si Spiritus Sanctus non procederet à filio, realiter distingueretur ab illo? Caput 4.

Exponitur difficultas. Cap. 1um.

Statuimus 3am personam Spiritus Sancti non solum à Patre, et filio procedere, sed ita procedere, ut æqualiter petat utrumque suppositum, tanquam principium. Unde fit aperte, Spiritum Sanctum, ut sit, exigere processionem à filio. Iam vero ulterius inquiritur, an non solum ut sit, sed ut distinguatur à filio petat ab eo procedere? Quare penes theologos discutitur, an si Spiritus Sanctus à filio non procederet, ut Græci contendebant, adhuc ab eo distingueretur, vel potius ei realiter identificaretur. Dico realiter, quia parum, aut nihil in præsenti curatur de distinctione rationis. Si enim adhuc distingueretur, evidens est, ut distinguatur non egere processione. Quod si non distingueretur, aperte sequitur exigere processionem ad distinctionem. Unde que validissimum erit argumentum ex distinctione à filio ad processionem ab illo.

Nonnulli tamen ex antiquis, et Modernis iudicarunt, inutilem, et puerilem esse hanc quæstionem, quia cum procedat ex hypotesi impossibili, qualis est, quod Spiritus Sanctus à filio non producatur, sequitur, inquiunt, utrumque contradictionis extremum, videlicet, quod Spiritus Sanctus distingueretur, et non distingueretur, identificaretur, et non identificaretur cum filio: nam ex quocunque impossibili sequitur quodlibet. Unde frustra quæritur, an una pars determinate sequeretur, cum non minus ipsa, quam eius opposita deduceretur.

Sed hi Doctores nituntur falso principio: Non enim est verum dicere, quodlibet impossibile sequi ex quolibet: nam quaevis illatio, vel est per locum intrinsecum, vel per extrinsecum. Per intrinsecum fit, cum antecedens habet infallibilem conexionem cum illato. Per extrinsecum vero, quando sumitur argumentum ex authoritate, vel paritate. Iam quod nullo ex his modis infertur ex quolibet impossibili quodlibet. Etenim unum impossibile solet esse maius alio. Vg cum impossibile constat ex pluribus impossibilibus contentis. Et tunc evidens est, neque per locum intrinsecum, nec per extrinsecum inferri totius impossibilitatem ex impossibilitate cuiuslibet partis in eo contentae: nam impossibilitas unius partis sicut non infert impossibilitatem alterius, ita non infert impossibilitatem totius secundum omnes suas partes. Neque legitimum argumentum ex paritate, vel authoritate ducetur ad maius impossibile concedendum ex minori.

Fateor praesentem quaestionem esse vanam, et inutilem si supponatur, ex una parte perseverare easdem prorsus personas, et cum eisdem omnino pratis quas de facto habent. Aliunde vero supponatur, 3am neque procedere, neque posse procedere a 2a, quam modo vocamus filium: quod sine dubio sequeretur utrumque, Ut esse 3am distinguendam, et non esse distinguendam a 2a. Ratio est nam eo ipso, quod 3a persona, nec procedat, nec ullo modo procedere posit a 2a, nec ullam habitudinem in ratione producti dicat ad illam, non distinguitur ab ea. Deinde cum 2a et 3a perseverare supponantur, uti de facto sunt, opus est ut distinguantur, sicut modo distinguuntur.

Confirmo; nam in ipsa met suppositione affertur, personas perseverare, et non perseverare cum pratis, quas de facto habent. Cum quod supponitur.

Dum q tollitr, quod 3a procedat, et procedere possit à 2a. Quid ẽ mirum, quod ex hac terrorum implicantia deducatr, 3am personam ẽe distinguendam, et ñ ẽe distinguendam à 2a. Dum q supponitr, personas invariatas persistere. Dum q variantr, et ab eis tollitr qd qd illas modo distinguit.

Confro praetereà, q perseverante constitutivo filii, et Spiritus S., perseverat utriusque distinctivum, et distinctio, quae sine dubio fundatr in eiusmodi constivo. Sublata & relativa oppositione inter utrumq, tollitr distinctio realis inter utrumq; sed in hac hypotesi maneret utriusq personae constitutivum, et tolleretr oïs oppositio realativa inter utramque: q maneret, et ñ maneret distinctio realis inter utrumq. Probo minorem, q filius, et Spiritus S. perseverarent cum oïbus gratiis, quas de facto habent, ut supponitr: q perseveraret utriusq constitutivum. Aliunde filius nec produceret, nec ullo modo producere posset Spiritum S., et econtra Spiritus S. nec produceretr, nec ullo modo produci posset à filio, ut etiam supponitr: q tolleretr oppositio relativa inter utrumq.

~~Probat~~ Propter haec iudico, personas in hac hypotesi ñ relinquendas cum oïbus gratiis, quas de facto habent, sed aliquibus potius denudandas, nam aliter inutilis erit haec disputatio, manifesté q deducetr utrumq contradictionis extremum. Sic q hypotesis formari debet. Supponamus hunc Spiritum S. qui de facto datr ñ procedere à filio, proindeq deperdere, tum ex parte Spiritus S. passivam processionem, tum activam ex parte filii. Distinguetrne tunc Spiritus S. à filio? Si litr supponamus, deficiente processione actuali Spiritus S.ti à filio, perseverare adhuc tam ex parte filii virtutem spirativam, aut eius

complementum, q̃m ex parte Spiritus S. n̄ repugnantia ut à filio producatr. Distinguetr ne tunc Spiritus S. à filio? Semper ḡ supponendum ē divinas personas aliquo modo variari, nec indemnes oio persistare quoad omnia p̄ra̅ta, ut Locus detr huic difficultati, q̃am p subsequentia capita decidemus.

Statuitr 1a conclusio. cap. 2um.

Inprimis censeo, quod si hypotesis ita fingatr, ut Spiritus S. à filio n̄ procedat, eo quod ex parte ipsius deficiat passiva spiratio, et activa ex parte filii, posit tn abeo procedere, quia perseveret ex parte filii spirativa virtus, et ex parte Spiritus S. passiva producibilitas, seu n̄ repugnã, ut producatr à filio, Censeo, inquam, tunc distinguendum adhuc Spiritum S. à filio Sic Universi Scotistæ, quibus in hac parte n̄ disentient Thomistæ, nam ex eo colligunt, Spiritum S. n̄ distinguendum à filio, si n̄ procederet ab illo, q̃a indicant, in divinis ēē idem actualitr procedere, et pose procedere. Quod si p hypotensim valde repugnantem supponatr, deficere productionem persistente potẽa ad illam, sine dubio dicent, tunc Spiritum S. distinguendum à filio. Ad q̃d autem de hoc sit.

Probatr 1 nostra resolutio: nam eo ipso, quod ex parte filii maneat virtus ad producendum Spiritum S., et ex parte Spiritus S. n̄ repugna ut producatr, manet sufficiens fundtum distinctionis realis: ḡ manet distinctio realis. Patet, q̃a nequit n̄ resultare distinctio realis, posito sufficienti fundto ad illam. Ut patet in Petro, et Paulo, qui nãrio habent inter se distinctionem realem, eo quod sufficientr ex suis differentiis numericis illam fundent. 2us probatr, q̃a nequeunt

n. habere sufficiens fundum realis distinctionis illa extrema, quae ita se habent, ut unum possit ab altero produci, nam eo ipso habent oppositionem producentis, et producti, cum nihil possit se ipsum producere, maxime in divinis.

Probatur 2.a quia persona divina de facto non solum distinguitur ab alia, eo quod illam actu producat, sed quod producere possit. Unde cum personam posse producere sit prius, quam actu producere, prius quam intelligamus actualem productionem, intelligimus unam personam esse distinctam ab alia: datur n. in qualibet persona producente aliam duplex titulus, et fundum distinctionis. Unus ex actuali productione petitus. Alius ex virtute productiva. Et hoc potentior ad illum praecedit. Iam quia cum in eo casu de quo loquimur, perseveraret virtus ad spirandum, quamvis tolleretur actualis spiratio perseveraret utique sufficiens titulus, et fundamentum distinctionis. Imo perseveraret idem titulus, qui de facto datur.

Probatur 3.
nam ea supposita realiter distinguuntur, quae habent principia realiter inter se distincta: filius, et Spiritus S. haberent in eo casu principia realiter inter se distincta: ergo realiter inter se distinguerentur. Minor probatur, quia filius haberet potentiam, et virtutem ad exercendum productionem, Spiritus vero S. non repugnantiam ad illam terminandam: ergo haberent principia realiter inter se distincta. Patet, quia haec principia de facto realiter distinguuntur, cum filius, quo potest exercere Spiritus S. productionem, et Spiritus S., quo potest illam terminare de facto distinguantur.

Probatur
4. nam illa realiter distinguuntur, quorum unum habet aliquod saltem principium, quod non est realiter in altero; sed in praedicta suppositione filius haberet aliquod saltem principium,

quod nec realiter esset in Spiritu S: ergo tunc filius, et Spiritus S realiter inter se distinguerentur. Maior, et consequentia patent. Minor probatur, quia filius haberet activam spirationem, seu virtutem spirandi, quae nec realiter esset in Spiritu S: cum non supponamus destrui praecise spirationem actualem, ratione cuius in actu 2° producitur Spiritus S à filio, necessarium est, ut in ceteris gratis invariatis persistat Spiritus S, et filius, et consequenter, quod activa spiratio detur in filio, quin detur etiam realiter in Spiritu S, uti de facto contingit.

Opposita fundamenta. Cap. 3.

Obiicies 1: Spiratio activa, seu virtus, per quam filius producit Spiritum S, est ordo realis ad productionem passivam Spiritus S: ergo ablata eiusmodi productione passiva Spiritus S, necessarium est auferri per locum intrinsecum spirationem activam ex parte filii. Unde consequenter necessarium erit auferri omnem oppositionem relativam, sive per modum actus 2i, sive per modum actus 1i, et consequenter omnem distinctionem realem inter filium, et Spiritum S, quae solum fundari potest in eiusmodi oppositione. Antecedens videtur certum, quia potentia, seu virtus principii habet ordinem ad terminum, et ad productionem passivam se tenentem ex parte illius. Consequentia vero probatur, nam ablato termino per se respecto, nequit non auferri ordo ad illum.

Hoc argumentum ad summum probat repugnare quod ablata processione passiva Spiritus S à filio, perseveret adhuc in filio virtus ad Spiritum S producendum. Quod libenter fatemur. Sed adhuc posito in re hoc impossibili rogatur, an Spiritus S maneret à filio distinctus? Et affirmative respondemus, quia per virtutem spirandi sufficienter distinguitur filius

ab Spiritu S., et econtra. Unde non tam impugnatur vi huius argumenti nostra resolutio, quam hypotesis in qua procedit. Quod extra rem est. Ergo omisso antecedenti, distinguendum est consequens. Necessarium est ablative, et simpliciter auferri per locum intrinsecum spirationem activam, omitto. Necessarium est auferri tunc in ea hypotesi repugnanti, sub qua loquimur, nego. Similiter distinguenda est huius consequentis probatio. Supponitur enim modo licet impossibile prorsus censeatur, quod ablato termino per se petito perseveret adhuc respectus ad illum.

Potest etiam responderi quod licet virtus primo respiciat per se terminum, adhuc persistere potest non existente, quin et omnino repugnante termino. Sicut in creatis existit causa, quin detur terminus, seu effectus ad quem dicit ordinem. Et in Methaphysica late probavi, causas creatas non conecti cum possibilitate suorum effectuum, quamvis ad illos ordinem transcendentalem dicant. Unde licet activa spiratio respiciat per se passivam productionem Spiritus S., quae est virtus ad illam, inde non sequitur, ablata ea processione perituram virtutem spirativam. Si tamen instes: virtutem spirativam ob suam infinitudinem respicere non utcunque passivam productionem Spiritus S., sed secundum actualem eius existentiam, exigendo scilicet licet, quod existat ea productio, quandocunque detur spirativa virtus.

Respondetur facile, virtutem spirativam, ut modo datur, id habere, quia non solum est virtus ad producendum Spiritum S., sed est actualis, et essentialis conexio cum illius productione, tamen in eo casu de quo loquimur, expoliari deberet eiusmodi conexione, cum expresse supponamus perseverare et passiva productione Spiritus S. Unde non omnia debent in spirativa virtute, qualiter de facto datur. Cum, ea virtutem

productricem Spiritus S., nec non et passive productionis tillius. Dum esse conexionem cum actuali existentia passivae productionis. Cum gratum in ea hypotesi maneret. Dum vero periret, quia maneret spirativa virtus secundum quod est potens spirare, sine spiratione actuali, et econtra sine conexione cum illa.

Obiicies 2: inter filium, et Spiritum Sanctum non est alia oppositio, nisi quae fundatur in actuali processione ergo eo ipso quod auferretur omnis processio, necessum est auferri omnem oppositionem, et econtra omnem distinctionem. Siquidem in divinis esse nequit realis distinctio, nisi inter opposita. Retr[orqueo]

nego ans, quia Licet actualis processio fundet sufficienter oppositionem, et distinctionem, eam etiam sufficienter fundat spirativa virtus: Etenim ideo processio fundat oppositionem, et distinctionem, quia nequit non esse ad aliud realiter a producente distinctum: sed etiam virtus spirativa nequit non esse ad aliud realiter distinctum, cum in divinis nequeat virtus physica producere se ipsam: ergo etc. Sine ex virtute spirativa licet auferretur actualis spiratio, distingueretur sufficienter filius ab spiritu S., et econtra.

Obiicies 3: in trinitate non omnia indivisa, quando non datur originis ordo. Sic enim prium spirativum, et productivum creaturarum est indivisum in personis, nec in eis multiplicatur, eo quod in illo non detur originis ordo: ergo similiter ex parte tertii erit indivisio realis, quando non detur originis ordo; sed inter filium procedentem per intellectum, et Spiritum S. per voluntatem non esset tunc originis ordo, si quidem supponitur Spiritum S. a filio non procedere: ergo tunc filius, et Spiritus S. esset unicus, et indivisus [ter]tius.

Arius.

Resp. dist. ans: in Trinitate ẽ oĩa indivisa, qm. lõ n̄ datur originis ordo, l. in actu 1, l. in actu 2, concedo ans. Quod praecise n̄ datur in actu 2, nego ans. Nam, ut praefata divã multiplicentr, sufficit originis ordo in actu 1, qualis tunc daretr intr filium, et Spiritum S., nec requiritr originis ordo in actu 2, ut ostensum ẽ. Principium spirativum, et productivum creaturarum ẽ indivisum in personis, eoque libi n̄ debet originis ordo, nec in actu 1, nec in actu 2.

... nis S. Thomam 1a parte q. 36 arctu 2 corpore sic loquentem: Dicendum, quod necesse ẽ dicere, Spiritum S. ã filio ẽẽ: si n̄ esset ab eo, nullo modo posset ab eo personalitr distingui. Sed in eo casu n̄ esset Spiritus S. ã filio, ut supponitr: ergo n̄ distingueretr personalitr ã filio. Idem videntr sentire S. Augustinus, S. Anselmus, et alii PP. frequentr docentes, quod si Spiritus S. n̄ procederet ã filio, n̄ distingueretr realitr ab illo.

Resp. in eis quae n̄ intra Deum, pro eodem frequentr usurpari ẽẽ, et posse ẽẽ, q. nihil Deus habere potest ad intra, quod de facto n̄ habeat. Unde perinde ẽ apud divum Thomam, et alios PP., filium posse spirare, et actu spirare. Quare sicut oĩo ablato posse spirare, tolleretr distinctio, sic ablato spirare dicunt auferri distionem. At posito hoc impossibili, quod in filio daretr posse spirare, sine actu spirare, numquam censerent ii PP. auferendam distionem, cum adhuc oppositio maneret.

2a conclusio. Caput 4.

Statuo deinde, quod si hypotesis ita fingatr, ut n̄ solum,

deficiat actualis processio Spiritus S. a filio, sed ipsum etiam posse procedere, quod deficiat ex parte filii spirativa virtus, et ex parte Spiritus S. non repugna, ut spiretur, maneat tamen in filio personalis relatio sub conceptu complementi virtutis spirativae, sicut modo est, quod tunc adhuc Spiritus S. distingueretur a filio. Sic aliqui Iuniores.

Probatur haec resolutio primo, nam eo ipso, quod personalitas sit ex se complementum spirativae virtutis, sive haec detur, sive non detur, habet ex se oppositionem de genere producentis cum spiratione passiva: ergo realiter distinguitur ab spiratione passiva. Consequentia, personae, quae constitutae maneant ex personalitate 2ae personae, et spiratione passiva, erunt inter se realiter distinctae. Consequentia patet, antecedens ostenditur, nam defacto personalitas 2ae personae, sicut et 1ae habet oppositionem et consequenter distinctionem ab spiratione passiva, non alia de caussa, nisi quia sunt complementa spirativae virtutis.

Probatur 2°. Si per impossibile tollatur a secunda persona virtus spirativa, nec non et activa spiratio, ceteraque perseverent, adhuc a Spiritu Sancto distingueretur ratione personalis relationis, quae secundum proprium conceptum independenter ab aliis fundat, distinctionem. Etenim dubitari nequit, relationem personalem, qua constituitur secunda persona, fundare ratione sui, quovis alio conceptu secluso distinctionem ab Spiritu Sancto; Igitur eius modi relatione persistente, ut in ea hypothesi, de qua loquimur persisteret, maneret adhuc filius ab Spiritu Sancto distinctus, et e contra.

Neque dici valet interituram eam relationem

ablata virtute spirativa, et actuali spiratione activa, de hoc non dubitamus, quod adhuc hoc impossibile supponimus, quod videlicet non intereat, sed indemnis persistat, et hinc asserimus non identificandum, sed potius distinguendum Spiritum Sanctum a filio, propterquam quod plus meretur, et magis est inseparabilis spirativa virtus ab actuali spiratione, quam complementum huius virtutis ab ipsa met virtute, et actuali exercitio illius, cum inter virtutem spirativam, et actualem spirationem non detur virtualis distinctio, sed alia longe minor, inter relationem autem ut complementum, et virtutem spirativam, nec non et actualem spirationem datur distinctio virtualis aequivalens reali; et tamen ad indagandam eam distinctionem supponitur per impossibile manere virtutem spirativam absque spiratione activa possumus a fortiori supponere, quod maneat relatio sub conceptu complementi sine virtute spirativa, quam complet et sine illius exercitio.

Dices tamen 1.° Licet complementum spirativae virtutis, quo complementum actualiter est, habeat oppositionem cum Spiritu Sancto, divisim tamen a virtute caret ea oppositione, nam haec imbisibiliter competit utrique videlicet virtuti et complemento. Ergo ablata virtute, quamvis maneret complementum auferretur oppositio, consequenter que distinctio. Respondetur negando Antecedens, quia complementum illud ratione sui seclusa quod prius virtute spirativa habet oppositionem cum Spiritu Sancto, proindeque persistente complemento ex parte filii, necessarium est, ut persistat realis distinctio filii ab Spiritu Sancto, et e contra. Neque potest in divinis contingere, ut conceptus, qui ratione sui non habet oppositionem cum alio participet illam ex altero conceptu sibi identificato. Secus essentia divina, quae est in-

in Patre opponeretur ex relatione paternitatis cum filio.

Dices 2°

Si Spiritus Sanctus nec procederet, nec procedere posset a filio non opponeretur ei relativa oppositione producentis, et producti; ergo nec ab eo distingueretur. Patet consequentia, nam distinctio realis nequit in divinis aliter quam in oppositione fundari. Respondetur, nam in linea producentis et producti non est aliud quam actus 1us, et 2us. Respondetur in actu 1° producentis considerari posse virtutem ipsam productricem et complementum illius. Quamvis ergo non maneret in praedicto casu virtus, maneret complementum, et consequenter maneret oppositio producentis in actu 1°, quae de dubio sufficiens est ad distinctionem.

Dices 3° Essentia divina est complementum spirativae virtutis, neque non opponitur, et distinguitur ab Spiritu Sancto; ergo quod personalis relatio 1ae personae sit complementum generativae virtutis non arguit habere oppositionem, et distinctionem ab Spiritu Sancto. Probatur illatio, nam essentia divina non minus est complementum spirativae virtutis in solo Patre: sed in Patre et filio virtutis spirativae. Nota hoc argumentum probare, quod relatio 1ae personae de facto non habeat oppositionem, nec distinctionem ab Spiritu Sancto, sed aliunde non possit illam habere, nisi quia complementum est spirativae virtutis, nam dicere quod opponatur, quia realiter opponatur cum spirativa virtute, manifeste convincitur falsitatis. Nam essentia divina realiter etiam identificatur cum spirativa virtute, quin propterea sit oppositio cum Spiritu Sancto.

Respondetur negando quod essentia divina sit complementum spirativae virtutis, aut generativae, qua-

pre ise virtus est ad producendum, et sit complementum virtuti spirativae qua est ad spirandum, et generativae, qua est ad generandum, nam sub his denominationibus aliud importatur ex parte principii generativi, et spirativi, quam virtus ad producendum. Relatio personalis filii sicut et Patris est complementum virtutis spirativae demum consequentis praecise producendi. Quare sicut virtus producendi habet oppositionem cum termino producto, sic etiam habet complementum eius virtutis.

Propositio 3 huius cap. ...

Status denique ... Sanctum non distinguendum, sed identificandum realiter cum filio, in casu quo nec actu procedat, nec procedere possit a filio, nec in ipso daretur personalis relatio secundum rationem complementi spirativae virtutis. Unde tunc filius, et Spiritus Sanctus essent unica persona, nec in Deo daretur Trinitas personarum, sed duplex tantum persona, prima Patris, et 2a quae simul esset filius, et Spiritus Sanctus.

Pro maiori tamen intelligentia notes, quod in ea hypothesi non daretur in rigore filius, et consequenter neque Pater, nec actualis generatio. Patet, quia iuxta nostra principia filius divinus constituitur in ratione talis per activam spirationem, seu virtutem productivam Spiritus Sancti: tunc in ea 2a persona Trinitatis non esset haec virtus ut supponitur: ergo non esset ratio filii. Solum quod daretur suppositum per intellectum productum a 1a persona, et suppositum ab eadem persona productum per voluntatem, et de his suppositis asserimus quod tunc realiter identificarentur. Fatetur communiter loquendo vocari tunc in ea hypothesi 1am personam Patrem, et 2am filium, ut eas ab Spiritu Sancto distinguamus.

Probatur iam nostra

nia sic 3°. Nam in eo casu nulla daretur oppositio relationis inter filium et Spum Stum; ergo nulla daretur distinctio realis. Patet cona. Nam in Divinis, ubi non est oppositio non est distinctio, ut apud omnes constat ex communi Patrum et theologorum consensu, et ex Concilio Toletano II in confessione fidei. Unde manavit illud axioma. In divinis omnia sunt idem, ubi non obstat oppositio relationis. Ans probatur, nam omnis oppositio relationis inter unam, et alteram personam desumitur vel ex actuali productione, vel ex virtute productiva vel ex eius complemento; sed nihil horum daretur inter filium, et Spum Stum, ut supponitur; ergo nulla tunc daretur oppositio relationis inter filium et Spum Sanctum.

Probo 2°. Nam ideo relationes paternitatis et Spiratoris de facto non distinguuntur in Patre, quia non opponuntur; at in ea hypothesi non opponerentur inter se relationes filii et Spus S. ergo non distinguerentur inter se. Minor probatur, nam ideo relationes Paternitatis, et Spiratoris non opponuntur modo, quia nulla respectu alterius est actualis productio virtus productiva vel complementum virtutis: at in eo casu filii vel Spus Sti relatio non respectu alterius productio actualis, virtus productiva vel complementum; ergo etiam filii est [illegible] relationes, quae constituerent filium, et Spus Stus non distinguerentur, neque personae ipsae distinguerentur.

Dices quamvis Spus Stus non opponeretur 1ae personae, sed tantum 2ae distingueretur adhuc realiter a 1a; ergo similiter quamvis non opponeretur cum 2a persona, sed solum cum 1a, distingueretur adhuc realiter. Cona patet a paritate rationis.

Retur distingᵈᵒ ans si tantum, si tantum deficeret oppositio immediata, maneret ... immediata ... ans; simul ... oppositio, neque mediata, neque immediata daretur in Spiritu Sancto cum ... Nego ans, etenim Spiritus Sanctus eo quod produceretur a 2ª persona procederet a 1ª saltem immediate, consequenter quae haberet cum illa oppositionem mediatam, quae sufficiens est ad distinctionem, cum nihil a seipso produci possit immediate, neque mediate. Quod si relle...getur ab Spiritu Sancto quaevis processio etiam mediata a 1ª ... persona, ... Cum autem Spiritus Sanctus nequeat opponi mediate cum 2ª persona, quia nequit ab ea produci mediante altera persona, consequens est, ut exigat immediata productio, et oppositio, qualis tunc non daretur, unde non esset caput, ex quo distingueretur Spiritus Sanctus a filio.

Dices praeterea. De facto distinguitur filiatio ab spiratione passiva, neque tamen filiatio habet oppositionem cum spiratione passiva; ergo licet tunc filius non haberet oppositionem cum Spiritu Sancto posset ab eo distingui. Minor probatur, quia neque filiatio producit neque producitur ab spiratione passiva. Non approbo, quod aliqui respondent, quatenus exigit virtutem spirativam, quae formaliter ei opponitur. Etenim essentia divina petit etiam spirativam virtutem, et tamen neque radicaliter, neque realiter distinguitur ab spiratione passiva.

Facilius ergo respondetur negando minorem. Ad eius probationem constat ex dictis, quod licet filiatio neque producat, neque producatur ab spiratione passiva, tamen est complementum spirativae virtutis, per quam producitur spiratio, quod satis est ut filiatio cum spiratione opponatur, quia nihil potest esse complementum ex parte virtutis ad se ipsum. In casu vero de quo loquimur neque daretur filiatio, nec filius, ut iam supra dictum,

Consequenter

sed sic daretur relatio productivi ad 3.as personas, quae cum non esset actualis productio, neque productiva virtus, neque complementum illius in ordine ad Spiritum Sanctum, nulla ratione illi opponeretur, et consequenter, nec distingueret.

Aliae solvuntur. cap: 6.um

Supersunt aliae in fine obiectiones, quarum sed tertio magis seria fit contra nostra doctrina. Dico sit. Quae constant diversis constitutivis necessario sunt diversa; sed in eo casu constarent filius, et Spiritus Sanctus ex diversis constitutivis; ergo adhuc distinguerentur. Minor patet, quia filius procederet per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, at cum istae duae operationes sint, quasi specie diversae, necessarium est terminos esse quasi specie distinctos.

Retur ea ratio, qua distinguuntur constitutiva debere constituta distingui, quia termini distinguuntur constitutiva, debere constituta distingui, natura notissimum est. At in hypothesi dicta non distinguerentur quasi specie phisica, et reali realiter constitutiva utriusque personae, sed alio inferiori genere distinctionis, unde non distinguerentur quasi specie phisica et reali, sed quasi methaphisica et rationis, ut intellectiones, et volitiones distingui communiter dicitur. Fateor ergo quod tunc darentur duo termini, quorum unus esset per intellectum, et alter per voluntatem, uterque tamen esset realiter indistinctus, quia neuter haberet oppositionem cum alio. Et enim intellectio, et volitio realiter identificantur, quamvis procedant ab intellectu, et voluntate, quae sunt [illegible] quasi specie distinctae. Ita filius et Spiritus Sanctus realiter identificarentur, quamvis essent termini procedentes ab intellectu, et voluntate. Quin et servaretur proportio magna proportio inter terminos, et principia, quia sicut principia realiter identificantur, sic

ad terminum.

Secunda obiectio. Deus trinus nequit saltem naturaliter procedere a duabus productionibus adaequatis: at in eo casu procederent 2a et 3a persona a 1a duabus productionibus adaequatis; ergo 2a et 3a persona distinguerentur realiter inter se. Minor patet, quia 2a persona procederet per generationem, et 3a per spirationem, quae sunt productiones adaequatae.

Respondetur negando minorem, nam imprimis, ut adverti, nulla productio tunc esset, qua ratione quia nulla traheretur ad filium, nec procederet a Patre formaliter ut tali. Praeterea non darentur duae productiones, sed unica, quia non darentur duae personae productae, sed unica tantum. Fateor sed in ea persona tunc producta distinguibiles essent duae formalitates, quarum una haberet rationem termini producti per intellectum, et alia termini producti per voluntatem, ita duae formalitates distinguerentur possent in ea productione, quae termini producti responderent. Item si velis, admittam aliquem ordinem, et prioritatem rationis inter has actiones, ita ut illa, quae est per intellectum, dicatur prior alia, quae fit per voluntatem: hoc enim distinctionem realem non arguit, sed ad summum rationis, intellectio namque divina prior est voluntate, neque tamen realiter, sed per intellectum distinguitur a volitione.

3a Obiectio. Filius de facto distinguitur ab Spiritu Sancto per relationem ad Patrem praescindendo ab actuali spiratione, a virtute spirativa, et a respectu consequenti spirativae virtutis: quia de facto ea relatio ad Patrem, quae reperitur in filio non datur in Spiritu Sancto: sed in ea hypothesi maneret in filio talis relatio: quia cum a Patre procederetur, opus est, ut ad illum referretur; ergo maneret adhuc filius ab Spiritu Sancto distinctus.

Respondetur eam relationem, quae filius [illegible]

refertr ad Patrem eatenus distingui reddere quod filius ab Spiritu Sancto distinctus, quatenus est complementum spirativae virtutis, quod sic etiam non aliunde habet oppositionem in ratione producentis et producti cum Spiritu Sancto, quod si demideretur a ratione complementi, sicut in eo casu deridaretur nil haberet, unius ab Spiritu Sancto distingueretur.

4.ª Obiectio. Licet relationes disparatae non distinguantur in principio producente, ut videre licet in paternitate, et relatione spiratoris, attamen ex parte termini debent distingui, cum saepius reperiatur minor distinctio ex parte principiorum, quam ex parte terminorum: at in praedicto casu relationes filii, et Spiritus Sancti ad principium producens, quamvis essent disparatae, se haberent ex parte termini producti. quod distingui deberent, quamvis non distinguerentur, quae se tenent ex parte principii.

Respondetur, quod licet maior distinctio reperiri soleat in terminis, quam in principiis, cum ex uno principio plures termini oriri contingat; attamen in divinis nunquam est adstruenda distinctio inter relationes, sive dentur ex parte principii, sive ex parte termini, nisi detur inter illas oppositio: quandoquidem id exigit summa Dei simplicitas, et infinitudo. Tunc autem illae relationes 2.ª, et 3.ª personae se haberent omnino disparatae inter se, proindeque non possent distingui.

Ultima obiectio. Secunda persona distinguitur defacto personaliter a 3.ª; quod per aliquid personale, sibique proprium. Radicalis spiratio, virtus spirativa, ratio quod complementi spirativae virtutis est aliquid commune 2.ª personae cum 1.ª, quandoquidem utraque spirat actualiter, spirare potest, et media sui relatione complet spirativam virtutem. quod per aliquid

ultra distinguitr de facto personaliter a 2ª persona, a 3ª; sed a 2ª persona tollantur ea tria manebit adhuc aliquid ratione cuius distinguatr a 3ª.

Respondetr id ratio cuius 2ª persona distinguitr modo personaliter a 3ª, n̄ eē virtutem spirativam, nec actualem spiratioem, quoniam utraq n̄ solum Logice, sd phisice communis ē 2ª, et 1ª personę, ut deitas est communis oibus tribus; eē tamen illud speciale complementum spirativę virtutis, q in Patre n̄ reperitr; licet n. detr in 1ª complementum eiusdem virtutis, attamen utrumq complementum est valde diversum, et n̄ phisice eē, sd adsummum Logice, qrūs abutroque potest abstrahi quędam communis ratio complementi, personalis q relatio filii, qua specialissimum, et incomunicabile complementum est spirativę virtutis distinguit personaliter 2am personam a 3ª. Unde cum in eo casu n̄ maneret, n̄ haberet unde filius aliquid, quo distingueretr ab Spiritu Sancto.

Hęc pro Materia de trinitate sufficiant, quę omnia cedant in laudem, et gloriam Dei Omnipotentis, et Beatissimę eius Matris Marię, omniumque Sanctorum, maxime Petri, et Pauli, in quorum pervigilio finem dedimus.

Hispali in collegio divi Hermenegildi. Anno Domini 1662.

Huius Nobilissime Materię index.

Totius indicis finis.

